Toronto University Library
Presented by
The Revd. H. H. Halford-Adcock M.A.
through the Committee formed in
The Old Country
to aid in replacing the loss caused by
The disastrous Fire of February the 14th 1890

Digitized by the Internet Archive
in 2009 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/musaeher04hero

LGr
H562C

HERODOTI MUSAE

TEXTUM AD GAISFORDII EDITIONEM RECOGNOVIT,
PERPETUA TUM

FR. CREUZERI

TUM SUA ANNOTATIONE INSTRUXIT, COMMENTATIONEM DE VITA ET SCRIPTIS HERODOTI, TABULAS GEOGRAPHICAS INDICESQUE

ADIECIT

IO. CHRIST. FEL. BAEHR.

VOLUMEN QUARTUM.

LIPSIAE
IN BIBLIOPOLIO HAHNIANO.
CIƆIƆCCCXXXV.

LONDINI
APUD BLACK, YOUNG & YOUNG.

Sept 1890
June 12 '84

ΗΡΟΔΟΤΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΟΓΔΟΗ.

ΟΥΡΑΝΙΑ.

1 *ΟΙ δὲ Ἑλλήνων ἐς τὸν ναυτικὸν στρατὸν ταχθέντες, ἦσαν οἵδε. Ἀθηναῖοι μὲν, νέας παρεχόμενοι* 619
ἑπτὰ καὶ εἴκοσι καὶ ἑκατόν· ὑπὸ δὲ ἀρετῆς τε καὶ προθυμίης Πλαταιέες, ἄπειροι τῆς ναυτικῆς ἐόντες,

Exponuntur deinceps res mari gestae. Qui Graeciae populi classem instruxerint.

Cap. I.

Οἱ δὲ Ἑλλήνων ἐς τὸν ναυτικὸν στρατὸν ταχθέντες, ἦσαν οἵδε] De locutione *ταχθέντες ἐς τὸν ν. στρατὸν* conf. allata ad VII, 21. *ἦσαν* pro *ἔσαν* dedi cum Gaisfordio. Quod idem feci VIII, 2. 5. 6. 10. 18. 24. 37. 46. 47. 69. 72. 86. 87. 93. 99. 107. 110. 111. 113. 129. Cf. Censor Ienens. 1828 nr. 186 p. 48. Ad argumentum loci haec adscripsit *Schweigh.*: „Referuntur haec ad ea, quae VII, 202 dicta sunt: *ἦσαν δὲ οἵδε Ἑλλήνων οἱ ὑπομένοντες τὸν Πέρσην ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ*: nempe ad *Thermopylas*. Scilicet haud ita procul a Thermopylis aberat Artemisium: (VII, 175 extr.) ad Thermopylas copiae Graecorum pedestres oppositae sunt Xerxi; ad Artemisium, copiae navales. Iam postquam, quae ad Thermopylas acciderunt, exposuit scriptor, nunc pergit ad exponendas res ad Artemisium gestas.“

Ἀθηναῖοι μὲν, νέας παρεχόμενοι ἑπτὰ καὶ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν] Ita cum Schweigh., Gaisf. et Bekk. e Sancrofti libro alioque rescripsi, quae vulgo sic legebantur inverso ordine: *ἑκατὸν καὶ εἴκοσι καὶ ἑπτά*. Conf. Matthiae Gramm. Graec. §. 140 pag. 264, qui idem in textu vulgarem retinuit ordinem. Quod vero *centum viginti septem* ab Atticis exhibitas esse naves scribit Herodotus, vix dissentit Diodorus XV, 78, qui *ducentas* ponit, itemque Cornelius Nepos Themistocl. 3, ubi vid. Namque ipse Noster VIII, 14 coll. Diodor. XI, 13 *quinquaginta tres* naves scribit auxilio venisse Atticas, quarum inde summa fit *centum octoginta*, ut legimus VIII, 44. Quibus si ad-

2 συνεπλήρουν τοῖσι Ἀθηναίοισι τὰς νέας. Κορίνθιοι δὲ τεσσεράκοντα νέας παρείχοντο· Μεγαρέες δέ, εἴκοσι·

---

das *viginti* Chalcidensium naves, *ducentarum* prodibit numerus, quem eundem proferri invenimus VIII, 61 fin. Itaque *trecentarum* navium si classis tota erat, ut canit Aeschylus Pers. 339, (345 Blomf.) duas certe partes Athenienses soli praebuisse putandi sunt. In universum navium multitudine reliquis antecessisse Athenienses scribit Plutarch. Themistocl. 7 p. 115. Tu conf. quoque Dahlmann. Herodot. pag. 219.

συνεπλήρουν τοῖσι Ἀθηναίοισι τὰς νέας] i. e. *una cum Atheniensibus naves militibus instruxerunt.* Namque πληροῦν et πλήρωμα, quae verba saepius quidem de *nautis* ac *remigibus* (qui igitur alii sunt atque οἱ ἐπιβάται *propugnatores, milites classiarii*, ut vidimus ad VII, 96) intelliguntur, ad utrosque etiam subinde referri solent, ita ut h. l. συνεπλήρουν de propugnatoribus aeque ac de remigibus intellexerim, quemadmodum VIII, 43. 45 πλήρωμα de ipsis navibus unâ cum hominibus, quibus instructae sunt. Cf. Lexic. Polybian. s. v. [pag. 482], quod laudat Schweighaeuserus recte monens, Plataeenses, licet mari adsueti non fuerint, haud aegre tamen eorum nonnullos, quaque in Attica nave remigibus Atticis mixtos, utilem hac etiam in parte operam praestare potuisse. Memorant Plataeenses Atheniensibus in certamine navali opem praestantes Demosthenes c. Neaer. p. 740 [p. 1377 seqq. R.] et Pausanias IX, 1 §. 2, quos affert Valckenaer.

Κορίνθιοι δὲ τεσσεράκοντα νέας παρείχοντο] Intelligi hinc potest, *Corinthios* ceteris Graecis, si ab unis Atheniensibus discedas subito ad tantam rerum navalium copiam evectis, cum paucis ante annis ab ipsis Corinthiis naves mutuari coacti essent, teste Herodoto VI, 89 coll. Thucydid. I, 41, praestitisse re navali. Corinthios proxime excipiunt *Aeginetae*, quos mature inter Graecos re navali eminuisse constat. *Megarenses* et Chalcidenses, quibus Athenienses naves praebuere, vix in censum venire possunt. Quo magis mireris *Lacones*, principatum Graeciae tunc temporis obtinentes, decem modo naves complevisse, ac sedecim navibus ad Salaminem pugnasse (VIII, 43). Ad paupertatem civitatis Spartanae, opibus ad naves exstruendas necessariis destitutae, referas licet cum G. Weber. (De Gytheo et Lacedaemoniorum rebb. navall. Heidelberg. 1833 pag. 48) aut potius ad Spartanorum ingenium, quos a bellis maritimis abhorrentes omnem ad bella terrestria convertisse curam novimus. Sed Attici oratores hinc maxime Laconibus decem istas obiece-

καὶ Χαλκιδέες ἐπλήρουν εἴκοσι, Ἀθηναίων σφι παρεχόντων τὰς νέας· Αἰγινῆται δὲ, ὀκτωκαίδεκα· Σικυώνιοι δὲ, δυώδεκα· Λακεδαιμόνιοι δὲ, δέκα· Ἐπιδαύριοι δὲ, ὀκτώ· Ἐρετριέες δὲ, ἑπτά· Τροιζήνιοι δὲ, πέντε· Στυρέες δὲ, δύο· καὶ Κεῖοι, δύο 620
τε νέας, καὶ πεντηκοντέρους δύο· Λοκροὶ δέ σφι οἱ Ὀπούντιοι ἐπεβώθεον, πεντηκοντέρους ἔχοντες ἑπτά.

2 Ἦσαν μὲν ὧν οὗτοι οἱ στρατευόμενοι ἐπ' Ἀρτεμίσιον· εἴρηται δέ μοι καὶ ὡς τὸ πλῆθος ἕκαστοι
2 τῶν νεῶν παρείχοντο. ἀριθμὸς δὲ τῶν συλλεχθεισέων νεῶν ἐπ' Ἀρτεμίσιον ἦν, πάρεξ τῶν πεντηκον-

Numerus navium ad Artemisium collectarum. Summus earum praefectus, Eurybiades Spartiata.

---

runt naves, eoque simul Atheniensium studia extulerunt. Monuit Valckenaer. laudans Isocrat. in Panathen. pag. 242 seq. [cap. 16 seq.]

Ἀθηναίων σφι παρεχόντων] Ita e Florentino dedi cum recentt. edd. pro *παρεχόντων σφι*, quod tuetur Matthiae, qui idem cum Bekkero mox tenet *δυοκαίδεκα*, quod equidem cum aliis e duobus codd. mutavi in *δυώδεκα*. Conf. Matth. Gr. Gr. §. 140 pag. 264.

Στυρέες δὲ] Male duo codd. *Στυριέες*. Intelliguntur incolae *Styrae*, quae fuit Euboeae urbs prope Carystum, Homero iam cognita Il. II, 539, aliis, quorum locos dabunt Wasse, Duker. et Poppo ad Thucydid. I, 2 pag. 269 ed. Poppo. Et conf. ipsum Herodotum VIII, 46. Mannert. Geogr. d. Gr. u. Röm. VIII. p. 264. Ipsa urbs Maliaco bello eversa dicitur. Nunc loco nomen *Stura* s. *Asturi*.

καὶ Κεῖοι] Plures codd. *Κῖοι*; quam lectionem, haud infrequentem illam quidem, e mala scribendi ratione ortam esse bene monet Bröndsted Itiner. I p. 102 coll. p. 73 omnium copiosissime de Ceo insula, eiusque historia, antiquitatibus, aliis tractans. Ipsa civitas, quae nunc *Zea* vocatur, olim vocabatur *Κέος*, *Ceos* (Herod. VIII, 76); cives *Κεῖοι* sive *Κήϊοι* Herod. IV, 35. V, 102. VIII, 46. Thucyd. VII, 57.

Λοκροὶ δέ σφι οἱ Ὀπούντιοι ἐπεβώθεον] In Florentino aliisque: *ἐπεβοήθεον*, ad vulgarem dicendi usum, cui h. l. praestat Ionum forma, quam etiam agnovit Hesychius I p. 783. *βωθέοντες*· *βοηθοῦντες* itemque Abydenus apud Euseb. Praep. Evang. IX, 14 pag. 416. Ex Herodoto confer sis VIII, 14. 45. 47. 72. 144. IX, 23 et quae eodem spectant: *ἐβώσθησαν* VI, 131. *βεβωμένα* III, 39 alia, quae ad I, 10 protulimus.

Cap. II.

ἐπ' Ἀρτεμίσιον] Conf. VII, 176. In proximis retinui librorum vetustorum lectionem *ὡς*

τέρων, μία καὶ ἑβδομήκοντα καὶ διηκόσιαι. Τὸν δὲ στρατηγὸν τὸν τὸ μέγιστον κράτος ἔχοντα, πα-
3 ρείχοντο Σπαρτιῆται, Εὐρυβιάδεα τὸν Εὐρυκλείδεω. οἱ γὰρ σύμμαχοι οὐκ ἔφασαν „ἢν μὴ ὁ Λάκων ἡγεμονεύῃ, Ἀθηναίοισι ἕψεσθαι ἡγεομένοισι, ἀλλὰ λύσειν τὸ μέλλον ἔσεσθαι στράτευμα.“

3 Ἐγένετο γὰρ κατ' ἀρχὰς λόγος, πρὶν ἢ καὶ ἐς Σικελίην πέμπειν ἐπὶ συμμαχίην, ὡς τὸ ναυτικὸν Ἀθηναίοισι χρεὸν
2 εἴη ἐπιτρέπειν. ἀντιβάντων δὲ τῶν συμμάχων, εἶκον οἱ Ἀθηναῖοι, μέγα πεποιημένοι περιεῖναι τὴν Ἑλλάδα, καὶ γνόντες, εἰ στασιάσουσι περὶ τῆς ἡγεμονίης, ὡς ἀπολέεται ἡ Ἑλλάς· ὀρθὰ νοεῦντες.

Atheniensium prudentia imperium maritimum Spartanis in hoc temporis articulo concedentium.

τὸ πλῆθος κ. τ. λ. (i. e. *quomodo*), a Schaefero, quem Borheck. et Schultz. secuti sunt, sic immutatam: ὅ σ ο ν τ ι πλῆθος, cuius loco olim Reiskio reponere placuerat ὅ σ ο ν τὸ πλῆθος. Tu conf. etiam VII, 60. Ad vocem πάρεξ conf. nott. ad III, 97 fin.

μία καὶ ἑβδομήκοντα καὶ διηκόσιαι] Ita cum recentt. dedi e duobus codd. pro vulg. διηκόσιαι καὶ ἑβδομήκοντα καὶ μία. Conf. Matthiae l. supra l.

Cap. III.

Ἐγένετο γὰρ κατ' ἀρχὰς λόγος] Miratur G. Weber. (De Gytheo p. 48), quod Lacedaemonii totius Graecae classis tenuerint imperium idque eo refert, quod illi tum maxima fruebantur auctoritate neque ulla civitas cum iis de imperio contendere ausa est. Addit, Atheniensibus, qui nuper demum Themistoclis operâ classe instructi ceteris civitatibus pares viderentur, earum ipsarum invidiam hanc concedere noluisse praestantiam; neque enim Spartanos maritimum imperium studiose quaesivisse, qui non tam aegre laturi fuissent, si Athenienses classi imperassent. Quod mihi haud persuasit iuvenis sollertissimus; novi enim Spartanorum studia, qui principatum in omnes Graecas civitates sibi eripi nunquam aequo tulissent animo neque imperium civitati paulo antea inferiori, nunc subito ad tantas opes evectae sponte concessissent. — In seqq. cum Gaisf. dedi e Sancrofti libro χρεὸν pro χρεὼν, quod retinuerunt Matthiae et Bekker. Vid. nott. ad V, 49. Idem feci VIII, 74. 75. 79. IX, 16. 17. 23. 25. 26. 41. 46. 53. 54. 58. 106.

εἶκον οἱ Ἀθηναῖοι κ. τ. λ.] Quae h. l. in Atheniensium laudem edixit pater historiae, bene congruunt cum iis, quae VII, 139 leguntur, ubi vid. nott. Add. VI, 108 ibiq. nott.

3 Στάσις γὰρ ἔμφυλος πολέμου ὁμοφρονέοντος τοσούτῳ κάκιόν ἐστι, ὅσῳ πόλεμος εἰρήνης. Ἐπιστάμενοι ὦν αὐτὸ τοῦτο, οὐκ ἀντέτεινον, ἀλλ' εἶκον
4 μέχρι ὅσου κάρτα ἐδέοντο αὐτῶν, ὡς διέδεξαν. ὡς γὰρ δὴ ὠσάμενοι τὸν Πέρσεα περὶ τῆς ἐκείνου ἤδη τὸν ἀγῶνα ἐποιεῦντο, πρόφασιν τὴν Παυσανίεω ὕβριν προϊσχόμενοι, ἀπείλοντο τὴν ἡγεμονίην τοὺς Λακεδαιμονίους. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον ἐγένετο.

Στάσις γὰρ ἔμφυλος πολέμου κ. τ. λ.] „Excitat hinc Choricius Orat. in Summum Ducem cp. 11 Bibl. Graec. Fabric. V, 31 [T. VIII] pag. 869 ὅσῳ γὰρ εἰρήνη, φησὶν Herodotus, πραοτέρα πολέμου, τοσούτῳ πόλεμος ἔφυ στάσεως ἱμερώτερος. *Quanto, inquit ille, pax bello sedatior, tanto bellum seditione amabilius.* Nonne mera sententiae παραδιόρθωσις est?" *Wessel.* Sententia Herodoti haec est: seditionem domesticam (s. bellum inter diversas Graeci nominis gentes ortum) tanto peiorem esse bello, quod ex omnium (Graecorum) consensu (adversus exteros) geratur, quanto peior sit ipsa pax bello.

μέχρι ὅσου κάρτα ἐδέοντο αὐτῶν] i. e. *Athenienses cesserunt, quamdiu illis* (reliquis scil. Graeciae civitatibus) *magnopere indigebant.* Retinui μέχρι ὅσου, quod optimi et plurimi ferebant libri. Alii μέχρι s. μέχρις οὗ. Tu cf. I, 181. Ad verba proxima ὡς διέδεξαν cf. nott. ad VII, 172 et de forma accusativi Πέρσεα, cuius loco Florentinus cum duobus aliis Πέρσην, Matth. Gr. Gr. §. 91 p. 195.

περὶ τῆς ἐκείνου] Minime opus cum Galeo corrigere περὶ γῆς ἐκείνου, quandoquidem vocula γῆ in talibus plerumque reticetur, ut VIII, 41. 106; ne plura afferam in re sanequam notissima. Intelligitur autem ἡ ἐκείνου terra Xerxi subdita, inprimis Asia minor.

πρόφασιν τὴν Παυσανίεω ὕβριν προϊσχόμενοι] „Satis erat dixisse τὴν Παυσανίεω ὕβριν προϊσχόμενοι, ut *hoc illudve praetexere* dicitur προέχεσθαί τι: sed scribere Noster maluit πρόφασιν προσχέσθαι, ut IV, 165 [ubi vid. nott.] VI, 137." *Valcken.*

ἀπείλοντο τὴν ἡγεμονίην τοὺς Λακεδαιμονίους] De structura vocis ἀφαιρεῖσθαι *Valckenaer.* citans VI, 70 (ubi conf. nott.) et Thom. Magist. s. v. p. 130, haec ad ipsum argumentum loci adscripsit: „Evenit illa res triennio post, Ol. LXXV, 4. Athenienses tum temporis dicuntur Thucydidi I, 96 παραλαβόντες τὴν ἡγεμονίαν ἑκόντων τῶν ξυμμάχων διὰ τὸ Παυσανίου μῖσος.

Graecis de fuga capessenda deliberantibus, Euboeenses Themistocli, classis Atheniensium praefecto, amplissimis muneribus dandis persuadent, ut caeteros ad proelium ante Euboeam pugnandum permovere studeat.

4 Τότε δὲ οὗτοι οἱ καὶ ἐπ' Ἀρτεμίσιον Ἑλλήνων ἀπικόμενοι, ὡς εἶδον νέας τε πολλὰς καταχθείσας ἐς τὰς Ἀφέτας, καὶ στρατιῆς ἅπαντα πλέα, ἐπεὶ αὐτοῖσι παρὰ δόξαν τὰ πρήγματα τῶν βαρβάρων 621
ἀπέβαινε ἢ ὡς αὐτοὶ κατεδόκεον, καταῤῥωδήσαντες, δρησμὸν ἐβούλευον ἀπὸ τοῦ Ἀρτεμισίου ἔσω ἐς
2 τὴν Ἑλλάδα. γνόντες δέ σφεας οἱ Εὐβοέες ταῦτα βουλευομένους, ἐδέοντο Εὐρυβιάδεω προσμεῖναι χρό-

---

Spartani quidem Pausaniae, *Περσίζοντος*, superbia socios irritavit; sed ad imperium in Athenienses transferendum caeteros Graecos aequitas potissimum movit Aristidis: Cornel. Nepos in Aristid. c. 2 vid. et Diodor. XI, 44, qui cap. 46 utrumque memorat; et *Pausaniae vitia, Aristidis autem virtutes fecisse* scribit, *πάντας ὥσπερ ἀπὸ μιᾶς ὁρμῆς ἀποκλῖναι πρὸς τοὺς Ἀθηναίους* atque adeo Athenienses *χωρὶς κινδύνου παραλαβεῖν τὴν κατὰ θάλατταν ἀρχήν*. Quam acceperunt oblatam, *τὴν ἡγεμονίην* Athenienses apud Herodotum, *ἀπείλοντο τοὺς Λακεδαιμονίους:* suâ nimirum virtute virorumque principum artibus non illegitimis."

Cap. IV.

οἱ καὶ ἐπ' Ἀρτεμίσιον] Pro *καὶ*, quod equidem cum recentt. edd. revocavi e libris scriptis, Schaeferus posuerat *ὡς*. Sine causa, opinor. — Ad verbum *καταχθείσας* conf. nott. ad VII, 59 et ad *Ἀφέτας* VII, 193 ibique allata.

τὰ πρήγματα — ἢ ὡς αὐτοὶ κατεδόκεον] Eadem fere locutio I, 79 ubi vid.

δρησμὸν ἐβούλευον] Vulgo *ἐβουλεύοντο*, quod Schaefer., Matth. et Bekker. retinuerunt. Schweighaeuser. et Gaisf. revocarunt duorum codd. lectionem *ἐβούλευον*, quod omnes praebent libri VIII, 97. 100. IX, 110. coll. I, 11. V, 124. VIII, 18 fin., ubi eadem scripturae diversitas. Nam ibi quoque Schweigh. et Gaisf. cum Wesselingio retinuerunt *ἐβούλευον*, cuius loco Schaeferus *ἐβουλεύοντο*, quod et ipsum praebet Florentinus liber cum aliis. Nostro in loco nihil obstat, quod mox sequitur *βουλευομένους*, quum Herodotus, ut observat Schweigh., ita orationem variare soleat; v. c. V, 124. Equidem *δρησμὸν ἐβούλευον* reddiderim: *cogitabant de discessu*, *agitabant consilia de discessu*; et *βουλευομένους ταῦτα*: *haec secum deliberantes, haec consilia agitantes* s. *secum animis volventes*, ut et activi et medii verbi eluceat vis ac discrimen. Hinc recte medium ponitur VII, 207. VIII, 7. 30.

νον ὀλίγον, ἔστ' ἂν αὐτοὶ τέκνα τε καὶ τοὺς οἰκέτας 3ὑπεκθέωνται. ὡς δ' οὐκ ἔπειθον, μεταβάντες τὸν Ἀθηναίων στρατηγὸν πείθουσι Θεμιστοκλέα ἐπὶ μισθῷ τριήκοντα ταλάντοισι, ἐπ' ᾧ τε καταμείναντες πρὸ τῆς Εὐβοίης ποιήσονται τὴν ναυμαχίην.

5 Ὁ δὲ Θεμιστοκλέης τοὺς Ἕλληνας ἐπισχεῖν ὧδε ποιέει. Εὐρυβιάδῃ τούτων τῶν χρημάτων μεταδιδοῖ πέντε τάλαντα, ὡς παρ' ἑωυτοῦ δῆθεν διδούς. 2ὡς δέ οἱ οὗτος ἀνεπέπειστο, Ἀδείμαντος γὰρ ὁ

Id quomodo Themistocles effectum dederit.

ἔστ' ἂν αὐτοὶ τέκνα τε καὶ τοὺς οἰκέτας ὑπεκθέωνται] De verbo ὑπεκτίθεσθαι conf. nott. ad V, 65 et add. VIII, 41. Nec alio pertinet verbum ὑπεκκομίζεσθαι IX, 6 et ὑπεκκεῖσθαι VIII, 60 §. 2. Similia quaedam verba excitavi ad IV, 120. οἰκέτας non *servos* tantum dici ac *mancipia*, verum omnes, qui ad familiam domumve pertineant, ipsamque adeo *uxorem* et *liberos*, e Thomae Mag. observatione p. 644 hic tradit Wesselingius. Tu vid. potissimum VIII, 106, ubi τοὺς οἰκέτας ipse postmodo interpretatur τὰ τέκνα καὶ τὴν γυναῖκα, ut VIII, 60 §. 2 coll. VIII, 44. 142. 144.

μεταβάντες τὸν Ἀθηναίων στρατηγὸν κ. τ. λ.] Eadem ferme enarrat Plutarch. Themistocl. 7 pag. 115, Euboeenses timentes, ne Graeci discederent, clam cum Themistocle egisse, misso cum pecuniis ad ipsum Pelagonte, aliaque adiicit e Phania Lesbio desumta. Add. Aristid. schol. ad T. III, p. 313 pag. 233 Frommel., ubi eadem produntur. Displicuerunt autem Herodotea, cum Graecis principibus non valde sint honorifica, Pseudo-Plutarcho (T. II pag. 867 B.); de quo ita disserit *Valckenaer.*: Si vera sunt, ut esse videntur, veracis historici laudem meretur Herodotus: verisimillima reddit aliunde nota viri maximi Themistoclis avaritia, quae summa saepius ingenia dedecorat." — Ad locutionem ἐπὶ μισθῷ conf. V, 65, ubi etiam locutionem ἐπ' ᾧ τε attigi. De dativo τριήκοντα ταλάντοισι cf. Matth. Gr. Gr. §. 428, 5 pag. 794.

Cap. V.

μεταδιδοῖ πέντε τάλαντα] De accusativo hoc *Cr.* conferri vult Schaefer. Melett. critt. p. 21. Tu vid. Matth. Gr. Gr. §. 328, 3 not. pag. 634, qui idem §. 588 in. pag. 1172 de locutione παρ' ἑωυτοῦ (ubi male olim παρ' ἑωυτῷ) consulendus. Add. Herod. II, 129. VII, 29. Ad usum voculae δῆθεν conf. citt. ad III, 74. Adde mox VIII, 6.

ὡς δέ οἱ οὗτος ἀνεπέπειστο κ. τ. λ.] Deest ad haec

Ὠκύτου, Κορίνθιος στρατηγὸς, τῶν λοιπῶν ἤσπαιρε μοῦνος, φάμενος ἀποπλώσεσθαί τε ἀπὸ τοῦ Ἀρτεμισίου καὶ οὐ παραμενέειν, πρὸς δὴ τοῦτον
3 εἶπε ὁ Θεμιστοκλέης ἐπομόσας· „Οὐ σύ γε ἡμέας „ἀπολείψεις, ἐπεί τοι ἐγὼ μέζω δῶρα δώσω ἢ βασι„λεὺς ἄν τοι ὁ Μήδων πέμψειε ἀπολιπόντι τοὺς „συμμάχους.“ ταῦτά τε ἅμα ἠγόρευε, καὶ πέμπει
4 ἐπὶ τὴν νέα τὴν Ἀδειμάντου τάλαντα ἀργυρίου τρία.
Οὗτοί τε δὴ πληγέντες δώροισι, ἀναπεπεισμένοι

---

verba apodosis, quae, si quid video, a verbis proximi capitis: οὕτω δὴ κατέμεινάν τε κ. τ. λ. exordiri debet. Ubi enim Eurybiadi et post etiam Adimanto, qui solus renitebatur, persuaserat ille, *tum demum* Graeci in Euboea remanserunt. Itaque reliqua verba pro interiectis habenda sunt per parenthesin quasi, illata per particulam γὰρ, quae ita causam ac rationem indicans, haud raro interserta orationis iustum ac legitimum ordinem turbare solet. Eadem prorsus ratio est loci VIII, 8 init. De ipso *Adimanto* conf. Pseudo-Plutarch. II p. 871 A. et Analectt. vett. poett. Graecc. I p. 133 nr. 41, ubi epitaphium eius legitur a Simonide conscriptum.

Κορίνθιος στρατηγὸς] Revocavi cum Schweigh. et Gaisf. *Κορίνθιος* e. codd. consensu, ut VIII, 94 init. Sine causa Schaefer., quem sequuntur Matth. et Bekker., *Κορινθίων*. Nec aliter Valla expressit. Verba proxime sequentia *τῶν λοιπῶν* in pluribus codd. desunt.

ἤσπαιρε] Affert Suidas s. v. I pag. 81 itemque Eustath. ad Il. pag. 410, 34 s. 326, 4, ubi *ἀσπαίρειν* interpretatur *προθυμεῖσθαι*. Et confer quoque Pseudo-Plut. II pag. 327 C. Schweighaeuserus cum Porto et Wesselingio interpretatur: *prae metu palpitabat, trepidabat.* Equidem malim cum Valla et Valckenaerio: *reluctabatur, obluctabatur*, ut IX, 119. Aristid. I p. 356 s. 545 Dind. Probat Blomfield. in Glossar. ad Aeschyl. Pers. 970, ubi vid. In quam sententiam etiam Negris interpretatur *ἠναντιοῦτο*. In seqq. pro *ἀποπλώσεσθαι* Florentinus aliique *ἀποπλεύσεσθαι*.

ταῦτά τε ἅμα ἠγόρευε, καὶ πέμπει] De usu particularum *τε — καὶ* dixi ad III, 135.

Οὗτοί τε δὴ πληγέντες δώροισι] Quod pro *πληγέντες* Florentinus cum quatuor aliis codd. habet *πάντες*, id ex librariorum, quibus vulgatum durius visum, ingenio derivat Wesselingius, comparans Themistii locum Orat. II p. 26 A., ubi legimus *ταλάντοις οὐκ ἔτρωσε οὐδ᾽ ἔκαμψε.* Magis huc facit Plutarch. Demosth. 25 p. 857 D. *πληγεὶς ὑπὸ*

ἦσαν, καὶ τοῖσι Εὐβοέεσι ἐκεχάριστο· αὐτός τε ὁ 622
Θεμιστοκλέης ἐκέρδηνε, ἐλάνθανε δὲ τὰ λοιπὰ ἔχων· ἀλλ' ἠπιστέατο οἱ μεταλαβόντες τούτων τῶν χρημάτων ἐκ τῶν Ἀθηναίων ἐλθεῖν ἐπὶ τῷ λόγῳ τούτῳ τὰ χρήματα.

6 Οὕτω δὴ κατέμεινάν τε ἐν τῇ Εὐβοίῃ, καὶ ἐναυμάχησαν. ἐγένετο δὲ ὧδε. Ἐπεί τε δὴ ἐς τὰς Ἀφέτας περὶ δείλην πρωΐην γινομένην ἀπίκατο οἱ βάρβαροι, πυθόμενοι μὲν ἔτι καὶ πρότερον περὶ τὸ Ἀρτεμίσιον ναυλοχέειν νέας Ἑλληνίδας ὀλίγας, τότε δὲ αὐτοὶ ἰδόντες, πρόθυμοι ἦσαν ἐπιχειρέειν, εἴ κως
2 ἕλοιεν αὐτάς. ἐκ μὲν δὴ τῆς ἀντίης προσπλώειν οὔ κω σφι ἐδόκεε τῶνδε εἵνεκα, μή κως ἰδόντες οἱ Ἕλληνες προσπλώοντας, ἐς φυγὴν ὁρμήσειαν, φεύγοντάς τε εὐφρόνη καταλάβοι· καὶ ἔμελλον δῆθεν

τῆς δωροδοκίας, Cicer. 15 p. 868 B. πληγεὶς ὑπὸ τοῦ δεινοῦ. Nic. 10 p. 529 F. ἄχει καὶ θαύματι πεπληγότες aut Moral. T. II p. 74 E. πληγεὶς παῤῥησίᾳ coll. p. 763 B. — In seqq. pro Εὐβοέεσι, quam formam Graecam esse negat, rescribi vult Struve Spec. Quaest. II pag. 7 Εὐβοεῦσι. Secutus est Bekkerus. At scripti libri omnes quantum scio, vulgatam retinent.

ἐλάνθανε δὲ — ἔχων] Vid. Matth. Gr. Gr. §. 552 β. pag. 1082, qui idem §. 204, 7 b. pag. 378 de forma ἠπιστέατο, quae etiam exstat VIII, 25 consulendus. — Quae sequuntur ἐπὶ τῷ λόγῳ τούτῳ valent: *sub hac conditione.* Cf. VII, 158. IX, 26. 33 coll. I, 60. Mox pro ἐκ τῶν Ἀθηναίων Bekker. dedit ἐκ τῶν Ἀθηνέων.

Cap. VI.

περὶ δείλην πρωΐην] „Esse *horam pomeridianam*, uno ore Hesychius, Suidas, Moeris, Grammatici omnes, profitentur.“ *Schweighaeuser.* Et sic quoque accipi vult A. Schoell. vernaculus interpres, tempus intelligens, quod proxime vesperam antecedit: *mit der ersten Dämmerung.* Mox e Florent. cod. cum recentt. dedi γινομένην pro γενομένην, quod retinuit Matthiae. — ἐκ τῆς ἀντίης, ubi mente addas licet ὁδοῦ vel simile quid, valet *ex adverso.* Sic VIII, 7 ἐξ ἐναντίης.

φεύγοντάς τε εὐφρόνη καταλάβοι] De vocula τε simpliciter posita, ut VIII, 10. 13. 20 conf. nott. ad VII, 188, ubi etiam de voce εὐφρόνη. Quae continuo sequuntur verba: καὶ ἔμελλον δῆθεν ἐκφεύξεσθαι, ea per parenthesin mihi posita videntur neque cum reliquis verbis coniuncta (*in eo nimirum illi erant*, ut fugâ *salutem peterent*);

ἐκφεύξεσθαι· ἔδει δὲ μηδὲ πυρφόρον, τῷ ἐκείνων
7 λόγῳ, ἐκφυγόντα περιγενέσθαι. Πρὸς ταῦτα ὦν τάδε ἐμηχανέοντο. τῶν νεῶν ἁπασέων ἀποκρίναντες διηκοσίας, περιέπεμπον ἔξωθεν Σκιάθου, ὡς ἂν μὴ ὀφθέωσι ὑπὸ τῶν πολεμίων περιπλώουσαι Εὔβοιαν κατά τε Καφηρέα καὶ περὶ Γεραιστὸν, ἐς τὸν Εὔρι-

Naves CC a Persis praemissae, quae Euboeam circumvectae potitaeque Euripo, fugam Graecis intercluderent.

---

quare vix opus corrigere μέλλωσι vel μέλλοιεν, quod Schweighaeusero in mentem venerat, qui haec ipsa minus accurate sic interpretatur: *ne — nox fugientes reciperet adeoque salvi illi evaderent.*" Ubi nullam prorsus rationem habuit voculae δῆθεν, de qua cf. citt. ad cap. 5. — In Tauchnitz. edit. min. exstat: καταλάβῃ ἢ καὶ ἔμελλον κ. τ. λ.

ἔδει δὲ μηδὲ πυρφόρον — ἐκφυγόντα περιγενέσθαι] Proverbiali Noster utitur locutione de iis, qui ad unum omnes internecione pereunt, ita ut ne unus quidem supersit, cladis nuntius qui sit, ut disertis verbis prodit Diodor. XI, 23, ubi vid. Wesseling. De ipso proverbio citant Suidam s. v. οὐδὲ πυρφόρος II p. 732. Zenob. Cent. V, 34. Diogen. VII, 15. Schol. ad Euripid. Phoeniss. 1386 pag. 141 Valck. Schol. ad Gregor. Nazianz. Stel. II p. 92. Ac πυρφόρος proprie dicebatur sive sacerdos sive minister *ignifer*, qui in Spartanorum expeditionibus facem exercitui praeferebat, sacrum ignem secum gestabat ipseque inde sacrosanctus habebatur. Qui inde si occubuisset, omnes reliquos, ita ut ne nuntius quidem calamitatis superesset, obiisse dicebant. Vid. Xenoph. De republ. Laced. XIII §. 2. 3 coll. Sturz. Lex. Xenophont. III pag. 766. Scite proverbii vim vernacule sic reddidit Lange: „*es sollte auch keine Maus davonkommen.*"

Cap. VII.

ἔξωθεν Σκιάθου] De hac insula vid. nott. ad VII, 176.

κατά τε Καφηρέα καὶ περὶ Γεραιστὸν] Sine iusta causa Schaeferus, quem Matth. et Bekk. secuti sunt, delevit περὶ, quod omnes codd. retinent. *Caphareus* dicebatur promontorium maxime importunum, ad quod olim fecerat naufragium Graecorum classis Troiâ revertens, in Euboeae meridionalis apice situm e regione Andri insulae. Nunc fertur loco nomen ξυλοφάγον (i. e. *ligna devorans*) vel *Capo d'Oro*. Non multum hinc distabat *Geraestus* et urbs et portus, cuius iam apud Homerum mentio Odyss. III, 177. Tu vid. Thucydid. III, 3 ibiq. Wasse et Poppo T. I. 2 pag. 270. Adhuc vocatur *Gerésto* s. *Castri.*

De *Euripo* conf. nott. ad VII, 173. — In fine cap. ante ἀριθμὸν quidam codd. offerunt τὸν, ut VII, 59.

πον· ἵνα δὴ περιλάβοιεν, οἱ μὲν, ταύτῃ ἀπικόμενοι, καὶ φράξαντες αὐτῶν τὴν ὀπίσω φέρουσαν 2 ὁδὸν, σφεῖς δὲ, ἐπισπόμενοι ἐξ ἐναντίης. ταῦτα βουλευσάμενοι ἀπέπεμπον τῶν νεῶν τὰς ταχθείσας, αὐτοὶ οὐκ ἐν νόῳ ἔχοντες ταύτης τῆς ἡμέρης τοῖσι Ἕλλησι ἐπιθήσεσθαι, οὐδὲ πρότερον ἢ τὸ σύνθημά σφι ἔμελλε φανήσεσθαι παρὰ τῶν περιπλωόντων 3 ὡς ἡκόντων. ταύτας μὲν δὴ περιέπεμπον· τῶν δὲ λοιπέων νεῶν ἐν τῇσι Ἀφέτῃσι ἐποιεῦντο ἀριθμόν.

8 Ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἐν ᾧ οὗτοι ἀριθμὸν ἐποιεῦντο τῶν νεῶν, ἦν γὰρ ἐν τῷ στρατοπέδῳ τούτῳ Σκυλλίης Σκιωναῖος, δύτης τῶν τότε ἀνθρώπων ἄριστος· ὃς καὶ ἐν τῇ ναυηγίῃ τῇ κατὰ τὸ Πήλιον γενομένῃ πολλὰ μὲν ἔσωσε τῶν χρημάτων τοῖσι Πέρσῃσι, πολλὰ δὲ καὶ αὐτὸς περιεβάλετο· οὗτος ὁ 1 Σκυλλίης ἐν νόῳ μὲν εἶχε ἄρα καὶ πρότερον αὐτομολήσειν ἐς τοὺς Ἕλληνας, ἀλλ' οὐ γάρ οἱ παρέσχε, 2 ὡς τότε. ὅτεῳ μὲν δὴ τρόπῳ τὸ ἐνθεῦτεν ἤδη ἀπί- 623

Re per Scylliam urinatorem Graecorum ducibus prodita,

Cap. VIII.

ἦν γὰρ ἐν τῷ στρατοπέδῳ κ. τ. λ.] oratio ἀνακόλουθος eodem modo intelligenda, quo VIII, 5 ubi vid.

Σκυλλίης Σκιωναῖος] *Scyllias*, qui *Scione* urbe, cuius mentio VII, 122 oriundus erat, non *Sicyonius*, ut falso reddit Valla, celeberrimus fuisse videtur urinator, cuius etiam meminerunt Pausan. X, 1981. Athen. VII p. 296 F. Antholog. Gr. I, 69 Ep. 1, ubi vid. Iacobs. in Animadverss. T. II, 1 (VIII) pag. 363 seq. Unde carmine illum honoratum esse discimus et tabula pictâ repraesentatum, Delphisque illius statuam positam. Vid. Polluc. VII, 137, qui etiam vocem δύτης attigit, quo Noster usus est, contra Grammaticorum, ut videtur, praecepta. — Ad voces τῶν τότε ἀνθρώπων conf., si tanti est, Matth. Gr. Gr. §. 272 init. p. 557.

ὃς καὶ ἐν τῇ ναυηγίῃ τῇ κατὰ τὸ Πήλιον γενομένῃ] Vid. VII, 188 seqq. et ad verbum περιεβάλετο conf. nott. ad III, 71. — In seqq. vocula ἄρα pluribus postposita vocibus, ut VI, 62. VII, 35. 130. VIII, 111. 136. IX, 108 coll. 58. 90. Aeschyl. S.c. Th.487. Hartung. Lehre v. d. Gr. Part. I p. 446.

ἀλλ' οὐ γάρ οἱ παρέσχε] i. e. *neque vero potuit*, neque enim ei talis obtigit occasio, qualis tunc (obtigerat). Itaque non recipiendum, quod in uno cod. invenitur: ἀλλ' οὔπω καιρὸς παρέσχε. Tu vid. nott. ad III, 73 et ad VIII, 25. 100. 140.

κετο ἐς τοὺς Ἕλληνας, οὐκ ἔχω εἶπαι ἀτρεκέως·
3 θωυμάζω δὲ εἰ τὰ λεγόμενά ἐστι ἀληθέα. λέγεται
γὰρ ὡς ἐξ Ἀφετέων δὺς ἐς τὴν θάλασσαν, οὐ πρότερον ἀνέσχε πρὶν ἢ ἀπίκετο ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον, σταδίους μάλιστά κῃ τούτους ἐς ὀγδώκοντα διὰ τῆς
4 θαλάσσης διεξελθών. λέγεται μέν νυν καὶ ἄλλα ψευδέσι εἴκελα περὶ τοῦ ἀνδρὸς τούτου· τὰ δὲ μετεξέτερα, ἀληθέα. περὶ μέντοι τούτου γνώμη μοι
5 ἀποδεδέχθω, πλοίῳ μιν ἀπικέσθαι ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον. ὡς δὲ ἀπίκετο, αὐτίκα ἐσήμηνε τοῖσι στρατηγοῖσι τήν τε ναυηγίην, ὡς γένοιτο, καὶ τὰς περιπεμφθείσας
9 τῶν νεῶν περὶ Εὔβοιαν. Τοῦτο δὲ ἀκούσαντες οἱ
navibus illis obviam eundi con- 2 Ἕλληνες, λόγον σφίσι αὐτοῖσι ἐδίδοσαν. πολλῶν δὲ

οὐκ ἔχω εἶπαι ἀτρεκέως] Tres libri εἰπεῖν, solemni confusione. Usus noster est hac formula crebrius in rebus incertis mirisve, a quibus prudenter suum assensum cohibet. Conf. IV, 25 ibique nott. 187. I. 160. II. 103. V. 9 ibique nott. Quo eodem spectant verba sequentia: θωυμάζω δὲ (ita enim scripsi pro θ ω μάζω δὲ), εἰ τὰ λεγόμενά ἐστι ἀληθέα; nam iis declaratur veri studium, quo Noster eminuit, in iis diiudicandis, quae a rerum natura abhorrere viderentur, simulque animus vulgi superstitionibus haud ita captus, ut rebus miris atque incredibilibus continuo fidem adderet. Conf. VII, 189. 133 ibiq. nott.

οὐ πρότερον ἀνέσχε] i. e. *non prius se extulit aquâ.* Ad διεξελθών conf. nott. ad VII, 100. *Octoginta* stadia hic minora intelligi vult Larcherus, ita ut duo ferme milliaria Gallica (Lieues vocant) inde conficiantur.

γνώμη μοι ἀποδεδέχθω] De locutione conf. nott. ad I, 170. De *Artemisio* vid. VII, 175. 176. — In seqq. pro ἐσήμηνε tres codd. ἐσήμαινε, quod non spernendum videtur Schweighaeusero conferenti VIII, 21.

ὡς γένοιτο] Valcken. scribi vult ὅση ἐγένετο: *quantum fuisset illud naufragium.* „At, inquit *Schweigh.*, eandem fere in sententiam bene habet vulgatum: ὡς γένοιτο, *quale fuerit naufragium,* quo modo acciderit, *quemque exitum habuerit:* nempe haec ille Graecis omnia particulatim renunciavit.“ Namque Persicae classis naufragium quidem indicarant speculatores, teste Herodoto VII, 192; iam advenit Scythias, singula accurate enarrans, quaecunque ad illud naufragium pertinebant, quaeque ipse omnium optime noverat, cum ipse cladi interfuisset.

Cap. IX.

λόγον σφίσι αὐτοῖσι ἐδίδοσαν] i. e. *secum deliberaverunt*

λεχθέντων, ἐνίκα, τὴν ἡμέρην ἐκείνην αὐτοῦ μεί-
ναντάς τε καὶ αὐλισθέντας, μετέπειτα νύκτα μέσην
παρέντας, πορεύεσθαι, καὶ ἀπαντᾶν τῇσι περιπλω-
3 ούσῃσι τῶν νηῶν. μετὰ δὲ τοῦτο, ὡς οὐδείς σφι
ἐπέπλωε, δείλην ὀψίην γινομένην τῆς ἡμέρης φυλά-
ξαντες, αὐτοὶ ἐπανέπλωον ἐπὶ τοὺς βαρβάρους, ἀπό-
πειραν αὐτῶν ποιήσασθαι βουλόμενοι τῆς τε μάχης
καὶ τοῦ διεκπλόου.

silium capitur. Sed dum Graeci, relicto Artemisio, in altum provehuntur,

10 Ὁρέοντες δέ σφεας οἵ τε ἄλλοι στρατιῶται οἱ Ξέρξεω καὶ οἱ στρατηγοὶ ἐπιπλώοντας νηυσὶ ὀλίγῃσι, πάγχυ σφι μανίην ἐπενείκαντες, ἀνῆγον καὶ αὐτοὶ τὰς νέας, ἐλπίσαντές σφεας εὐπετέως αἱρήσειν· οἰκότα κάρτα ἐλπίσαντες, τὰς μέν γε τῶν Ἑλλήνων ὁρέοντες ὀλίγας νέας, τὰς δὲ ἑωυ-

barbari et ipsi Aphetis solvunt.

Graeci. Conf. III, 76, ne plura. σφίσι cum recentt. dedimus e Florentino aliisque pro vulg. σφι. — Ad verbum ἐνίκα suppl. ἡ γνώμη. Conf. VII, 175 ibiq. allata.

αὐτοῦ μείναντάς τε καὶ αὐλισθέντας] „*in statione manentes cum navibus*" interpretatur Schweigh. si quidem verbum αὐλίζεσθαι, quod *commorandi* significatione invenitur quoque IX, 37. 93 coll. III, 110, h. l. tantum videtur adiectum eo consilio, ut vim maiorem quandam addat. — Quae sequuntur: νύκτα μέσην παρέντας (*media nocte praeterlapsa*), eadem fere leguntur VII, 183.

δείλην ὀψίην — φυλάξαντες] δείλην ὀψίην Larcherus intelligit *sur les trois heures apres midi*. Hesychio auctore I p. 903 indicatur ἡ περὶ δύσιν ἡλίου, quod idem habet Suidas I p. 530. Plura dabit Alberti ad Hesych. l. l. Verbum φυλάξαντες Suidas III p. 642 recte interpretatur ἐπιτηρήσαντες. Tu vid. allata ad V, 12 et add. VIII, 14. Plutarch. Themistocl. 14.

ἀπόπειραν αὐτῶν ποιήσασθαι βουλόμενοι] ἀπόπειραν ποιεῖσθαι nihil aliud fere esse atque ἀποπειρᾶσθαι: *tentare aliquid, periculum alicuius rei facere*, Herodoto, Procopio, aliis frequentatum bene monuit Wesseling. similesque attulit locutiones ἀνάπειραν et διάπειραν ποιεῖσθαι, quibus utuntur, quoties periculum fit peritiae nautarum militumque ante pugnam, apud Polybium [ubi XXVI, 7 §. 9 coll. §. 8 verbum ἀποπειρᾶσθαι hoc sensu] et Diodorum XIII, 8, ubi plura dedit Wesseling. — De voce διεκπλόου vid. nott. ad VI, 12.

Cap. X.

Ὁρέοντες δὲ] Florentinus liber et h. l. et paulo inferius habet ὁρέωντες, quod recepit

τῶν πλήθεΐ τε πολλαπλησίας, καὶ ἄμεινον πλωού- 2 *σας. καταφρονήσαντες ταῦτα, ἐκυκλοῦντο αὐτοὺς ἐς μέσον. Ὅσοι μέν νυν τῶν Ἰώνων ἦσαν εὔνοοι*

Matthiae. — Ad verba *μανίην ἐπενείκαντες* conf. nott. ad IV, 154.

πλήθεΐ τε πολλαπλησίας] Ad locutionem conf. allata ad IV, 191. Scripsi cum Matth. et Bekker. *πολλαπλησίας*, cum Gaisfordius e libris quibusdam dedisset *πολλαπλασίας*, ut V, 45, ubi vid. nott. — Mox retinui *πλωούσας*, ut VIII, 22 init. et 44, ubi alii codd. *πλεούσας*.

καταφρονήσαντες ταῦτα] Iam attigi haec in nota ad I, 59, quo loco nunc Hoeger. in Actt. philoll. Monacc. III, 4 pag. 483 seq. *καταφρονήσας* refingi vult in *κάρτα φρονήσας*. Qui idem p. 485 hoc loco *ταῦτα* ad verbum *καταφρονήσαντες*, quod genitivum obiecti requirat, referri posse negans, absolute accipi vult *ob haec*, ubi vulgo supplent *κατὰ*; ita ut ad *καταφρονήσαντες* mente addatur *τῶν Ἑλλήνων*. Quae tamen si dicere voluisset Noster, vix credo eum sic fuisse locutum. Quapropter malim interpretari: *cum haec mente reputassent*, *cogitassent* non sine quodam Graecorum contemtu. Nec aliter accipi vult Larcherus, quo auctore *καταφρονεῖν* hic valet *remarquer, considerer, réflechir*. Nec aliter Wesselingius haec verba, quae olim haud satis bene vertebant: *prae contemtu*, rectius verti posse putavit: *ea considerantes*, locos Nostri afferens I, 59. 66 atque Euseb. Praepar. Evang. IX, 14, locum haud disparem: Abydeni *θεῶν καταφρονήσαντας ἀμείνονας εἶναι* i. e. *quumque se diis meliores opinarentur*. Vid. Diss. Herod. XI, p. 197. 198. Negris interpretatur *ἐν φρενὶ λαβόντες, παρατηρήσαντες αὐτά*.

ἐκυκλοῦντο αὐτοὺς] *αὐτοὺς* recte tenent libri scripti; nam ad Graecos sive *Ἕλληνας* spectat per sensus quandam structuram, cum sane proprie ad *naves* illud referri debeat indeque scribi *αὐτάς*: quod et ipsum olim in quibusdam exstitit. Hinc quoque mox *περιεχομένους αὐτούς* et cp. 16 *ἐκυκλεύοντο ὡς περιλάβοιεν αὐτούς*. Ubi Valckenaerio rescribere placet *ἐκυκλεῦντο*, assentiente Wesselingio, qui e Sancrofti libro in l. l. VIII, 16 pro vulg. *ἐκυκλεύοντο* in textum recepit *ἐκυκλέοντο*, ipse coniiciens *ἐκυκλεῦντο*. Equidem nihil mutavi, quandoquidem formam *κυκλεύω*, quam h. l. Florentinus liber cum aliis praebet, aeque atque *κυκλέω* et *κυκλόω* in usu habuisse videntur Graeci. Cf. Aelian. N. A. II, 8, ubi Herodotea attulit Iacobs, qui idem etiam ad Aelian. N. A. I, 58 de verbo *περιλαμβάνειν* conferri potest.

τοῖσι Ἕλλησι, ἀέκοντές τε ἐστρατεύοντο, συμφορήν
τε ἐποιεῦντο μεγάλην ὁρέοντες περιεχομένους αὐ-
τοὺς, καὶ ἐπιστάμενοι ὡς οὐδεὶς αὐτῶν ἀπονοστήσει· 35
οὕτω ἀσθενέα σφι ἐφαίνετο εἶναι τὰ τῶν Ἑλλήνων
3 πρήγματα. ὅσοισι δὲ καὶ ἡδομένοισι ἦν τὸ γινόμε-
νον, ἅμιλλαν ἐποιεῦντο ὅκως αὐτὸς ἕκαστος πρῶτος
νέα Ἀττικὴν ἑλὼν, παρὰ βασιλέος δῶρα λάμψεται·
Ἀθηναίων γὰρ αὐτοῖσι λόγος ἦν πλεῖστος ἀνὰ τὰ
11 στρατόπεδα. Τοῖσι δὲ Ἕλλησι ὡς ἐσήμηνε, πρῶτα 624
μὲν, ἀντίπρωροι τοῖσι βαρβάροισι γενόμενοι, ἐς τὸ 41
μέσον τὰς πρύμνας συνήγαγον· δεύτερα δὲ σημή-
ναντος, ἔργου εἴχοντο, ἐν ὀλίγῳ περ ἀπολαμφθέν-
2 τες, καὶ κατὰ στόμα. Ἐνθαῦτα τριήκοντα νέας αἱ-

Hinc pugna oritur navalis, Marte pugnata ancipiti et nocte diremta, Graecis Artemisium, barbaris Aphetas repetentibus.

συμφορήν τε ἐποιεῦντο μεγάλην ὁρέοντες] Distinctionem post *μεγάλην* poni solitam sustuli, quo melius appareret totius loci structura. Namque apodosis incipit a verbis *συμφορήν τε ἐποιεῦντο*, ita ut per *τε — καὶ* iungantur participia *ὁρέοντες* et *ἐπιστάμενοι*, quae vero proxime antecedunt: *ἀέκοντές τε ἐστρατεύοντο*, ea ad protasin pertineant, verbis *ὅσοι —ἦσαν εὔνοοι* annectenda. Ubi simplex *τε* ita ponitur, ut VIII, 6. Ipsam locutionem *συμφορὴν ποιεῖσθαι* attigi ad V, 5. Add. VIII, 100.

ὅσοισι δὲ καὶ ἡδομένοισι ἦν τὸ γινόμενον] Ad locutionem vid. Matth. Gr. Gr. §. 388 pag. 712. Herodot. IX, 46. Ad pronomina *αὐτὸς ἕκαστος* conf. III, 82. VII, 19 et ad formam *λάμψεται* nott. ad III, 146. Pro *βασιλῆος* reposui *βασιλέος*.

Ἀθηναίων γὰρ αὐτοῖσι λόγος ἦν πλεῖστος ἀνὰ τὰ στρατόπεδα] i. e. *nam in* (Persarum) *exercitu Iones* (*αὐτοῖσι*) *maximam Atheniensium habebant rationem, maximi Athenienses faciebant.* Similis loquendi ratio IV, 135 init., ubi vid. Add. VIII, 102. IX, 80 coll. I, 19. 120 ibique nott.

Cap. XI.

πρῶτα μὲν, ἀντίπρωροι τοῖσι βαρβάροισι γενόμενοι κ. τ. λ.] E praecedentibus *τοῖσι Ἕλλησι* mente his addendum *οἱ Ἕλληνες*. Qui signo dato primum quidem proris adversis in barbaros (conversi) puppes in medium contraxerunt; deinde vero, iterum signo dato opus (proelium) aggressi sunt, in exiguo quamvis loco conclusi et ex adverso (impetum facientes). Vernacule eum in modum expressit Lange: „*Auf das erste Zeichen nun, stelleten sich die Hellenen, die Schnaebel den Feinden zugekehrt die Spie-*

ρέουσι τῶν βαρβάρων, καὶ τὸν Γόργου τοῦ Σαλαμινίων βασιλέος ἀδελφεὸν Φιλάονα, τὸν Χέρσιος, 3 λόγιμον ἐόντα ἐν τῷ στρατοπέδῳ ἄνδρα. πρῶτος δὲ Ἑλλήνων νέα τῶν πολεμίων εἷλε ἀνὴρ Ἀθηναῖος Λυκομήδης Αἰσχρέου, καὶ τὸ ἀριστήϊον ἔλαβε οὗτος.

gel in der Mitte gegeneinander, auf das zweite Zeichen ging es, obgleich sie engen Raum hatten, gerade von vorne drauf los." Schweighaeuserus, qui olim post voces κατὰ στόμα aliquid intercidisse putarat, postea has ipsas voces antecedentibus annecti voluit, pro uti in libro Florentino haec leguntur nulla distinctione posita, ita ut haec evadat sententia: „*et ibi triginta a fronte naves ceperunt barbarorum.*" Sed in Lexico Herodoteo hâc sententiâ reiectâ, κατὰ στόμα denuo a sequentibus seiungi et antecedentibus adiici vult, cum Herodotus indicare voluerit *in ipso ore* id est, *e proximo*, *cominus admodum cincti* et *conclusi erant*, ut in Euripid. Rhes. 408. Equidem κατὰ στόμα accipio: *ex adverso, a fronte* (ut in Polybii locis a Schweighaeusero allatis II, 27 §. 8. XXXI, 26 §. 10 coll. Xenoph. Anab. III, 4 §. 42. V, 2 §. 26. V, 4 §. 22, ubi de aciei fronte locutio adhibetur) idque iungo antecedentibus ἔργου εἴχοντο, ita ut vocula καὶ explicandi simul notionem contineat: *et quidem.* „In pugnis navalibus, ait Schweighaeuser. plerumque a latere primum aggrediebantur naves hostiles, διέκπλουν facientes, et remos conantes detergere; tum frequenter puppin hostilis navis rostro petebant: nunc hi a fronte facto impetu, rostris suarum navium in hostiles iuxta proram impactis, illas ceperunt." Locutionem ἔργου ἔχεσθαι invenimus II, 121 §. 1 coll. VIII, 108; verbum ἀπολαμφθέντες, quod h. l. idem fere valet atque περιεχόμενοι (*exclusi, intercepti*), V, 101 coll. VIII, 97. 108. IX, 51. Ad genitivum σημήναντος intellig. τοῦ κήρυκος s. σαλπιγκτοῦ, quod idem mox supplendum ad ἐσήμηνε. De qua ellipsi vid. Matth. Gr. Gr. §. 295 1. Lex. Xenophont. IV p. 16. 27. Herodot. VIII, 25 init. — Mox βασιλέος dedi pro vulg. βασιλῆος.

Λυκομήδης Αἰσχρέου] Plutarcho auctore in Vit. Themistocl. 15 fin. p. 119 F. *Lycomedes* Atheniensis in Salaminia pugna primus hostilem cepit navem eiusque insignia Apollini dedicavit. Ubi haud male suspicatur Sintenis, insignem errorem commisisse Plutarchum, quum, quae ad Artemisium acciderint, ad Salaminiam pugnam transtulerit. Pro *Αἰσχρέου* plures codd. *Αἰσχραίου*; alterum recte tueri videtur Valckenaerius, comparans similia nomina Attica: *Χαιρέας, Δημέας, Ταυρέας.*

4 Τοὺς δ' ἐν τῇ ναυμαχίῃ ταύτῃ ἑτεραλκέως ἀγωνι-
ζομένους νὺξ ἐπελθοῦσα διέλυσε. οἱ μὲν δὴ Ἕλλη-
νες ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον ἀπέπλωον, οἱ δὲ βάρβαροι ἐς
5 τὰς Ἀφέτας, πολλὸν παρὰ δόξαν ἀγωνισάμενοι. Ἐν
ταύτῃ τῇ ναυμαχίῃ Ἀντίδωρος Λήμνιος, μοῦνος τῶν
σὺν βασιλέϊ Ἑλλήνων ἐόντων, αὐτομολέει ἐς τοὺς
Ἕλληνας· καὶ οἱ Ἀθηναῖοι διὰ τοῦτο τὸ ἔργον ἔδο-
σαν αὐτῷ χῶρον ἐν Σαλαμῖνι.

12 Ὡς δὲ εὐφρόνη ἐγεγόνεε, ἦν μὲν τῆς ὥρης μέσον θέρος, ἐγίνετο δὲ ὕδωρ τε ἄπλετον διὰ πάσης τῆς νυκτὸς, καὶ σκληραὶ βρονταὶ ἀπὸ τοῦ Πηλίου· οἱ δὲ νεκροὶ καὶ τὰ ναυήγια ἐξεφορέοντο ἐς τὰς

Eadem nocte tempestas coorta, Persarum et classem terret,

ἑτεραλκέως ἀγωνιζομένους] i. e. *ancipiti Marte pugnantes*, ut IX, 103 ἑτεραλκὴς μάχη, quando *aequo pugnatur Marte.* „Quando, ait *Valckenaerius*, victis virtus redibat in praecordia, tum, qui se putabant victores, νίκην reportasse dicuntur ἑτεραλκέα. Veteres sequuntur in hac voce sophistae; praeter alios Aelianus apud Suidam in Ἀτιμώρητος [I p. 272]." — Tu vid. potissimum Homerum, qui hanc vocem frequentat, Il. VII, 26 coll. VIII, 171. XV, 738. XVII, 627. Odyss. XXII, 236. Aeschyl. Pers. 943 ed. Blomf.

Cap. XII.

ἦν μὲν τῆς ὥρης μέσον θέρος] Recte Hoogeveen. ad Viger. pag. 111: *erat tempus mediae aestatis.* Ad vocem εὐφρόνη in antecedentibus conf. nott. ad VII, 12.

ἐγίνετο δὲ ὕδωρ κ. τ. λ.] Ad voculae δὲ usum conf. Werfer. Actt. phill. Monacc. I pag. 96. Voce ὕδωρ hic indicantur *pluviae, imbres*, ut I, 87. VIII, 13. Mox dedi e Florentino aliisque σκληραὶ βρονταὶ, cum vulgo esset βρονταὶ σκληραὶ i. e. *dira, gravia tonitrua.* Vid. Arrian. Exped. Alex. I, 17 §. 6 ibique Ellendt.

οἱ δὲ νεκροὶ καὶ τὰ ναυήγια ἐξεφορέοντο ἐς τὰς Ἀφέτας] Voces οἱ νεκροὶ καὶ τὰ ναυήγια simili modo iuncta reperiuntur VIII, 18 aliisque locis, quos excitat Sintenis ad Plutarch. Themistocl. 8 fin. p. 56. Valckenaerius Homerica comparaverat Odyss. XII, 67 πίνακάς τε νεῶν καὶ σώματα φωτῶν, addens Homero recentiores scriptores *fractae navis tabulas* dixisse τὰς σανίδας et τὰ ναυάγια; quibus igitur hoc quoque loco intelliguntur ligna s. tabulae navis fractae summis undis natantes et eiectae ad oram Aphetarum. Excitat praeterea Valcken. Aeschyl. Pers. 422 (426 Blomf. 393 Both.) Agamemn. 668. Choe-

Ἀφέτας, καὶ περί τε τὰς πρώρας τῶν νεῶν εἱλέον-
2το, καὶ ἐτάρασσον τοὺς ταρσοὺς τῶν κωπέων. οἱ
δὲ στρατιῶται οἱ ταύτῃ, ἀκούοντες ταῦτα, ἐς φόβον
κατιστέατο, ἐλπίζοντες πάγχυ ἀπολέεσθαι, ἐς οἷα 65
3κακὰ ἧκον. πρὶν γὰρ ἢ καὶ ἀναπνεῦσαί σφεας ἔκ
τε τῆς ναυηγίης καὶ τοῦ χειμῶνος τοῦ γενομένου
κατὰ Πήλιον, ὑπέλαβε ναυμαχίη καρτερή· ἐκ δὲ τῆς
ναυμαχίης, ὄμβρος τε λάβρος, καὶ ῥεύματα ἰσχυρὰ
ἐς θάλασσαν ὡρμημένα, βρονταί τε σκληραί. καὶ 62
13 τούτοισι μὲν τοιαύτη νὺξ ἐγίνετο. Τοῖσι δὲ ταχθεῖσι 71
αὐτῶν περιπλώειν Εὔβοιαν ἡ αὐτή περ ἐοῦσα νὺξ
πολλὸν ἦν ἔτι ἀγριωτέρη, τοσούτῳ ὅσῳ ἐν πελάγεϊ

et naves Euboeam circumvehentes confringit.

---

ril. apud Athen. XI p. 464 B. coll. Clem. Alexandr. Paedag. II p. 179, 29. De *Aphetis* cf. nott. ad VII, 193 et de verbo ἐκφορεῖσθαι allata ad VII, 188. Hoc loco male quidam codd. ἐξεφέροντο pro ἐξεφορέοντο. In seqq. εἱλέοντο accipio *se volvebant*, a verbo antiquo εἱλέω *volvo, constringo*; de quo conf. Buttmann. Lexilog. II p. 141—159.

ἐτάρασσον τοὺς ταρσοὺς τῶν κωπέων] i. e. *impediebant palmulas remorum.* Citat Suidas s. v. ταρσός III p. 432, ubi haec leguntur, quae eadem exstant in gloss. Herodot.: ταρσὸς κυρίως τῶν ὀρνίθων ἡ πτέρωσις, ἀφ᾽ οὗ καὶ ὁ τῶν κωπῶν ὅμοιος ὁ σχηματισμός. — In seqq. ad formam κατιστέατο cf. Matth. Gr. Gr. p. 378. ἐλπίζοντες est: *putantes, arbitrantes*, ut saepius apud Herodotum. Ad locutionem ἐς οἷα κακὰ similia quaedam attulerunt Valckenaer. ad Euripid. Phoeniss. 1633 et Heindorf. ad Platonis Phaedon. pag. 262. Ita enim his locis ponitur οἷα, ut pro ὅτι τοιαῦτα poni existimes.

ὑπέλαβε ναυμαχίη καρτερή] Ad verbum ὑπέλαβε conf. allata ad VI, 27. Mox revocavi cum Schweigh. et Gaisf. καρτερή pro κρατερή, quod e Florentino alioque libro retinuerunt Schaefer., Matth. et Bekker. Conf. Herod. I, 76. VI, 101. IX, 9. Sic quoque in proxime seqq. pro ὄμβρος τε λάβρος in uno libro vetusto exstat κρατερός, in alio καρτερός: quod utrumque e glossa ductum puto. Vocem λάβρος attigi ad I, 87. Add. Blomfield. in Glossar. ad Aeschyl. Pers. 114. — In fine cap. cum recentt. edd. restitui τοιαύτη νὺξ ἐγίνετο, ubi Schaeferus de suo dederat ἡ νύξ.

Cap. XIII.

τοσούτῳ ὅσῳ κ. τ. λ.] Attigit Matthiae Gr. Gr. §. 455 not. 7 p. 852 et 480 not. 2 p. 899. Add. Schaefer Appa-

2 φερομένοισι ἐπέπιπτε. καὶ τὸ τέλος σφι ἐγένετο ἄχαρι· ὡς γὰρ δὴ πλώουσι αὐτοῖσι χειμών τε καὶ τὸ ὕδωρ ἐπεγίνετο, ἐοῦσι κατὰ τὰ Κοῖλα τῆς Εὐβοίης, φερόμενοι τῷ πνεύματι, καὶ οὐκ εἰδότες τῇ
3 ἐφέροντο, ἐξέπιπτον πρὸς τὰς πέτρας. ἐποιέετό τε πᾶν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ὅκως ἂν ἐξισωθείη τῷ Ἑλληνικῷ τὸ Περσικὸν, μηδὲ πολλῷ πλέον εἴη. οὗτοι μέν νυν περὶ τὰ Κοῖλα τῆς Εὐβοίης διεφθείροντο.
14 Οἱ δ' ἐν Ἀφέτῃσι βάρβαροι, ὥς σφι ἀσμένοισι ἡμέρη

Graecorum classis aucta navibus LIII barbaros iterum ada-

---

rat. crit. ad Demosthen. T. I p. 866. De voce *ἄχαρι* conf. allata ad VI, 9. Quâ voce indicari quodvis malum *tout ce qu'il y a de plus fâcheux*, h. l. observat Larcherus. Cur autem h. l. *τὸ τέλος ἄχαρι* ut *τηλικούτου πάθους ἀνοίκειον* notarit Longinus De sublimit. cp. 42 pag. 222, iure miratur Valcken., nisi omnino haec a sciolo quodam Longinianis interiecta putentur. Quae sint *τὰ Κοῖλα τῆς Εὐβοίης*, diximus ad VI, 100. Add. Pflugk Euboicc. p. 4. Verbum *ἐκπίπτειν* de iis, qui naufragium passi ad litus eiiciuntur, aliquot locis illustravit Wesseling. ad Diodor. II, 60. Tu vid. supra nott. ad VI, 44.

ἐποιέετό τε πᾶν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ὅκως ἂν κ. τ. λ.] *τοῦ*, quod in Aldina et aliis edd. abest, cum Schweigh., Gaisf. et Bekkero e pluribus revocavi codd. Intelligitur enim deus ille ultor superborum vindexque, qui superbiam Persarum supra modum elatam deprimat Graecorumque res augeat. Cf. citt. ad VII, 10 §. 5. Hinc minus utique placent, quae Valckenaerius adscripsit: „quam hic dat Herodotus rationem, noverat Atticis potius ingeniis placituram, quam si superbiam dixisset Persicam ab arrogantiae humanae vindice sic castigatam depressamque; alias saepe memorans ultorem superborum Deum. Frequenter Noster *ἀνθρώπινά μοι δοκεῖ ἁμαρτεῖν.*" Quibus eo, opinor, respicit vir doctus, quod Herodotum in hisce Musarum libris nonnulla in Atheniensium, quibus placere voluerit, gratiam dixisse contenderunt. Sed vid. nott. ad VI, 108. VII, 139. Expressit Herodoti sententiam Diodorus XI, 13 init., auctore eodem Valckenaer., qui cum verbis sequentibus: *ὅκως ἂν ἐξισωθείη τῷ Ἑλληνικῷ τὸ Περσικὸν* contendit Isocratis verba ad Philipp. pag. 90 B. [cap. 15 §. 39], qui *πόλεις* dixerat *ὡμαλισμένας ὑπὸ τῶν συμφορῶν*, et Thucydid. VIII, 57, qui collidendo ait *ἐπανισοῦν τοὺς Ἕλληνας πρὸς ἀλλήλους.*

Cap. XIV.

ὥς σφι ἀσμένοισι ἡμέρη

ritur. Victoria tunc penes Graecos.

ἐπέλαμψε ἀτρέμας τε εἶχον τὰς νέας, καί σφι ἀπε-
χρέετο κακῶς πρήσσουσι ἡσυχίην ἄγειν ἐν τῷ πα-
2 ρεόντι. τοῖσι δὲ Ἕλλησι ἐπεβώθεον νέες τρεῖς καὶ
πεντήκοντα Ἀττικαί. αὗταί τε δή σφεας ἐπέῤῥωσαν
ἀπικόμεναι, καὶ ἅμα ἀγγελίη ἐλθοῦσα, ὡς τῶν βαρ-
βάρων οἱ περιπλώοντες τὴν Εὔβοιαν πάντες εἴη-
3 σαν διεφθαρμένοι ὑπὸ τοῦ γενομένου χειμῶνος. φυ-
λάξαντες δὴ τὴν αὐτὴν ὥρην, πλώοντες ἐπέπεσον
νηυσὶ Κιλίσσησι· ταύτας δὲ διαφθείραντες, ὡς εὐ-
φρόνη ἐγένετο, ἀπέπλωον ὀπίσω ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον.

15 Τρίτῃ δὲ ἡμέρῃ, δεινόν τι ποιησάμενοι οἱ στρα-
τηγοὶ τῶν βαρβάρων νέας οὕτω σφι ὀλίγας λυμαί-
νεσθαι, καὶ τὸ ἀπὸ Ξέρξεω δειμαίνοντες, οὐκ ἀνέ-
μειναν ἔτι τοὺς Ἕλληνας μάχης ἄρξαι· ἀλλὰ παρα- 626

ἐπέλαμψε] Ad usum vocis ἀσμένοισι conf. VIII, 18 init. et quae ad Plutarch. Philopoem. p. 20 attulimus; quibus nunc add. Bremi in Excurs. XI ad Lysiam p. 449 seqq. Ad verbum ἐπέλαμψε conf. nott. ad VII, 13.

ἀτρέμας τε εἶχον τὰς νέας] Retinui ἀτρέμας, cuius loco plures codd. ἀτρέμα. Sed vid. VIII, 16. V, 19. Ad ἀπεχρέετο conf. Matth. Gr. Gr. pag. 497, et nott. ad I, 102. Formam ἐπεβώθεον ad VIII, 1 notavimus.

φυλάξαντες δὴ τὴν αὐτὴν ὥρην] Quod e Florentino nuper receptum est δὲ pro δή, malui equidem cum Matth. et Bekkero retinere δή, quod huic loco melius convenire credo. Verbum φυλάττειν attigi ad VIII, 9 τὴν αὐτὴν ὥρην cum Larchero et Schweighaeusero de *eodem diei tempore* quo *pridie* accipio. Nam respiciuntur verba VIII, 9: δείλην ὀψίην γινομένην τῆς ἡμέρης φυλάξαντες.

Cap. XV.

δεινόν τι ποιησάμενοι] Pro τι Koen. coniecit τε, probante Valckenaerio. De ipsa locutione conf. citt. ad VII, 35. Infra VIII, 16: δεινὸν γὰρ χρῆμα ἐποιεῦντο. Ad verba seqq. νέας οὕτω σφι (cuius loco duo codd. σφέας) — λυμαίνεσθαι conf. Matth. Gr. Gr. §. 391 p. 718. Wesselingius de verbi λυμαίνεσθαι structura cum utroque casu excitaverat Gronov. ad Herod. III, 16. Albert. ad Act. Apostol. VIII, 3. Tu vid. etiam Herod. VIII, 28.

καὶ τὸ ἀπὸ Ξέρξεω] scil. γενόμενον vel simile quid; quo Xerxis supplicium s. ira, quam sibi timebant, occulte significatur. Conf. Fischer. ad Wel-

κελευσάμενοι, κατὰ μέσον ἡμέρης ἀνῆγον τὰς νέας.
2 Συνέπιπτε δὲ ὥστε ταῖς αὐταῖς ἡμέραις τάς τε ναυμαχίας γίνεσθαι ταύτας καὶ τὰς πεζομαχίας τὰς ἐν
3 Θερμοπύλῃσι. ἦν δὲ πᾶς ὁ ἀγὼν τοῖσι κατὰ θάλασσαν περὶ τοῦ Εὐρίπου· ὥσπερ τοῖσι ἀμφὶ Λεω- 1
νίδεα, τὴν ἐσβολὴν φυλάσσειν· οἱ μὲν δὴ παρεκελεύοντο, ὅκως μὴ παρήσουσι ἐς τὴν Ἑλλάδα τοὺς βαρβάρους· οἱ δ', ὅκως τὸ Ἑλληνικὸν στράτευμα
16 διαφθείραντες, τοῦ πόρου κρατήσουσι. Ὡς δὲ ταξά- 5
μενοι οἱ Ξέρξεω ἐπέπλωον, οἱ Ἕλληνες ἀτρέμας εἰ-

Tertia pugna navalis, acrior illa prioribus dubioque Marte.

---

ler. III pag. 116. Structuram verbi *ἀναμένειν* in seqq. attigit Matth. Gr. Gr. §. 537 p. 1056. cf. Herod. VIII, 56.

κατὰ μέσον ἡμέρης] Refero huc Ev. Matth. XIV, 24: *τὸ δὲ πλοῖον ἤδη μέσον τῆς θαλάσσης ἦν*; ad quem locum plura dederunt interpretes a Kuinoelio excitati pag. 395; nec fugit iste usus Viger. De idiotismm. p. 111. Ad particulam *ὥστε* post *συνέπιπτε* abundanter quasi positam conf. nott. ad I, 74 et infra VIII, 132. 141. Pro *ταῖς αὐταῖς ἡμέραις* Sancrofti liber *τὰς αὐτὰς ταύτας ἡμέρας*, probante Wesselingio, qui confert VII, 151: *τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον*. Equidem vulgatam praefero. In verbis subsequentibus *τὰς ναυμαχίας γίνεσθαι ταύτας* pronomen demonstrativum sic postpositum notat Strange in Iahn. et Seebod. Annall. Suppll. II, 2 pag. 240, ubi plura similia afferuntur.

ἦν δὲ πᾶς ὁ ἀγὼν κ. τ. λ.] „Studium Graecorum in Euripi et Thermopylarum angustiis defendendis et contrariam Persarum contentionem hinc Diodorus XI, 13 mutuatus est.“ *Wessel.*

ὅκως μὴ παρήσουσι] Sic recte dedit Matth. (Gr. Gr. §. 531 not. 2 pag. 1037) e Florentino aliisque pro *παρήσωσι*, quod praebet Sancrofti liber, dudum iure damnatum a Werfero in Actt. phill. Monacc. I p. 105, qui idem cum Matth. mox quoque recte dedit *κρατήσουσι* pro *κρατήσωσι*, cum huius loci sane par ratio, etsi postea idem Werferus l. l. p. 273 coniunctivum *κρατήσωσι* retineri voluit, probante etiam Schaefero, quum modos variare Herodoto sit usitatissimum, ut apud Isocrat. Areopag. 11 p. 225. Equidem cum Bekkero, Stegero eiusque censore Lipsiensi (1833 Add.) pag. 44 atque Ienensi (1828 nr. 186 p. 46), qui alia quaedam etiam affert, utroque loco futurum reposui, de cuius usu post *ὅπως* plura disputantur ab Isocratis interpretibus ad l. l. pag. 212—216 ed. Benseler.

χον πρὸς τῷ Ἀρτεμισίῳ. οἱ δὲ βάρβαροι μηνοειδὲς
ποιήσαντες τῶν νεῶν, ἐκυκλεύοντο ὡς περιλάβοιεν
2 αὐτούς. ἐνθεῦτεν οἱ Ἕλληνες ἐπανέπλωόν τε καὶ
συνέμισγον. Ἐν ταύτῃ τῇ ναυμαχίῃ παραπλήσιοι
3 ἀλλήλοισι ἐγίνοντο. ὁ γὰρ Ξέρξεω στρατὸς ὑπὸ με-
γάθεός τε καὶ πλήθεος αὐτὸς ὑπ' ἑωυτοῦ ἔπιπτε,
ταρασσομενέων τε τῶν νεῶν, καὶ περιπιπτουσέων
4 περὶ ἀλλήλας. ὅμως μέντοι ἀντεῖχε, καὶ οὐκ εἶκε·
δεινὸν γὰρ χρῆμα ἐποιεῦντο, ὑπὸ νεῶν ὀλίγων ἐς
5 φυγὴν τραπέσθαι. πολλαὶ μὲν δὴ τῶν Ἑλλήνων
νέες διεφθείροντο, πολλοὶ δὲ ἄνδρες· πολλῷ δ' ἔτι
πλεῦνες νέες τε τῶν βαρβάρων καὶ ἄνδρες. οὕτω δὲ ἀ-
17 γωνιζόμενοι, διέστησαν χωρὶς ἑκάτεροι. Ἐν ταύτῃ τῇ

Aegyptii et Clinias Atheniensis celebrati.

Cap. XVI.

μηνοειδὲς ποιήσαντες τῶν νεῶν] Mente addas licet *τάγμα* vel simile quid. Naves enim ita collocarunt, ut lunae crescentis speciem referret acies. Conf. I, 75 et ad antecedentia *οἱ Ξέρξεω* nott. ad VII, 104.

ἐκυκλεύοντο ὡς περιλάβοιεν αὐτοὺς] Cf. nott. ad VIII, 10.

παραπλήσιοι ἐγίνοντο] Alii *ἐγένοντο*, quos sequuntur Matth. et Bekker. Quod vero vulgo vertunt: *pari Marte pugnatum est*, mavult reddi Larcherus: *aequatis viribus, à forces égales.* Vulgatae interpretationi favet Cornelius loco mox laudando, ubi conf. interpretes, qui et locutionem illustrarunt et argumentum, quandoquidem sunt, qui victoriam aliter atque Herodotus Graecis tribuant.

αὐτὸς ὑπ' ἑωυτοῦ ἔπιπτε] Confert Valcken. Cornelii Nepotis verba in Themist. cp. 3: „Angustias enim Themistocles [inter Euboeam continentemque terram] quaesiverat, ne multitudine navium circumiretur. Hic etsi pari proelio discesserant, tamen eodem loco non sunt ausi manere etc. etc." Ad verba *δεινὸν χρῆμα ἐποιεῦντο* conf. nott. ad VIII, 15 init. Pro *περὶ ἀλλήλας* Reiskius mallet *περὶ ἀλλήλαις*, non male, ut iudicat Sintenis ad Plutarch. Themistocl. 15 p. 106, quamquam etiam accusativus ferri poterit. Quo eodem monente *περὶ ἀλλήλαις*, *de aliis super alios incidentibus* bene dicitur. In Sancrofti libro prorsus deest praepositio *περί*.

διέστησαν] Vid. I, 76. VIII, 18. Pro *ἀγωνιζόμενοι* Schwgh. mallet *ἀγωνισάμενοι*.

Cap. XVII.

Ἐν ταύτῃ τῇ ναυμαχίῃ] Secundum Diodorum XI, 13 inter Graecos excelluerunt Athenienses *ἀριστεύοντες*, inter bar-

ναυμαχίῃ Αἰγύπτιοι μὲν τῶν Ξέρξεω στρατιωτέων 20
ἠρίστευσαν· οἳ ἄλλα τε μεγάλα ἔργα ἀπεδέξαντο, καὶ
2 νέας αὐτοῖσι ἀνδράσι εἷλον Ἑλληνίδας πέντε. τῶν
δὲ Ἑλλήνων κατὰ ταύτην τὴν ἡμέρην ἠρίστευσαν
Ἀθηναῖοι, καὶ Ἀθηναίων Κλεινίης ὁ Ἀλκιβιάδεω·
ὃς δαπάνην οἰκηΐην παρεχόμενος ἐστρατεύετο ἀνδρά- 627
σι τε διηκοσίοισι καὶ οἰκηΐῃ νηΐ. 26

---

baros *Sidonii*, non, ut apud Herodotum est, *Aegyptii*. Athenienses eadem laude ornaverat Pindarus in carmine apud Plutarch. II p. 552 B. coll. Aristid. Themistocl. T. III pag. 310. Attulit haec Valcken. Ad locutionem ἔργα ἀπεδέξαντο cf. allata ad VII, 139 et ad αὐτοῖσι ἀνδράσι III, 45 ibiq. nott.

καὶ Ἀθηναίων Κλεινίης ὁ Ἀλκιβιάδεω] Hunc quidem Cliniam Plutarchus quoque tradit (Vit. Alcibiad. cp. I p. 191) sua navi ad Artemisium pugnasse, postea vero in Boeotia occubuisse ad Coroneam: de qua pugna testes excitavi ad Plutarchi l. l. pag. 56. Add. Wiggers Quaest. critt. et historr. in Cornel. Nep. Alcib. (Lips. 1833) pag. 59. 60. Fuit hicce Clinias illius Alcibiadis filius, qui inde a Platone in Euthyd. p. 275 A. p. 312 Heind. vocatur ὁ παλαιός, ut scil. distingueretur ab illo *Alcibiade*, qui prioris illius Alcibiadis nepos et huius Cliniae filius per belli Peloponnesiaci tempora potissimum inclaruit celeberrimus Atheniensium dux, qui, uti mos fuit Athenis (vid. Sturz. in Commentt. Societat. philolog. Lips. I, 2 pag. 226), nomen ab avo eoque paterno acceperat. De eius stirpe vid. Plutarch. l. l. ibique allata p. 55. Et congruit, observante Wesselingio, temporum ratio. Nam Alcibiades ille, qui Diodoro teste XIV, 10 obiit annos ferme natus quadraginta Olymp. XCIV, 1, lucem viderit necesse est circa Olymp. LXXXIII, patre sexagenario maiore; quem, quando ad Artemisium pugnatum est Olymp. LXXV, annos triginta aut paulo pauciores habuisse si probabile est, consequens inde fit, hunc filium post triginta et quinque annos genitum fuisse a Cliniâ, qui ad Coroneam haud multo post occubuit, relicto filiolo Alcibiade orbo, ut ait Isocrates De Big. pag. 352 [cap. 10 §. 26]. Accidit enim ista pugna anno 447 a. Chr. n. sive Olymp. LXXXIII, 2 (vid. Clinton. Fast. ed. Krüger. p. 54), igitur ante bellum Peloponnesiacum (sive ann. 431 a. Chr. n.) cuius anno demum duodecimo Alcibiades ἔτι νέος ὢν producitur a Thucydide V, 43, triginta annos probabiliter natus, ut ad Plutarch. Alcibiad. 13 p. 123 posui. Haec ad Herodotei loci intelligentiam sufficiant.

δαπάνην οἰκηΐην παρεχόμενος] Inde mox οἰκηΐῃ νηΐ mi-

18 Ὡς δὲ διέστησαν, ἄσμενοι ἑκάτεροι ἐς ὅρμον
ἠπείγοντο. οἱ δὲ Ἕλληνες, ὡς διακριθέντες ἐκ τῆς
ναυμαχίης ἀπηλλάχθησαν, τῶν μὲν νεκρῶν καὶ τῶν
ναυηγίων ἐπεκράτεον· τρηχέως δὲ περιεφθέντες, καὶ
οὐκ ἥκιστα Ἀθηναῖοι, τῶν αἱ ἡμίσεαι τῶν νεῶν τε-
τρωμέναι ἦσαν, δρησμὸν δὴ ἐβούλευον ἔσω ἐς τὴν
19 Ἑλλάδα. Νόῳ δὲ λαβὼν ὁ Θεμιστοκλέης, ὡς, εἰ
ἀποῤῥαγείη ἀπὸ τοῦ βαρβάρου τό τε Ἰωνικὸν φῦ-
λον καὶ τὸ Καρικόν, οἷοί τε εἴησαν τῶν λοιπῶν κα-

Iam Graeci de statione ad Artemisium relinquenda serio cogitantes,

primum Euboeensium greges, contra oraculi monitum in Eu-

litasse dicitur sive, ut apud Plutarch. Alcib. 1 legimus, *ἰδιοστόλῳ τριήρει*; quod eodem sane redit. Nec alio sensu *οἰκείαν ναῦν* dixit Pausanias X, 9 §. 1, quam *ἰδιόστολον* vocat Plutarch. Alexand. 34 p. 685 D. Quum enim Athenis respublica ipsa praeberet naves bellicas a singulis civibus ditioribus certo quodam ordine instruendas armis ac reliquo apparatu, sigillatim memorantur, qui gravissimis temporibus rerumque discriminibus naves ipsas suis impensis constructas et ornatas apparatu necessario (id est *ἰδιοστόλους τριήρεις*) suppeditarunt; quo ipso egregium sui in patriam studii testimonium exhibere putabantur. Conf. Wolf. Prolegg. ad Demosthen. Leptin. p. C seqq. CXVII. CXIX. Boeckh. Oeconom. Athenienss. p. 90.

Cap. XVIII.

Ὡς δὲ διέστησαν] Cf. VIII, 16 et ad vocem *ἄσμενοι* citt. ad VIII, 14. Ad vocem *διακριθέντες* cf. nott. ad VII, 219.

τῶν μὲν νεκρῶν καὶ τῶν ναυηγίων] Quae eadem sic iuncta reperimus VIII, 12, ubi vid. Sedulo autem Herodotus indicat, cadaveribus et navium fragmentis eos esse potitos: si quidem id victoriam indicabat simulque pietatem declarabat erga mortuos, qui iusta obtinerent exsequia.

τρηχέως δὲ περιεφθέντες] Conf. nott. ad V, 1. De usu verbi *τιτρώσκειν* de *navibus* cf. citt. ad VII, 233. De verbo *ἐβούλευον* egimus ad VIII, 4.

Cap. XIX.

Νόῳ δὲ λαβὼν] Locutionem attigi ad III, 41. Mox cum Schweigh. et Gaisf. dedi *βαρβάρου*, quod libri scripti quantum scio omnes praebent. Ex Aldina fluxit lectio *βαρβαρικοῦ*, quam tenent Matth. et Bekker. Tu conf. I, 58. 60. III, 115 ibique nott. — Post *εἴησαν* Werfer. in Actt. philoll. Monacc. I p. 245 addi vult *ἄν*; quo mihi quidem haud opus esse videtur. Assentitur Reisig. ad Sophocl. Oedip. Col. p. 320, qui rationem particulae omissae reddere studuit.

τύπερθε γενέσθαι, ἐλαυνόντων τῶν Εὐβοέων πρό-
βατα ἐπὶ τὴν θάλασσαν, ταύτῃ συλλέξας τοὺς στρα-
τηγούς, ἔλεγέ σφι, ὡς δοκέοι ἔχειν τινὰ παλάμην,
τῇ ἐλπίζοι τῶν βασιλέος συμμάχων ἀποστήσειν τοὺς
2 ἀρίστους. ταῦτα μέν νυν ἐς τοσοῦτο παρεγύμνου.
ἐπὶ δὲ τοῖσι κατήκουσι πρήγμασι τάδε ποιητέα σφι
εἶναι ἔλεγε· τῶν τε προβάτων τῶν Εὐβοικῶν κα-
ταθύειν ὅσα τις ἐθέλοι· κρέσσον γὰρ εἶναι τὴν στρα-
τιὴν ἔχειν, ἢ τοὺς πολεμίους· παραίνεέ τε προει-
3 πεῖν τοῖσι ἑωυτῶν ἑκάστους πῦρ ἀνακαίειν. κομι-
δῆς δὲ πέρι τὴν ὥρην αὐτῷ μελήσειν, ὥστε ἀσινέας
ἀπικέσθαι ἐς τὴν Ἑλλάδα. ταῦτα ἤρεσέ σφι ποιέ-
ειν· καὶ αὐτίκα πῦρ ἀνακαυσάμενοι, ἐτράποντο πρὸς
20 τὰ πρόβατα. Οἱ γὰρ Εὐβοέες παραχρησάμενοι τὸν

boves temere relictos, ne Persarum praeda fiant, ipsi diripiunt:

κατύπερθε γενέσθαι] i. e. *superiores fieri reliquis*, ut VIII, 60. 75. 136 coll. VII, 233. Itaque idem fere valet atque κρατεῖν.

ταύτῃ συλλέξας] i. e. παρὰ τὴν θάλασσαν, *ad ipsum mare*, quâ illi agebant oves, cogit exercitus duces. Hinc male quidam Codd. ταύτην. — In proxime seqq. παλάμην affert Suidas III p. 5 exponens τέχνην. Rectius, opinor, Schweighaeus. in Lex. Herod. interpretatur *ansam* et *occasionem* sive *viam* et *rationem efficiendi aliquid*. Cf. Theogn. 634. 996. Pro βασιλῆος rescripsi βασιλέος.

ταῦτα μέν νυν ἐς τοσοῦτο παρεγύμνου] i. e. *et hoc quidem non nisi hactenus aperuit iis* (ducibus). Ad verbum παραγυμνοῦν conf. I, 126. Ad locutionem ἐς τοσοῦτο vid. allata ad VII, 99. — In seqq. verba ἐπὶ τοῖσι κατήκουσι πρήγμασι valent: *in praesenti rerum statu*. Conf. not. ad V, 49.

σφι εἶναι ἔλεγε] Ita e Florent. receptum pro vulg εἶναί σφι. Ex quo eodem mox repositum καταθύειν ὅσα τις ἐθέλοι, ubi vulgo ὅσα τις ἐθέλοι καταθύειν. Matthiae utroque loco vulgatam retinuit. Ipsum καταθύειν, *mactare*, vix multum differt a simplici θύειν I, 216. II, 42 coll. VII, 197. Pro Εὐβοικῶν duo codd. Εὐβοϊκῶν. At conf. III, 89. VII, 192.

πῦρ ἀνακαίειν] Vid. nott. ad IV, 145. In proxime seqq. τὴν ὥρην αὐτῷ μελήσειν eadem valet structura, quam ad VI, 63 observavimus. τὴν ὥρην de *tempore* (ad reditum) *commodo* accipio. Conf. VIII, 12. 14.

Cap. XX.

παραχρησάμενοι τὸν Βάκι-

Βάκιδος χρησμὸν ὡς οὐδὲν λέγοντα, οὔτε τι ἐξεκομίσαντο οὐδὲν, οὔτε προεσάξαντο, ὡς παρεσομένου 628
σφι πολέμου, περιπετέα τε ἐποιήσαντο σφίσι αὐ- 51
2 *τοῖσι τὰ πρήγματα. Βάκιδι γὰρ ὧδε ἔχει περὶ τούτων ὁ χρησμός·*

Φράζεο βαρβαρόφωνον ὅταν ζυγὸν εἰς ἅλα βάλλῃ
βύβλινον, Εὐβοίης ἀπέχειν πολυμηκάδας αἶγας.

δος χρησμὸν] i. e. *spreto, neglecto oraculo,* quod á Bacide ipsis erat datum. Verbum *παραχρᾶσθαι* attigi ad I, 108. De *Bacide* haec adscripsit *Wesseling.*: „Vaticinus iste de Persica expeditione cecinerat, Pausan. X, 14 §. 3, ex illo carmine haec durat portio. Idem cap. 12 §. 6 *ἐκ Βοιωτίας Βάκιν* adpellat, sicuti et Cicero Divinat. I, 18 [§. 34]. Duos Bacides Clemens Alex. Strom. I pag. 398, Arcadem et Boeotium, memoravit; tertium Atheniensem alii addunt: super quâ re sollicita exstat opera Loensis Epiphyllid. IX, 11 interpretumque Aeliani Var. XII, 35." Add. Schol. ad Aristophan. Pac. 1071 atque Eudoc. Violar. p. 92 et 374 seq., unde discimus, Theopompum in Philipporum nono libro multa de Bacide exposuisse, cuius oracula Noster etiam infra VIII, 77. 96. IX, 43 protulit. — Schweigh. huic capiti commodiorem futurum fuisse putat locum proxime post caput quartum. Libri scripti nihil mutant.

ὡς οὐδὲν λέγοντα] Eadem locutio III, 35. Recte autem Zeune ad Viger. p. 152 *οὐδὲν λέγειν* tradit esse *perperam dicere, id quod probari nullo modo potest.* Vid. Platon. Apolog. 17 p. 30 D.

προεσάξαντο] Conf. I, 196 ibique nott. V, 34. Haud incommode Reiskius: „*ἐξεκομίσαντο deportarunt in locum tutum extra insulam* [quod alias est *ὑπεκθέσθαι*, ut cap. 4], *προεσάξαντο, rure in urbes compulerunt.*"

περιπετέα τε ἐποιήσαντο σφίσι αὐτοῖσι τὰ πρήγματα] i. e. *res suas ipsi in summum discrimen adduxerunt.* Ita Schweighaeuserus in Lex. Herodot. comparans, quae continuo in eandem sententiam dicuntur: *παρῆν σφι συμφορῇ χρῆσθαι πρὸς τὰ μέγιστα*, ubi *πρὸς τὰ μέγιστα*, notante Schweighaeus., idem fere valet atque *ἐς τὰ μέγιστα* VIII, 144. Ad locutionem *συμφορῇ χρῆσθαι* cf., ne plura, III, 41 ibiq. nott.

Φράζεο βαρβαρόφωνον] Schaefer. et Bekkerus, praeeunte Larchero, dederunt *βαρβαρόφωνος* contra codd. fidem, qui in vulgata conspirant, quae, docente Schweigh., idem valet atque *φράζεο ὅταν βαρβαρόφωνος βάλλῃ*, per attractionis illam structuram. Quod nisi placeat, ad verbum *βάλλῃ* mente

3 τούτοισι δὲ οὐδὲν τοῖσι ἔπεσι χρησαμένοισι ἐν τοῖσι τότε παρεοῦσί τε καὶ προσδοκίμοισι κακοῖσι, πα-
21 ρῆν σφι συμφορῇ χρῆσθαι πρὸς τὰ μέγιστα. Οἱ 60
μὲν δὴ ταῦτα ἔπρησσον, παρῆν δὲ ὁ ἐκ Τρηχῖνος κατάσκοπος. ἦν μὲν γὰρ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ κατάσκοπος, Πολύας, γένος Ἀντικυρεὺς, τῷ προσετέτακτο, (καὶ εἶχε πλοῖον κατῆρες ἑτοῖμον,) εἰ παλήσειε ὁ ναυτι-

deinde, audita interim Spartanorum ad Thermopylas clade, petunt Graeciae interiora.

---

addere quoque licet, subiectum ὁ βάλλων vel simile quid, ut VIII, 11 init. Ipsa vox βαρβαρόφωνος, quae iam ex Homero nota est Il. II, 867, et hoc loco et IX, 43 *peregrinum* indicat, sive *extraneum*. Ad vocem ζυγὸν Wesseling. excitarat Aeschyl. Pers. 72, qui πολύγομφον ὅδισμα ζυγὸν ἀμφιβαλὼν αὐχένι πόντου tragice dixit de ponte in Hellesponti angustiis, intenso funibus ex byblo VII, 36.

προσδοκίμοισι κακοῖσι] i. e. *in malis imminentibus, quae adhuc exspectantur* indeque τοῖσι παρέουσι i. e. *iam praesentibus* opponuntur. Conf. V, 108. III, 123 ibique nott.

Cap. XXI.

Ἀντικυρεὺς] De *Anticyrâ* urbe vid. allata ad VII, 198. πλοῖον κατῆρες Schweigh. in Lex. Herod. intelligit de navi remigio omnibusque rebus ad navigandum necessariis bene instructâ. Apud Hesychium (II p. 194) pro κατῆρες· κατηρτισμένον ἐν ἐρήμῳ G. Hermann. ad Euripid. Iphigen. in Taur. 1362 pag. 157 scribi vult κατηρτισμένον εὐήρετμον, quum κατήρης proprie denotet *aptatum, instructum.*

εἰ παλήσειε] Ita omnes codd., excepto uno Florentino, in quo exstat παλαίσειεν, ut dudum in mentem venerat Pavio. Ad vulgatam tuendam afferunt Hesychium III p. 842, apud quem legimus παλήσειε· διαφθείρειε (nisi cum Valcken. rescribendum διαφθαρείη, quod sententia postulare videtur) itemque ἐπάλλησεν (quod cum Schweighaeusero rectius commutabis in ἐπάλησεν)· διεφθάρη atque πεπαληκέναι· ἐκπεσεῖν, πεπαλημέναι· βεβλαμμέναι. Quae omnia Schneider. (qui παλήσειε idem esse vult atque ἐκπίπτοι: „*wenn er sollte unterliegen, besiegt werden.*“) in Lex. Graec. et Schweigh. ad verbum παλαίω s. παλάω, ionice παλέω, relata volunt, quod cum in universum valeat *colluctari, conflictari*, frequentius tamen de *graviori lucta et periculoso certamine* adhibeatur. Nec aliter statuerat Wesselingius, de *conflictu* sive de *clade* secuta *agitationeve classis maiore* illud accipiens simulque afferens ex Hippocrate ἀποπαλέειν et ἐκπαλέειν in *evibratione* et *concussu vehementiori* usitatum. Nec

κὸς στρατὸς, σημαίνειν τοῖσι ἐν Θερμοπύλῃσι ἐοῦσι· ὡς δ' αὔτως ἦν Ἀβρώνυχος ὁ Λυσικλέος, Ἀθηναῖος, καὶ παρὰ Λεωνίδῃ ἑτοῖμος τοῖσι ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ἐοῦσι ἀγγέλλειν τριηκοντέρῳ, ἤν τι καταλαμβάνῃ νεώ-
2 *τερον τὸν πεζόν. Οὗτος ὢν ὁ Ἀβρώνυχος ἀπικόμενός σφι ἐσήμαινε τὰ γεγονότα περὶ Λεωνίδεα καὶ*
3 *τὸν στρατὸν αὐτοῦ. οἱ δὲ, ὡς ἐπύθοντο ταῦτα, οὐκέτι ἐς ἀναβολὰς ἐποιεῦντο τὴν ἀποχώρησιν, ἐκομίζοντο δὲ ὡς ἕκαστοι ἐτάχθησαν· Κορίνθιοι πρῶτοι, ὕστατοι δὲ Ἀθηναῖοι.*

22 *Ἀθηναίων δὲ νέας τὰς ἄριστα πλωούσας ἐπιλεξάμενος Θεμιστοκλέης, ἐπορεύετο περὶ τὰ πότιμα* 629

Themistoclis Iones apud Persas militantes in

---

equidem meliora habeo, quae in medium proferam. Coniecerat Valckenaerius, probante Larchero: *εἴ τι πταίσειε ὁ ναυτικὸς στρατὸς* id est *ἐάν τι περὶ τὴν ναυμαχίαν γένηται πταῖσμα*, ut est apud Diodor. XI, 15 coll. Thucyd. V, 16. Demosthen. [pag. 23. 155 coll. 1479 Reisk.] eoque etiam refert similis argumenti formulam: *εἴ τι παθήσειε si quid eveniret classi*, quum talibus uti veteres consueverint *εὐφημισμοῖς*, ne belli tristem eventum memorarent, ut in Euripid. Phoeniss. 251. Iphigen. in Taur. 755, alibi. Negris, qui *παλήσειε* derivat a verbo *παλέω*, quod idem sit atque *πάλλω*, id sibi videri ait: *εἰ κινηθείη, εἰ ταραχθείη, εἰ σεισθείη* sive *εἰ βλαφθείη, εἰ διαφθαρείη*. Si vero locus emendatione egeat, forsitan scribendum esse *εἴ κου λύσειε*.

ὡς δ' αὔτως] i. e. *eodem modo*, ut I, 215. II, 67. IX, 81. Coniunctim invenitur *ὡσαύτως* VII, 86.

ἤν τι καταλαμβάνῃ νεώτερον τὸν πεζόν] Haec formula, in utramlibet partem quae accipi potest, plerumque malam in partem adhibetur. Vid. allata ad III, 33 et de comparativo *νεώτερον* nott. ad III, 62. V, 19. Mox dedi *σφι ἐσήμαινε*, ut plures iubebant codd. pro *ἐσήμαινέ σφι*, quod tenuit Schaefer. — *ἐς ἀναβολὰς ἐποιεῦντο τὴν ἀποχώρησιν* idem fere quod *ἀνεβάλοντο τὴν ἀποχώρησιν*: *haud sibi differendum, protrahendum putabant discessum.*

Cap. XXII.

ἐπιλεξάμενος] Corrigunt *ἀπολεξάμενος*, ut VIII, 101 coll. V, 110 (ubi vid. nott.), praesertim cum quod hîc *eligendi* notione adhibetur verbum, *ἐπιλέγεσθαι*, idem mox *legendi* notione inveniatur: de quo monui ad III, 41. At *eligendi* si-

ὕδατα, ἐντάμνων ἐν τοῖσι λίθοισι γράμματα, τὰ
Ἴωνες, ἐπελθόντες τῇ ὑστεραίῃ ἡμέρῃ ἐπὶ τὸ Ἀρτε-
2 μίσιον, ἐπελέξαντο. τὰ δὲ γράμματα τάδε ἔλεγε·
„Ἄνδρες Ἴωνες, οὐ ποιέετε δίκαια ἐπὶ τοὺς πατέρας
3 „στρατευόμενοι, καὶ τὴν Ἑλλάδα καταδουλούμενοι.
„ἀλλὰ μάλιστα μὲν πρὸς ἡμέων γίνεσθε· εἰ δὲ ὑμῖν
„ἔστι τοῦτο μὴ δυνατὸν ποιῆσαι, ὑμέες δὲ ἔτι καὶ

Graeciae partes sollicitaturi astus.

---

gnificatione idem verbum invenimus VI, 73. VII, 10 §. 8. — In seqq. τὰ πότιμα ὕδατα de iis locis intelligo, quae aquam potabilem praebebant, quibus igitur appellere coacti erant Persae s. Iones, qui, uti mos fuit veterum, plerumque non ea aquarum copiâ, quâ ad longiora itinera opus est, naves instruxerant. Ad argumentum pertinet Plutarch. V. Themist. p. 116 B., cap. 9, ubi literas a Themistocle insculptas esse tradit, ᾗ καταρσεις ἀναγκαίας καὶ καταφυγὰς ἑώρα τοῖς πολεμίοις.

ἐντάμνων ἐν τοῖσι λίθοισι γράμματα] Quae sequuntur verba usque ad vocem ἄνδρες, ea omnia absunt a Sancrofti libro alioque, in quo utroque codice non nisi haec leguntur: λέγοντα τάδε. Equidem librariorum socordiae tribuere malim quam glossam suspicari. Invenitur ἐντάμνειν γράμματα supra IV, 87 de Dario, qui lapideis columnis literas *insculpi* sive *insecari* (ut Latini quoque dicunt) iussit. Quod idem etiam Herodoto dicitur ἐγκολάπτειν I, 93. 187 coll. III Maccab. II, 27. Vim articuli τοῖσι (ante λίθοισι), quae talis est, ut lapides significentur, qui ibi erant, bene notavit Sintenis ad Plut. Themistocl. 9 pag. 58. Ipsum Themistoclis factum callidum commemorant praeter Plutarch. l. l. Polyaen. I, 30, 6. Aristid. I p. 314 (ubi cf. Schol. p. 234 Frommel.), notante Valckenaerio, cui merito videntur absurda et sophistarum more dicta, quae Themistocli tribuit Iustinus II, 12, falsoque ficta, quae Plutarchus II pag. 305 D., (ubi nunc conf. Wyttenbach. Animadvers. II, 1 p. 80) scribit de fratre Themistoclis, Agesilao, quem ad Artemisium Graeci miserint speculatorem.

οὐ ποιέετε δίκαια κ. τ. λ.] Spectat huc Eustath. ad Dionys. Perieg. 423. Tu conf. de sententia Herodotea nott. ad VII, 51. 150 coll. Diodor. Sic. XIX, 41. Iustin. II, 12, cui πατέρες sunt *conditores*. De participii (στρατευόμενοι) usu conf. Matth. Gr. Gr. §. 554 γ. Ad verba: πρὸς ἡμέων γίνεσθε (*nostris a partibus state*) vid. I, 75. 124. VIII, 60 §. 2.

ὑμέες δὲ ἔτι καὶ νῦν ἐκ τοῦ μέσου ἡμῖν ἕζεσθε καὶ αὐτοὶ] i. e. *secedite e pugna ita ut neutrius sitis partis, et quidem non*

„νῦν ἐκ τοῦ μέσου ἡμῖν ἕζεσθε καὶ αὐτοί, καὶ τῶν
4 „Καρῶν δέεσθε τὰ αὐτὰ ὑμῖν ποιέειν. εἰ δὲ μηδέ-
„τερον τούτων οἷόν τε γίνεσθαι, ἀλλ' ὑπ' ἀναγκαίης
„μέζονος κατέζευχθε ἢ ὥστε ἀπίστασθαι, ὑμέες γε
„ἐν τῷ ἔργῳ, ἐπεὰν συμμίσγωμεν, ἐθελοκακέετε, μεμνη-
„μένοι ὅτι ἀπ' ἡμέων γεγόνατε, καὶ ὅτι ἀρχῆθεν ἡ
„ἔχθρη πρὸς τὸν βάρβαρον ἀπ' ὑμέων ἡμῖν γέγονε."
5 Θεμιστοκλέης δὲ ταῦτα ἔγραφε, δοκέειν ἐμοί, ἐπ' ἀμ-
φότερα νοέων· ἵνα, ἢ λαθόντα τὰ γράμματα βασι-
λέα, Ἴωνας ποιήσῃ μεταβαλέειν καὶ γενέσθαι πρὸς
ἑωυτῶν, ἤ, ἐπεί τε ἀνενειχθῇ, καὶ διαβληθῇ πρὸς
Ξέρξεα, ἀπίστους ποιήσῃ τοὺς Ἴωνας, καὶ τῶν ναυ-

---

solum vos ipsi, verum etiam Caribus ut idem faciant, persuadete. Formulam ἐκ τοῦ μέσου ἕζεσθαι attigi ad III, 83. Vocula δὲ h. l. non sine vi quadam posita, monstrante Werfer. in Actt. philoll. Monacc. 1 p. 93.

ἀλλ' ὑπ' ἀναγκαίης μέζονος κατέζευχθε] i. e. *sed si graviori necessitate quam ut* (a Persis) *deficere possitis, estis adstricti* s. *coacti.* Ad locutionem Wesseling. bene affert Aeschyl. Prometh. 108. Sophocl. Philoct. 1022. Ai. 123. Nec dissimilis locutio apud Herodotum I, 11 coll. IX, 16. — In seqq. ἔργον de ipsa *pugna* accipiendum, ut saepius. Verbum συμμίσγειν attigi ad VII, 85.

ἔγραφε] Ita cum Schweigh. et Gaisf. rescripsi pro ἔγραψε, quod e duobus codd. tenuerunt Schaefer. et Matth. — ἐπ' ἀμφότερα νοέων Schweigh. in Lex. Herodot. reddit: *in utramque partem cogitans, rem deliberans.* Pro βασιλῆα dedi βασιλέα.

ἐπεί τε ἀνενειχθῇ καὶ διαβληθῇ πρὸς Ξέρξεα] sc. τὰ γράμματα; ut haec verba si *renunciata s. relata essent* (Xerxi) *et in calumniam sive criminis suspicionem adducta apud ipsum, Iones suspectos* sive *fide dubios redderent* eosque a pugna navali amoverent. Haud aliter Herodotus in simili re IX, 98 fin. Nostrum locum excitavit G. Hermann. Opuscc. Acadd. IV p. 103 de vocula ἐπεὶ exponens, quae hic fortius urgeat conditionem, cum si ἐπεὰν dixisset Herodotus, nil nisi incertum esse indicasset, futurumne illud esset nec ne; indeque reddit: *si* (quod tamen si fieri posset, evitare cupiebat) *cognovisset Xerxes.* De Coniunctivo, qui hic particulam ἐπεὶ excipit, monuit quoque Hartung. Lehre v. d. Partik. d. Gr. Sprach. II p. 296. — De verbo διαβάλλειν conf. nott. ad V, 50. 97.

23 μαχιέων αὐτοὺς ἀπόσχῃ. Θεμιστοκλέης μὲν ταῦτα ἐνέγραψε. τοῖσι δὲ βαρβάροισι αὐτίκα μετὰ ταῦτα 630 πλοίῳ ἦλθε ἀνὴρ Ἱστιαιεύς, ἀγγέλλων τὸν δρησμὸν
2 τὸν ἀπ' Ἀρτεμισίου τῶν Ἑλλήνων. οἱ δ' ὑπ' ἀπιστίης τὸν μὲν ἀγγέλλοντα εἶχον ἐν φυλακῇ, νῆας δὲ ταχείας ἀπέστειλαν προκατοψομένας. ἀπαγγειλάντων δὲ τούτων τὰ ἦν, οὕτω δὴ ἅμα ἡλίῳ σκιδναμένῳ πᾶσα ἡ στρατιὴ ἔπλωε ἁλὴς ἐπὶ τὸ Ἀρτε-
3 μίσιον. ἐπισχόντες δὲ ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ μέχρι μέ- 1
σου ἡμέρης, τὸ ἀπὸ τούτου ἔπλωον ἐς Ἱστιαίην.
4 ἀπικόμενοι δέ, τὴν πόλιν ἔσχον τῶν Ἱστιαιέων· καὶ

Barbarorum classis ad Artemisium provecta Histiaeam aliosque Euboeae locos maritimos occupat.

Cap. XXIII.

Ἱστιαιεὺς] Ita plerique libri scripti cum Plutarch. II p. 867 E. In Florentino exstat Ἰστιεὺς, in aliis duobus codd. Ἱστιεὺς, utrumque mendose. Hinc infra quoque nunc rectius pro vulg. Ἱστιαίων, editur Ἱστιαιέων, ut dudum in mentem venerat Valckenaerio, probatum nunc cod. Sancrofti et Diodor. XI, 13 fin., ubi eadem narrantur, coll. Schol. Aristid. pag. 183 Frommel. De ipsa regione vidimus ad VII, 175. — In seqq. pro ταχείας Wesselingio dialectus flagitare videbatur ταχέας. Codd. nil mutant.

ἀπαγγειλάντων δὲ τούτων] Quamvis praecedat νῆας, subito deflectit scriptor, *viros* intelligens, qui in illis navibus inerant. Conf. modo IV, 110, ne plura.

ἅμα ἡλίῳ σκιδναμένῳ] i. e. *simul una cum sole spargente* (radios suos supra terram eamque illustrante) id est *prima fere luce.* Attigit Herodotea Eustathius ad Il. pag. 691, 3 s. 568 extr. Wesselingius attulit Homerica: ὅσον τ' ἐπικίδναται ἠώς Il. VII, 451. 458 coll. XXIII, 227. Aeschyl. Pers. 502 (508 Blomf., quem vid. in Glossar.), itemque Philonis locum Vit. Contempl. p. 899 F., qui simili figurâ usus dixit σπείρειν ἀκτῖνας. Latini, eodem observante Wesselingio, *spargere lumine terras*, v. c. Lucret. II, 143. Virgil. Aen. IV, 584 coll. IX, 459.

μέχρι μέσου ἡμέρης] Excitat Matthiae Gr. Gr. §. 118 not. 1, ob formam μέσος, quae de masculino et feminino adhibeatur. Nisi potius h. l. neutrum est μέσον, unde pendeat genitivus ἡμέρης, ut supra VIII, 15 κατὰ μέσον ἡμέρης, et apud Plutarch. Marcell. 18 init. διὰ μέσου τῆς πολιορκίας. — *Ellopia* terra dicitur fuisse Histiaeotidis pars occasum versus sita prope Cenaeum promontorium, bene distinguenda ab ea, quae in Epiro fuit *Ellopia* prope Dodonam; quamquam utriusque

τῆς Ἐλλοπίης μοίρης, γῆς δὲ τῆς Ἱστιαιήτιδος, τὰς παραθαλασσίας κώμας πάσας ἐπέδραμον.

Ubi dum moratur, classiarii a Xerxe invitati, Thermopylas ad caesorum spectaculum traiiciunt. Vana fraus a rege excogitata, ut strages suorum minima, Graecorum maxima videretur.

24 Ἐνθαῦτα δὲ τούτων ἐόντων, Ξέρξης ἑτοιμασάμενος τὰ περὶ τοὺς νεκροὺς, ἔπεμπε ἐς τὸν ναυτι-
2 κὸν στρατὸν κήρυκα. προετοιμάσατο δὲ τάδε. ὅσοι τοῦ στρατοῦ τοῦ ἑωυτοῦ ἦσαν νεκροὶ ἐν Θερμοπύλῃσι, ἦσαν δὲ καὶ δύο μυριάδες, ὑπολιπόμενος τούτων ὡς χιλίους, τοὺς λοιποὺς, τάφρους ὀρυξάμενος, ἔθαψε, φυλλάδα τε ἐπιβαλὼν, καὶ γῆν ἐπαμησάμε-
3 νος, ἵνα μὴ ὀφθείησαν ὑπὸ τοῦ ναυτικοῦ στρατοῦ. ὡς δὲ διέβη ἐς τὴν Ἱστιαίην ὁ κῆρυξ, σύλλογον ποιησάμενος παντὸς τοῦ στρατοπέδου, ἔλεγε τάδε· „Ἄνδρες σύμμαχοι, βασιλεὺς Ξέρξης τῷ βουλομένῳ

---

regionis incolae perhibentur Pelasgi. Vid. Strabo X p. 683 A. s. p. 445. Mannert. Geogr. d. Gr. u. R. VIII pag. 247 seq. 249. 252.

πάσας ἐπέδραμον] Verbum ἐπιδραμεῖν de hostili incursione, quam sequitur vastatio, VIII, 32. Add. Lex. Polyb. p. 270.

Cap. XXIV.

ἔθαψε] Vid. nott. ad V, 8. Quae sequuntur: φυλλάδα τε ἐπιβαλὼν καὶ γῆν ἐπαμησάμενος, ita Valcken. accipi vult: *et frondes iniecit arboreas terrae superingestae*, bene admonens, *super cadaver terram congerere* Graecis dici ἐπαμήσασθαι γῆν, et comparans Homer. Od. V, 482. Plutarch. II pag. 982 B. Iamblich. V. Pyth. p. 160 [cp. 31 p. 396 Kiessl.] alia Agesilaum Xerxis factum imitantem monstrat Polyaen. II, 1,23 qui idem VII, 15 §. 4 hoc ipsum Xerxis prodidit facinus. Verbum ἐπαμησάμενος Glossa Herodotea exponit ἀνακινήσας. Plura dabit Dorvill. ad Chariton. p. 423 seq. p. 366. φυλλὰς *congeriem* indicat *foliorum*, ut in Aeschyli Agamemn. 974, quemadmodum λιθὰς est *imber lapidum* et νιφὰς *imber nivis*, observante Blomfield. in Gloss. ad Aeschyl. S. c. Th. 146. — In seqq. vocem στρατοπέδου, ut supra vocem στρατοῦ, de *classe* accipio. Conf. nott. ad Plutarch. Philopoem. pag. 58 et add. Plutarch. Pericl. 27 init. Nic. 16. De ipso exercitu vidimus supra V, 75, ubi conf. nott.

τῷ βουλομένῳ — παραδίδωσι ἐκλιπόντα — καὶ ἐλθόντα θεήσασθαι] Simili modo a dativo ad accusativum transit oratio VI, 86 §. 1, ubi conf. nott. Pro θεήσασθαι unus codex θεήσεσθαι, quod cap. seq. invenitur. Tu conf. I, 8. — μάχεσθαι πρός τινα Noster

„ὑμέων παραδίδωσι, ἐκλιπόντα τὴν τάξιν καὶ ἐλ-
„θόντα θεήσασθαι ὅκως μάχεται πρὸς τοὺς ἀνοή-
„τους τῶν ἀνθρώπων, οἳ ἤλπισαν τὴν βασιλέος δύ-
25 „ναμιν ὑπερβαλέεσθαι.“ Ταῦτα ἐπαγγειλαμένου,
μετὰ ταῦτα οὐδὲν ἐγίνετο πλοίων σπανιώτερον· οὕ-
2 τω πολλοὶ ἤθελον θεήσεσθαι, διαπεραιωθέντες δὲ,
ἐθηεῦντο διεξιόντες τοὺς νεκρούς· πάντες δὲ ἠπι-
στέατο τοὺς κειμένους εἶναι πάντας Λακεδαιμονίους
3 καὶ Θεσπιέας, ὁρέοντες καὶ τοὺς εἵλωτας. οὐ μὲν
οὐδ᾽ ἐλάνθανε τοὺς διαβεβηκότας Ξέρξης ταῦτα 631
πρήξας περὶ τοὺς νεκροὺς τοὺς ἑωυτοῦ· καὶ γὰρ δὴ 26
καὶ γελοῖον ἦν. τῶν μὲν, χίλιοι ἐφαίνοντο νεκροὶ
κείμενοι· οἳ δὲ, πάντες ἐκέατο ἀλέες συγκεκομισμέ-
νοι ἐς τὠυτὸ χωρίον, τέσσερες χιλιάδες. Ταύτην
4 μὲν τὴν ἡμέρην πρὸς θέην ἐτράποντο· τῇ δ᾽ ὑστε-
ραίῃ οἳ μὲν ἀπέπλωον ἐς Ἱστιαίην ἐπὶ τὰς νῆας, οἳ
26 δὲ ἀμφὶ Ξέρξεα ἐς ὁδὸν ὁρμέατο. Ἧκον δέ σφι αὐ-
τόμολοι ἄνδρες ἀπ᾽ Ἀρκαδίης ὀλίγοι τινὲς, βίον τε

Arcades transfugae quae Xerxi de ludis Olympicis [7

---

quoque dixit II, 76. IV, 11. 180.

ὑπερβαλέεσθαι] Hoc verbum eodem *superandi* significatu VI, 9. 13. V, 124. VII, 163. 168. VIII, 140 §. 1. Pro βασιλῆος dedi βασιλέος, ut VIII, 26. 27.

Cap. XXV.

Ταῦτα ἐπαγγειλαμένου] scil. τοῦ κήρυκος, quod simili modo abesse vidimus VIII, 11. Quae sequuntur verba: μετὰ ταῦτα οὐδὲν ἐγίνετο πλοίων σπανιώτερον *nihil posthac navibus fuit rarius*, vivide omnium festinationem, quâ ad terram escendere gestiebant, declarant. Mox pro θεήσεσθαι aliquot codd. θεήσασθαι, haud male, ni fallor. Ad verbum διεξιόντες cf. nott. ad VII, 100.

ἠπιστέατο] i. e. *putabant, existimabant*. Conf. allata ad VIII, 6. τοὺς κειμένους vocat mortuorum humi prostratorum cadavera. Haud enim infrequens verbum κεῖσθαι de interfectis, notante Sintenis ad Plut. Themistocl. p. 57.

καὶ τοὺς εἵλωτας] Cf. VII, 202 ibique nott. et ad seqq. οὐ μὲν οὐδὲ Herod. IV, 205 ibique nott. Add. VI, 72. IX, 7 §. 1. VIII, 130. Hartung. Lehre v. d. Partik. d. Griech. Sprach. II p. 167.

Cap. XXVI.

αὐτόμολοι ἄνδρες ἀπ᾽ Ἀρκαδίης] „Arcades illos, qui hic

206.] narraverint. Graecorum magnitudo animi a Tritantaechma coram rege laudata.

2 δεόμενοι, καὶ ἐνεργοὶ βουλόμενοι εἶναι. ἄγοντες δὲ τούτους ἐς ὄψιν τὴν βασιλέος, ἐπυνθάνοντο οἱ Πέρσαι περὶ τῶν Ἑλλήνων τὰ ποιέοιεν· εἷς δέ τις
3 πρὸ πάντων ἦν ὁ εἰρωτέων αὐτοὺς ταῦτα. Οἱ δέ σφι ἔλεγον, ὡς Ὀλύμπια ἄγοιεν, καὶ θεωρέοιεν ἀγῶνα γυμνικὸν καὶ ἱππικόν. ὁ δὲ ἐπείρετο ὅ τι τὸ ἄεθλον εἴη σφι κείμενον, περὶ ὅτευ ἀγωνίζονται· οἱ

---

memorantur, *transfugas* ex Carya Arcadiae oppido advenisse statuens Heringa Obs. Critt. p. 156 testimonio maxime Vitruvii usus erat, qui lib. I cap. 1 originem *Caryatidum*, quae in architectura vocantur, expositurus, *Carya*, ait, *civitas Peloponnesi, cum Persis hostibus contra Graeciam consensit.*" Schwgh. Atque Heringae sententia placuit quoque Larchero. Herodoto hi *Arcades Caryatae* dicuntur βίου τε δεόμενοι καὶ ἐνεργοὶ βουλόμενοι εἶναι: *victus egentes et in agendo desiderantes occupari*, prouti accipi vult Valckenaer. de voce ἐνεργὸς plura adiiciens, quae minus huc pertinent. Tu conf. de ipsa re quae attulimus ad VII, 206, et vid. Meineke ad Euphorion. p. 190.— Locutionem βίου δεόμενοι Negris bene interpretatur χρήζοντες τῶν πρὸς ζωὴν ἀναγκαίων, ut I, 30. In proxime seqq. revocavi ἄγοντες; una Aldina, cui adstipulatur Florentinus, ἀγαγόντες, quod Schaef. et Matth. retinuerunt.

τὰ ποιέοιεν] Pro τὰ Florentinus liber affert τὶ et pro ποιέοιεν prave dat ποιέειν; tres alii codd. dant τι ποιέοιεν unus liber cum Choricio Or. in summ. Duc. c. 22 ὅ, τι ποιέοιεν.

εἷς δέ τις] *Tritantaechmem* fuisse sequentia declarare videntur. In seqq. pro ἄγοιεν, quod tuentur Mediceus liber, Florentinus, alii, ἄγουσι dant quidam libri, non improbante Schweighaeusero. Mihi displicet. Pro κείμενον olim legebatur προκείμενον, scriptis quoque libris invitis, si quidem simplex κεῖσθαι etiam dicitur de praemiis in certamine propositis. Conf. VIII, 93 et adhibe Creuzeri annott. ad Plotin. de pulcrit. p. 324, ubi nostrum locum attigit.

περὶ ὅτευ ἀγωνίζονται] Duo codd. περὶ ὅτεω, quos debuisse scribere περὶ ὅτεῳ (quod Homeri ex usu idem fere atque ὑπὲρ ὅτου, Odyss. II, 245. XVII, 471. XVIII, 402), annotat Schweighaeuser. Tu conf. de forma ὅτευ nott. ad I, 7. Ad indicativum ἀγωνίζονται in tali interrogatione conf. V, 6. VIII, 134, ne plura. Quod vero in proxime seqq. pro τὸν διδόμενον στέφανον Valcken. coniecit τὸν ἀδόμενον στέφανον, coronam *illam* poetarum, Pin-

4 δ' εἶπον τῆς ἐλαίης τὸν διδόμενον στέφανον. Ἐνθαῦτα εἴπας γνώμην γενναιοτάτην Τριτανταίχμης ὁ Ἀρταβάνου, δειλίην ὤφλεε πρὸς βασιλέος. πυνθανόμενος γὰρ τὸ ἄεθλον ἐὸν στέφανον, ἀλλ' οὐ χρήματα, οὔτε ἠνέσχετο σιγῶν, εἶπέ τε ἐς πάντας
5 τάδε· „Παπαὶ, Μαρδόνιε, κοίους ἐπ' ἄνδρας ἤγαγες μαχησομένους ἡμέας, οἳ οὐ περὶ χρημάτων τὸν ἀγῶνα ποιεῦνται, ἀλλὰ περὶ ἀρετῆς." Τούτῳ μὲν δὴ ταῦτα εἴρητο.

27 Ἐν δὲ τῷ διὰ μέσου χρόνῳ ἐπεί τε τὸ ἐν Θεσ-

Thessali Phocensibus pridem, magis etiam ob cladem nuper acceptam infesti,

---

dari praesertim, *carminibus decantatam*, id merito displicuit Schweighaeus. Indicatur autem h. l. corona oleagina victoribus in ludis Olympicis dari solita, quam ἐλαίας γλαυκόχροα κόσμον appellat Pindarus Ol. III, 23 coll. IV, 19. Nem. I, 26. Apud Pausaniam V, 19 §. 3 est κότινος s. *oleaster*; καλεῖται δὲ ἐλαία καλλιστέφανος καὶ τοῖς νικῶσι τὰ Ὀλύμπια καθέστηκεν ἀπ' αὐτῆς δίδοσθαι τοὺς στεφάνους.

Τριτανταίχμης ὁ Ἀρταβάνου] Idem esse videtur, qui VII, 82 memoratur. Alii pro Tritantaechma male substituunt *Tigranem*, qui quamquam et ipse Persa (cf. VII, 62. IX, 95), nunquam tamen, ut bene notat Wesseling., Artabani dicitur filius.

δειλίαν ὤφλεε πρὸς βασιλέος] ὦφλε dedit Schaeferus, quem sequuntur Matthiae (quem conf. in Gramm. Gr. p. 423) et Bekkerus, ob Florentini aliorumque codd. auctoritatem. Conf. nott. ad I, 118. Locutionem δειλίαν ὄφλειν *culpam timiditatis sustinere*, illustrant similia: αἰσχύνην ὄφλειν apud Thucyd. V, 101, γέλωτα ὄφλειν apud Plat. Alcib. I p. 121 B. Phaed. p. 117 A. Plura dabit Koerner. ad Euripid. Andromed. 188 coll. Reuter. ad Demosthen. Philipp. I §. 42 p. 78 seq. Wyttenbach. Ind. Graec. Plutarch. Opp. VIII, 2 p. 1152. Praepositio πρὸς hic eodem modo adhibita, quo VII, 139. IV, 144, ubi vid.

οὔτε ἠνέσχετο σιγῶν] Participii usum attigi ad I, 206. Add. Blomfield. Glossar. ad Aeschyl. Pers. 843. De particulis οὔτε — τε diximus ad VI, 1. Voces ἐς πάντας Fischer. ad Weller. III pag. 154 recte interpretatur *coram omnibus*. Tu conf. allata ad IV, 97. Mox cum recentt. edd. reposui μαχησομένους, ubi unus modo codex, quem sequuntur Schaefer. et Bekker., μαχεσομένους. Tu vid. nott. ad VII, 102.

Cap. XXVII.

Ἐν δὲ τῷ διὰ μέσου χρόνῳ] Redit locutio IX, 112, quam

μοπύλῃσι τρῶμα ἐγεγόνεε, αὐτίκα Θεσσαλοὶ πέμπουσι κήρυκα ἐς Φωκέας, ἅτε σφι ἐνέχοντες αἰεὶ
2 χόλον, ἀπὸ δὲ τοῦ ὑστάτου τρώματος καὶ τὸ κάρτα. Ἐσβαλόντες γὰρ πανστρατιῇ αὐτοί τε οἱ Θεσσαλοὶ καὶ οἱ σύμμαχοι αὐτῶν ἐς τοὺς Φωκέας οὐ πολλοῖσι ἔτεσι πρότερον ταύτης τῆς βασιλέος στρατηλασίης, ἑσσώθησαν ὑπὸ τῶν Φωκέων, καὶ περι-
3 έφθησαν τρηχέως. ἐπεί τε γὰρ κατειλήθησαν ἐς τὸν 632
Παρνησσὸν οἱ Φωκέες, ἔχοντες μάντιν Τελλίην τὸν Ἠλεῖον, ἐνθαῦτα ὁ Τελλίης οὗτος σοφίζεται αὐτοῖσι

Hoogeveen. ad Viger. p. 111 interpretatur *interea temporis*. Add. Plut. Camill. 1. Pericl. 10. De voce τρῶμα conf. citt. ad VI, 132.

ἅτε σφι ἐνέχοντες αἰεὶ χόλον] i. e. *quippe his semper infensi atque inimici*, proprie *intus habentes odium, iram*. Eadem locutio I, 118. VI, 119. Quare retinui ἐνέχοντες duobus firmatum codicibus. Florentinus liber cum reliquis ἔχοντες. Cf. nott. ad III, 59. Vetus autem Thessalorum in Phocenses odium iam indicat murus in Thermopylis exstructus, teste Herodoto VII, 176, disertisque verbis commemorat Aeschines De fals. legat. §. 39 pag. 46 coll. Plutarch. II p. 244 B. Pausan. X, 1 §. 2. Polyaen. VI, 18. Ac tangunt Herodotea, monente Cr., Wyttenbach. ad Plut. l. l. Animadverss. II, 1 p. 4. 5. C. O. Müller. Orchomen. pag. 414 seq. Thiersch. Epoch. d. bild. Kunst. pag. 161 ed. alter.

περιέφθησαν τρηχέως] Cf. citt. ad VIII, 18 et ad verbum κατειλήθησαν nott. ad I, 80. III, 12. IX, 31. Tu mente addas ὑπὸ τῶν Θεσσαλῶν, qui nimirum subita incursione Phocenses in Parnassum concluserant. — Pro Παρνησσὸν Florentinus liber cum alio cod. habet Παρνησόν. Sed antiquiorem scripturam eam esse, quae duplicatam habet literulam, nuper contendit G. Pinzger. in Iahn. et Seebod. Annall. phil. 1833. VIII, 3 pag. 290. Citat Herodotea Eustath. ad Il. XIII p. 945, 50 s. 921, 25.

ἔχοντες μάντιν Τελλίην τὸν Ἠλεῖον] Elis vatibus excelluisse videtur, si quidem vates Eleus memoratur III, 132 itemque Tisamenus IX, 33, ubi vid. nott. et Hegesistratus IX, 37.

σοφίζεται] i. e. *callide comminiscitur, excogitat*. Cf. I, 80. II, 66. Alia quaeras in Wyttenbach. Indic. Graecit. Plut. Opp. VIII, 2 p. 1423. Quod sequitur γυψοῦν, intelligo *cretâ obducere* s. *illinere*, *weiss anstreichen*, ut λευκανθίζειν *albo colore inductum*, *dealbatum esse*. αὐτοῖσι ad Phocenses spectat. De *Abis* dixi ad I, 46.

4 τοιόνδε. γυψώσας ἄνδρας ἑξακοσίους τῶν Φωκέων τοὺς ἀρίστους, αὐτούς τε τούτους καὶ τὰ ὅπλα αὐτῶν, νυκτὸς ἐπεθήκατο τοῖσι Θεσσαλοῖσι· προείπας
5 αὐτοῖσι, τὸν ἂν μὴ λευκανθίζοντα ἴδωνται, τοῦτον κτείνειν. τούτους ὦν αἵ τε φυλακαὶ τῶν Θεσσαλῶν πρῶται ἰδοῦσαι ἐφοβήθησαν, δόξασαι ἄλλο τι εἶναι τέρας, καὶ μετὰ τὰς φυλακὰς αὐτὴ ἡ στρατιὴ, οὕτω ὥστε τετρακισχιλίων κρατῆσαι νεκρῶν καὶ ἀσπίδων Φωκέας· τῶν τὰς μὲν ἡμισέας ἐς Ἄβας ἀνέθεσαν, τὰς δὲ ἐς Δελφούς· ἡ δὲ δεκάτη ἐγένετο τῶν χρημάτων ἐκ ταύτης τῆς μάχης, οἱ μεγάλοι ἀνδριάντες οἱ περὶ τὸν τρίποδα συνεστεῶτες, ἔμπροσθε τοῦ νηοῦ τοῦ ἐν Δελφοῖσι, καὶ ἕτεροι τοιοῦτοι ἐν Ἄβη-
28 σι ἀνακέαται. Ταῦτα μέν νυν τὸν πεζὸν ἐργάσαντο τῶν Θεσσαλῶν οἱ Φωκέες, πολιορκέοντας ἑωυτούς· ἐσβαλοῦσαν δὲ ἐς τὴν χώρην ἵππον αὐτῶν
2 ἐλυμήναντο ἀνηκέστως. ἐν γὰρ τῇ ἐσβολῇ ἥ ἐστι κατὰ Ὑάμπολιν, ἐν ταύτῃ τάφρον μεγάλην ὀρύξαντες ἀμφορέας κεινοὺς ἐς αὐτὴν κατέθηκαν· χοῦν δὲ

Cap. XXVIII.

πολιορκέοντας ἑωυτούς] Accusativus πολιορκέοντας, a quo ipso pendet ἑωυτοὺς, obiecti scil. accusativus, refertur ad τὸν πεζὸν, structura ad sensum magis conformata, quae neminem offendere debet. *Phocenses tam male tractaverant Thessalorum peditatum*, qui ipsos in Parnassum inclusos obsidione premebant. Redit verbum πολιορκεῖν hoc significatu VIII, 49.

ἐλυμήναντο ἀνηκέστως] Ad structuram verbi λυμαίνεσθαι conf. nott. ad VIII, 15 et de adverbio ἀνηκέστως vid. Herodot. I, 137. VI, 12. III, 153. Equitatum Thessalorum *insanabili* clade affecerunt Phocenses, unde nunquam vires recuperare possent. De Thessalorum equitatu conf. nott. ad V, 63.

κατὰ Ὑάμπολιν] *Hyampolis* in Phocensium ditione sita iam Homero fuit cognita, sed bello Persico et postea bello sacro eversa est. De ipso loco, quo fuit exstructa, haud liquet. Conf. Mannert. VIII pag. 176 seq. C. O. Müller. Orchomen. pag. 496 sq. 499 coll. p. 39. 40. Kruse Hell. II, 2 p. 75. — Cum hac autem Herodoti narratione de Phocensium fraude conferantur Pausaniae et Polyaeni loci supra laudati.

ἐπιφορήσαντες, καὶ ὁμοιώσαντες τῷ ἄλλῳ χώρῳ, ἐ-
3 δέκοντο τοὺς Θεσσαλοὺς ἐσβάλλοντας. οἱ δὲ, ὡς
ἀναρπασόμενοι τοὺς Φωκέας, φερόμενοι ἐσέπεσον ἐς
τοὺς ἀμφορέας. ἐνθαῦτα οἱ ἵπποι τὰ σκέλεα διε-
29 φθάρησαν. Τούτων δή σφι ἀμφοτέρων ἔχοντες ἔγ-
κοτον οἱ Θεσσαλοὶ, πέμψαντες κήρυκα, ἠγόρευον
τάδε· „Ὦ Φωκέες, ἤδη τι μᾶλλον γνωσιμαχέετε μὴ
2 „εἶναι ὅμοιοι ἡμῖν. πρόσθεν τε γὰρ ἐν τοῖσι Ἕλ- 633
„λησι, ὅσον χρόνον ἐκεῖνα ἡμῖν ἥνδανε, πλέον αἰεί
„κοτε ὑμέων ἐφερόμεθα· νῦν τε παρὰ τῷ βαρβάρῳ
„τοσοῦτον δυνάμεθα, ὥστε ἐπ' ἡμῖν ἐστι τῆς γῆς τε
3 „ἐστερῆσθαι καὶ πρὸς ἠνδραποδίσθαι ὑμέας. ἡμέες
„μέντοι, τὸ πᾶν ἔχοντες, οὐ μνησικακέομεν· ἀλλ' ἡμῖν

statim post pugnam Pylaicam [c. 27.] misso nuntio multorum mercede talentorum incolumitatem illis pollicentur.

ὡς ἀναρπασόμενοι τοὺς Φωκέας] i. e. *sperantes se facile abrepturos ac primo quoque impetu oppressuros esse Phocenses.* Cf. IX, 59 fin. Metaphoram ab aquila ductam vult Schwgh. in Lex. Herod., praedam e terris sublimem rapiente. Tu vid. Plut. Mar. 11 p. 412 A. et Pompei. 7 p. 622 A. Caes. 24 p 719 F. Oth. 9 pag. 1070 E. Eoque etiam pertinet, quod proxime legitur φερόμενοι i. e. *cum impetu delati*, ut reddit G. Hermann. ad Viger. p. 778 de usu huius participii et significatione plura disputans et Herodotea citans VIII, 91. IX, 102 coll. II, 29. Add. VIII, 39.

τὰ σκέλεα διεφθάρησαν] Pausaniâ, qui Thucydidem VII, 27 imitatur, auctore l. l. equi, equitibus in foveas praecipitatis, ἀπεχωλοῦντο i. e. *cruribus fractis claudi sunt*, ita ut discedere non possent. De voce σκέλεα conf. nott. ad VII, 67.

Cap. XXIX.

ἔχοντες ἔγκοτον] Cf. nott. ad III, 59.

ἤδη τι μᾶλλον γνωσιμαχέετε μὴ εἶναι ὅμοιοι ἡμῖν] i. e. *nunc saltem meliora edocti intelligite pares vos nobis non esse.* Ita Schweigh. in Lex. Herod. s. v. Tu vid. nott. ad III, 25. VII, 130.

ὅσον χρόνον ἐκεῖνα ἡμῖν ἥνδανε] i. e. *quamdiu illa* (Graecorum scil. res, τὰ τῶν Ἑλλήνων) *nobis placuerunt, quamdiu illorum partes secuti sumus.* In seqq. πλέον φέρεσθαι indicat: *superiorem esse aliquo*, quo eodem fere sensu πλέον ἔχειν τινός IX, 70. Et conf. similia quaedam ad VII, 211 allata.

ἐπ' ἡμῖν ἐστι] i. e. *in nostra est potestate, penes nos est.* Vid. Fischer. ad Weller. III pag. 235. In seqq. τὸ πᾶν ἔχειν valet: *omnem potestatem, omne*

„γενέσθω ἀντ' αὐτῶν πεντήκοντα τάλαντα ἀργυρίου, 95
„καὶ ὑμῖν ὑποδεκόμεθα τὰ ἐπιόντα ἐπὶ τὴν χώρην
„ἀποτρέψειν."

30 Ταῦτά σφι ἐπαγγέλλοντο οἱ Θεσσαλοί. οἱ γὰρ Φωκέες μοῦνοι τῶν ταύτῃ ἀνθρώπων οὐκ ἐμήδιζον, κατ' ἄλλο μὲν οὐδὲν, ὡς ἐγὼ συμβαλλεόμενος εὑρίσκω, κατὰ δὲ τὸ ἔχθος τὸ Θεσσαλῶν· εἰ δὲ
2 Θεσσαλοὶ τὰ Ἑλλήνων ηὖξον, ὡς ἐμοὶ δοκέειν, ἐμή- 1
διζον ἂν οἱ Φωκέες. ταῦτα ἐπαγγελλομένων Θεσσαλῶν, οὔτε δώσειν ἔφασαν χρήματα, παρέχειν τέ σφι Θεσσαλοῖσι ὁμοίως μηδίζειν, εἰ ἄλλως βουλοίατο· ἀλλ' οὐκ ἔσεσθαι ἑκόντες εἶναι προδόται τῆς Ἑλλά- 5

A quibus contempti,

---

imperium tenere. Ad τὰ ἐπιόντα conf. nott. ad VII, 157.

Cap. XXX.

οἱ γὰρ Φωκέες μοῦνοι κ. τ. λ.] „Si vero nititur Pausaniae X, 1 fin. narratio, Phocenses cum Persa, necessitate compulsi, ὑπ' ἀνάγκης, primum fecerunt, postea ad Graecorum societatem reversi. Non ita Noster hic et superiore libro c. 203 et 218." *Wesseling.* Ad formulam ὡς ἐγὼ συμβαλλεόμενος εὑρίσκω conf. VII, 24.

κατὰ δὲ τὸ ἔχθος τὸ Θεσσαλῶν] i. e. *nulla alia de causa, quam quia oderant Thessalos*, ut bene reddit Valckenaer. Nam τὸ ἔχθος τὸ Θεσσαλῶν odium dicit, quo Thessalos prosequebantur Phocenses, ut IX, 38 τὸ ἔχθος τὸ Λακεδαιμονίων et τὸ ἐς Λακεδαιμονίους IX, 37, ubi citant Diod. Sicul. XVII, 24 τὴν εὐεργεσίαν τῆς γυναικὸς *benevolentiam erga mulierem.* Add. Herod. III, 136. Supra VIII, 22 Noster ἡ ἔχθρη πρὸς τὸν βάρβαρον. Simillima e Thucydid. I, 103. IV, 1. VII, 57 coll. Perizon. ad Aelian. V. H. II, 25 et XII, 53 protulit Valcken. de Latinis citans I. Fr. Gronov. ad Liv. XXXIV, 26, de quibus Wesseling. laudaverat Cort. ad Sallust. fragmentt. pag. 936. Ut ad Herodoti locum revertar, κατὰ hic valet *ob, propter*, ut VI, 51. VII, 136. IX, 15. 109. In clausula addam Pseudo-Plutarchi locum (II p. 868 C.), qui probabilem Herodoti coniecturam, quae simul virum prodit a partium studio alienum veroque indagando unice intentum, malevolentiâ evertere frustra nititur. Conf. Dahlmann. Herodot. p. 183.

οὔτε δώσειν — παρέχειν τε] De οὔτε — τε vid. allata ad VI, 1. — Verbum παρέχειν attigi ad VIII, 8. De locutione ἑκόντες εἶναι vid. Matth. Gr. Gr. §. 545 pag. 1070.

31 δος. Ἐπειδὴ δὲ ἀνηνείχθησαν οὗτοι οἱ λόγοι, οὕ-
τω δὴ οἱ Θεσσαλοὶ, κεχολωμένοι τοῖσι Φωκεῦσι, ἐγέ-
2 νοντο ἡγεμόνες τῷ βαρβάρῳ τῆς ὁδοῦ. ἐκ μὲν δὴ
τῆς Τρηχινίης ἐς τὴν Δωρίδα ἐσέβαλον. τῆς γὰρ
Δωρίδος χώρης ποδεὼν στεινὸς ταύτῃ κατατείνει,
ὡς τριήκοντα σταδίων μάλιστά κῃ εὖρος, κείμενος
μεταξὺ τῆς τε Μηλίδος καὶ τῆς Φωκίδος χώρης,
ἥπερ ἦν τὸ παλαιὸν Δρυοπίς· ἡ δὲ χώρη αὕτη ἐστὶ
μητρόπολις Δωριέων τῶν ἐν Πελοποννήσῳ. ταύτην
3 ὦν τὴν Δωρίδα γῆν οὐκ ἐσίναντο ἐσβαλόντες οἱ
βάρβαροι· ἐμήδιζόν τε γὰρ, καὶ οὐκ ἐδόκεε Θεσσα-

barbaros in Phocidem deducunt. Iter Persarum, postquam e Trachinia movissent. Doris: eius incolis, quod barbarorum partibus faverent, parcitur:

Cap. XXXI.

ἡγεμόνες τῷ βαρβάρῳ τῆς ὁδοῦ] Conf. nott. ad V, 13. De *Trachinia* terrâ conf. VII, 199. In seqq. ποδεὼν est extrema pars regionis in angustam veluti laciniam excurrens, docente Schweigh. in Lex. Herodot. Lange vernacule expressit: *ein schmaler Strich*. Conf. etiam Herod. II, 121 §. 4. Ad hunc vero ποδεῶνα, intra Phocidem et Maliensium terram protensum C. O. Müller. Orchomen. pag. 498 refert urbes Lilaeam, Carphaeam ac Dryopem, quae Persico bello Doricae, postmodo Phocensium et ex parte, Locrorum ditioni fuerint accensae. Veram enim ac propriam Doridem tetrapoli contineri addit, ad quam Pindum, Boium, Cytinium et Erineum ille refert.

τῆς τε Μηλίδος] Μηλίδα γῆν supra dixerat VII, 198. Callimach. in Del. 287. Itaque recte Wesseling. respuit Μηλιάδα, quod Florentinus cum tribus aliis affert. De ipsa regione vidimus ad VII, 132.

ἥπερ — Δρυοπίς] ἥπερ non ad proxime antecedens τῆς Φωκίδος χώρης pertinere, sed ad superius: τῆς Δωρίδος ποδεὼν, recte monet Larcherus. Duo codd. cum Valla h. l. afferunt Δρυοπίης, quae forma etiam invenitur apud Schol. Apollon. Rhod. I, 1212. De ipsa terra conf. I, 56 ibiq. nott. VIII, 43. Ad seqq. ἡ δὲ χώρη αὕτη ἐστὶ μητρόπολις κ. τ. λ. conf. Scymn. Ch. 595 ibique Gail. p. 379 coll. Thucyd. III, 92. Scylac. §. 63 p. 274.

ἐσβαλόντες] Ita e Florentino, aliis dedi cum recentioribus. Vulgatam ἐσβάλλοντες retinuit Matthiae. Ad sequens ἐμήδιζον suppl. οἱ Δωριεῖς e praegressis ταύτην τὴν Δωρίδα γῆν.

καὶ οὐκ ἐδόκεε Θεσσαλοῖσι] „*neque Thessalis videbatur*“, nempe *vastanda* Doris; horum enim ductu Persae utebantur, et ex horum libidine plus minusve mali regionibus inferebant.“ *Valcken.*

32 λοῖσι. Ὡς δὲ ἐκ τῆς Δωρίδος ἐς τὴν Φωκίδα ἐσέ-
2 βαλον, αὐτοὺς μὲν τοὺς Φωκέας οὐκ αἱρέουσι. οἱ μὲν γὰρ τῶν Φωκέων ἐς τὰ ἄκρα τοῦ Παρνησσοῦ ἀνέβησαν· ἔστι δὲ καὶ ἐπιτηδέη δέξασθαι ὅμιλον τοῦ Παρνησσοῦ ἡ κορυφὴ κατὰ Νέωνα πόλιν κειμένη

Phocenses ipsi plerique omnes diffugiunt: urbes eorum et 634 agri ferro atque igni vastantur. Parnassus.

Cap. XXXII.

κατὰ Νέωνα — ἐπ' ἑωυτῆς] Male olim *ὑπ' ἑωυτῆς*. Nam indicatur locus *seorsim situs*. Conf. I, 202 ibique nott). Itaque minus recte Larcherus *ἐπ' αὐτῆς*: et *sur la quelle est bâtie*. Probat tamen Clarke (Travels II, 3 chap. VII p. 217 not. 5, ubi etiam probatur emendatio *κειμένην* pro *κειμένη*. Nobis nulla mutandi causa apparuit. Urbem *Νέωνα*, quam hinc citat Stephanus Byzantinus p. 588, *Νεῶνα* scribit Harpocrat. s. v. *Νεῶσι*. Apud Pausan. X, 32 §. 6 nunc editum video a Siebelis (p. 160. 287) *Νέωνα*, ut X, 2 §. 2. 3 §. 2 coll. Strab. IX p. 439 s. 641. Valet autem *κατὰ Νέωνα* ad *Neonem oppidum* s. *e regione oppidi Neonis*, siquidem, hoc oppido, ut e cap. 33 patet, incenso, Phocenses hoc in vertice Parnassi separato tuti erant a Persarum ac Thessalorum impetu. Itaque probabile est, ad verticis radicem Neonem fuisse sitam, ubi postea fuit Tithorea urbs. Qui igitur apud Herodotum pro Neone *Cleonas* (*Κλεωνὰς*) refingi voluit Larcherus, egregie ille lapsus est, bene monente Kruse Hellas II, 2 p. 81. Quod vero illum verticem *Tithoream* appellari Noster scribit, quam Plut. Syll. 15 pag. 461 vocat *τὴν Τιθόραν*; Pausanias l. l., ubi Tithoream urbem commemorat octoginta stadiis remotam Delphis, Herodoteo hoc loco allato subiicit, videri utique totam aliquando regionem Tithoream fuisse nuncupatam, postea vero factum esse, ut, quum e diversis pagis in unam se urbem denuo contulissent, urbs haecce nomen Tithoreae obtineret, neque amplius *Neonis* nomine vocaretur. Nunc Tithoreae locum scribunt occupare pagum *Beluzza*, quem alii *Belitza* s. *Velitza*, *Velytza* efferunt. Vid. Siebelis ad Pausan. l. l. p. 286 Kruse Hellas II, 2 p. 81. 82. coll. p. 6, ubi plura de Parnasso. Exstant enim ibi adhuc reliquiae turris ac vallorum, quibus imminet vertex praeceps, in quem probabiliter Phocenses se receperint. Repraesentantur in opere splendido E. Dodwelli: Views and Descriptions of Cyclopian or Pelasgic Remains in Greece and Italy (London 1834), Tab. XLII et XLIII p. 22. Attigit quoque Clarke l. supra l. p. 216. Si Plut. fides, Syllae tempore Tithora arx tantum fuisse videtur in colle Parnassi undique decli-

ἐπ' ἑωυτῆς· Τιθορέα οὔνομα αὐτῇ· ἐς τὴν δὴ ἀνη-
3νείκαντο, καὶ αὐτοὶ ἀνέβησαν. οἱ δὲ πλεῦνες αὐ-
τῶν ἐς τοὺς Ὀζόλας Λοκροὺς ἐξεκομίσαντο, ἐς Ἄμ-
φισσαν πόλιν, τὴν ὑπὲρ τοῦ Κρισαίου πεδίου οἰκεομέ-
4νην. Οἱ δὲ βάρβαροι τὴν χώρην πᾶσαν ἐπέδραμον
τὴν Φωκίδα· Θεσσαλοὶ γὰρ οὕτω ἦγον τὸν στρατόν·
ὁκόσα δὲ ἐπέσχον, πάντα ἐπέφλεγον καὶ ἔκειρον, καὶ
33 ἐς τὰς πόλις ἐνιέντες πῦρ καὶ ἐς τὰ ἱρά. Πορευό-

Abae, templo oraculoque Apollinis celebres.

---

vi ac praecipiti exstructa (*φρούριον ἀποῤῥῶγι κρημνῷ περικοπτόμενον*), quo Phocenses fugientes se servarint.

ἀνηνείκαντο] i. e. *res suas eo* (in superiorem locum) *secum comportarunt*, ne scil. hostium in manus inciderent. Accusativum obiecti (*τὰ κτήματα* s. *χρήματα*), quem posuit III, 148 coll. IV, 36, neque hic addidit, neque ad *ἐξεκομίσαντο*, (*res suas exportarunt* securitatis causa), quod supra VIII, 20 coll. 36 invenitur.

ἐς Ἄμφισσαν πόλιν τὴν ὑπὲρ τοῦ Κρισαίου πεδίου οἰκεομένην] *Κρισαίου* retinui, cum recentt. edd., quamvis duo codd. *Κρισσαίου* cum Valla. Nam apud Thucydidem quoque meliores codd. hanc vocem una litera *σ* scriptam exhibent. Plura Duker. et Poppo (I, 1 p. 210) ad Thucydid. I, 107 et Wasse ad Thucydid. II, 69. *Campus Crisaeus* ad Parnassi et Cirphidis radices extensus valde praedicatur a veteribus, quamquam incultus iacuit, cum deo esset consecratus. Quin etiamnum insignem fertilitatem, quâ multum frumenti profert oleasque alit, laudant peregrinatores. Vid. Kruse Hellas II, 2 p. 12. 13. Ubi desinit campus occasum et septentrionem versus, exstructa fuit *Amphissa*, Locrorum ditioni accensa, ad radices montium, qui olim ad Parnassum pertinebant quibusque nunc nomen *Kophinas* et *Elatos*. Laetissimam esse regionem, unde late pateat prospectus, testantur recentiores. Nunc pauca quaedam urbis dirutae exstant reliquiae non procul ab urbe *Solona*, ut nunc dicitur. Plura vid. apud Kruse l. l. II, 2 pag. 161 seq. coll. 151. Repraesentavit has reliquias, quae ad arcem pertinuerunt Dodwellus opere laudato Tab. XXXII et XXXIII; Crissaei campi, ut nunc quoque vocant, conspectum dedit tab. XXXVII.

ἐπέδραμον] Conf. VIII, 23. In seqq. ad *ἐς τὰς πόλεις καὶ ἐς τὰ ἱρὰ* conf. VI, 9 ibique allata. Cum verbis *ὁκόσα δὲ ἐπέσχον* compara Pausan. X, 23 §. 3: *ὅσην ἐπεῖχεν ἡ τῶν Γαλατῶν στρατιά*.

μενοι γὰρ ταύτῃ παρὰ τὸν Κηφισσὸν ποταμὸν, ἐδῄουν πάντα, καὶ κατὰ μὲν ἔκαυσαν Δρύμον πό-

---

Cap. XXXIII.

παρὰ τὸν Κηφισσὸν ποταμὸν] *Cephissus* fluvius primarius fertur in Phocide, pluribus memoratus scriptoribus, ad septentrionale Parnassi latus in ipsius Phocidis ac Doridis confiniis orsus prope Lilaeam veterem, non longe a vico Suallo, ut nunc dicunt. Ipsum fluvium nunc vocant *Mauropotamo*. Cf. Kruse l. l. II, 2 p. 14. 15.

κατὰ μὲν ἔκαυσαν] Tmesin hîc obviam attigit Matth. Gr. Gr. §. 594 p. 1190. Vid. etiam Herod. VIII, 89. Ad argumentum loci praeter Plutarchum, qui II p. 868 B. *tredecim* ex Herodoto scribit urbes Phocensium a Persa incensas (cum rectius scripsisset *πεντεκαίδεκα*, si quidem h. l. *duodecim* et paulo post *tres* memorantur urbes a Persis incensae), comparatur inprimis Pausanias X, 3 §. 2 coll. 33 §. 6. 34 §. 1, ubi de Phocidis oppidis a Xerxe et longe post a Philippo Macedone per bellum sacrum eversis loquitur. Quam Herodotus vocat *Δρύμον*, eam appellat *Δρυμαίαν* cap. 3 §. 2 et 33 §. 6, ubi Siebelis pag. 297 attulit Stephani Byz. locum, ubi *Δρυμία*. Sed Kruse (Hell. II, 2 p. 87. 88) ibi legi vult *Τριταία*. Utut est, nunc ibi vicum *Baba* esse notat Mannert VIII p. 171 seq. Gellius ruinas, quas intra Lilaeam ac Dadi invenit, ad Drymaeam pertinuisse arbitratur. Conf. Siebelis ad Pausan. l. l. pag. 300 et Kruse l. l. De situ *Charadrae*, quam uterque scriptor nominat, non prorsus liquet. Conf. Kruse l. l. pag. 84 seq. Nec magis liquet de *Erocho*, quae, si recte statuit Kruse l. l. p. 69, probabiliter quaerenda est intra Charadram et Tethronium, ubi sane oppidi cuiusdam reliquiae exstare dicuntur prope vicum Suallo. *Tethronium*, sive *Tithronium*, ut Pausanias appellat l. l. coll. Stephan. Byz. s. v., Locridis oppidum fuisse ad Thermopylarum angustias situm, ex Aeschin. De fals. legat. §. 37 et Diodor. XVI, 33 cognoscitur. Ruinas urbis sunt, qui ad laevam Cephissi ripam ponant, ubi nunc *Mulki*, non valde remotum a Dadi; alii ad dextram Cephissi collocant; minus recte, ut videtur. Cf. Siebelis l. l. p. 297 et Kruse II, 2 p. 86. *Ἀμφίκαιαν* urbem Pausanias l. l. vocat *Ἀμφίκλεαν*; quae fuit recentior urbis appellatio, Pausaniae tempore solemnis, cum prius appellaretur *Ἀμφίκαια*. Vid. Siebelis l. l. p. 296, ubi recentiorum peregrinatorum testimonia attulit, quibus Amphiclea vetus cum oppido *Dadi* sic satis convenire videtur. Ac sane Clarke (Travels II, 3 chap. 8 p. 225 et 227) ad Amphicaeam referri vult moenium grandium ac turrium reliquias prope locum

λιν, κατὰ δὲ Χαράδρην, καὶ Ἔρωχον, καὶ Τεθρώνιον, καὶ Ἀμφίκαιαν, καὶ Νέωνα, καὶ Πεδιέας, καὶ Τριτέας, καὶ Ἐλάτειαν, καὶ Ὑάμπολιν, καὶ Παρα-
2 ποταμίους, καὶ Ἄβας· ἔνθα ἦν ἱρὸν Ἀπόλλωνος πλούσιον, θησαυροῖσί τε καὶ ἀναθήμασι πολλοῖσι κατεσκευασμένον· ἦν δὲ καὶ τότε, καὶ νῦν ἐστὶ, χρηστήριον αὐτόθι· καὶ τοῦτο τὸ ἱρὸν συλήσαντες 635
3 ἐνέπρησαν· καί τινας διώκοντες εἷλον τῶν Φωκέων

Dadi in colle sitas. At Kruse l. l. p. 8 mavult cogitari de eo loco, qui occasum versus a vico Ternitza prope Oglunitza quasdam oppidi reliquias in colle contineat, duas horas a Dadi remotas, quae ipsa multo propior Lilaeae sit. De *Neone* diximus ad VIII, 32. *Πεδιέας* et *Τριτέας* neglexit Pausanias. Ad hos quod referunt *Τριταιέας* apud Thucydid. III, 101 (ubi vid. interprett.), recte observare videtur Kruse l. l. pag. 88 hosce Thucydidis *Tritaeenses* alios esse atque Herodoti *Tritenses*, qui teste Stephano Byz. ad Locros Ozolas pertinuerint, eumque fere locum tenuerint, quem nunc obtineat pagus Turcochori. Idem Kruse l. l. p. 89 *Pedienses* intra Neonem (Belitza) et Tritaeam (Turcochori) collocat.

καὶ Ἐλάτειαν] *Elatea* omnium Phocidis terrae urbium maxima perhibetur loco sita ad Boeotiam invadendam valde opportuno. Vid. Pausan. X, 34 §. 1 ibique Siebelis p. 300, qui recentiorum quoque peregrinatorum attulit testimonia de situ urbis, in cuius locum nunc cessisse volunt vicum *Eleuta* a Tithorea duabus horis distantem. Plura Kruse II, 2 pag. 76 seq. Minus recte alii vicum Turcochori huc referunt. Conf. Clarke Travels II, 3. chap. 8 pag. 225, qui ipse eo inclinare videtur. De *Hyampoli* vid. nott. ad VIII, 28; de *Abis* nott. ad I, 46. VIII, 27. *Parapotamios* recenset quoque Pausanias X, 3 §. 2. 33 §. 4 coll. Strabon. IX pag. 424 s. 649 A. *Παραποταμία* exstat apud Stephan. Byz. s. v. pag. 626. Quae a Persis incensa et post restituta fuit urbs, bello sacro iterum eversa non amplius refloruit, cum Pausaniae aetate vel ruinae periissent, ut ne locus quidem, ubi sita fuerit, certo definiri possit. Conf. Siebelis ad Pausan. l. l. pag. 295 et potissimum Kruse II, 2 pag. 72 seqq., qui Gell. secutus urbem collocat in Cephissi valle infra Anemoreiam, ad cuius laevam castellum, quod in prominenti saxo fuit exstructum, prope Belesch, ut nunc vocant, duarum horarum intervallo ab

πρὸς τοῖσι οὔρεσι· καὶ γυναῖκάς τινας διέφθειραν
34 μισγόμενοι ὑπὸ πλήθεος. Παραποταμίους δὲ παρα-
μειβόμενοι οἱ βάρβαροι, ἀπίκοντο ἐς Πανοπέας.
ἐνθεῦτεν δὲ ἤδη διακρινομένη ἡ στρατιὴ αὐτῶν ἐ-
2 σχίζετο. τὸ μὲν πλεῖστον καὶ δυνατώτατον τοῦ στρα-
τοῦ, ἅμα αὐτῷ Ξέρξῃ πορευόμενον ἐπ' Ἀθήνας,
3 ἐσέβαλε ἐς Βοιωτούς, ἐς γῆν Ὀρχομενίων. Βοιωτῶν
δὲ πᾶν τὸ πλῆθος ἐμήδιζε· τὰς δὲ πόλις αὐτῶν ἄνδρες Μακεδόνες διατεταγμένοι ἔσωζον, ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἀποπεμφθέντες· ἔσωζον δὲ, τῇδε βουλόμενοι δῆλον ποιέειν Ξέρξῃ ὅτι τὰ Μήδων Βοιωτοὶ φρονέοιεν. οὗτοι μὲν δὴ τῶν βαρβάρων ταύτῃ ἐτράποντο.

Mox Xerxes, exercitu bipartito, cum parte altera eaque maiore Boeotiam sibi amicam ingreditur,

35 Ἄλλοι δὲ αὐτῶν, ἡγεμόνας ἔχοντες, ὁρμέατο ἐπὶ τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Δελφοῖσι, ἐν δεξιῇ τὸν Παρνησσὸν ἀπέργοντες. ὅσα δὲ καὶ οὗτοι ἐπέσχον τῆς Φω-

alteram contra Delphos mittit.

Elatea remotum eo pertinuisse censet.

καὶ γυναῖκάς τινας διέφθειραν μισγόμενοι ὑπὸ πλήθεος] i. e. *mulieres quasdam interfecerunt, plurimi numero cum ipsis se miscentes s. ipsis vim inferentes.*

Cap. XXXIV.

ἐς Πανοπέας] Legitur urbis nomen VIII, 35 coll. Pausan. X, 4 §. 1 ibique Siebelis pag. 162, qui, recentiorum quoque testimoniis allatis, urbem supra Orchomenum et Chaeroneam sitam fuisse narrat, ubi nunc vicus reperitur *Agios Blasios.* Namque postea bello sacro iterum eversa a Romanis Sylla duce ita vastata est, ut Pausaniae aetate prorsus diruta iaceret. Alia dabunt Mannert. VIII p. 179. Kruse II, 2 pag. 59. In E. Dodwelli opere paulo ante laudato Tab. XLVI exhibentur hae murorum reliquiae maximae molis et sane mirandae, ut a Cyclopis exstructi illi videantur.

ἐς γῆν Ὀρχομενίων] Articulum τῶν, quem post γῆν inserunt, delevi auctoritate Florentini libri. Retinuit eum Matthiae, Bekkerus edidit ἐς γῆν τὴν Ὀρχομ. Colligit autem hoc ex loco C. O. Müller. Orchomen. pag. 403 a *Cr.* excitatus, Persici belli tempore Orchomeniorum terram supra Cephissum fuisse extensam. — Ad locutionem τὰ Μήδων φρονεῖν conf. nott. ad VII, 145.

Cap. XXXV.

ἀπέργοντες] Vid. nott. ad VII, 109. Ad verbum ἐσινα-

κίδος, πάντα ἐσιναμώρεον· καὶ γὰρ τῶν Πανοπέων
2 τὴν πόλιν ἐνέπρησαν, καὶ Δαυλίων, καὶ Αἰολιδέων.
Ἐπορεύοντο δὲ ταύτῃ ἀποσχισθέντες τῆς ἄλλης στρατιῆς τῶνδε εἵνεκα, ὅκως συλήσαντες τὸ ἱρὸν τὸ ἐν
3 Δελφοῖσι, βασιλέϊ Ξέρξῃ ἀποδέξαιεν τὰ χρήματα.
πάντα δ' ἠπίστατο τὰ ἐν τῷ ἱρῷ ὅσα λόγου ἦν ἄξια Ξέρξης, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, ἄμεινον ἢ τὰ ἐν τοῖσι οἰκίοισι ἔλιπε, πολλῶν αἰεὶ λεγόντων, καὶ μάλιστα

μωρεον conf. nott. ad I, 152. Hesychius I p. 1458: ἐσιναμώρευον (sic)· ἐσίνοντο.

καὶ Δαυλίων, καὶ Αἰολιδέων] Persae Delphos profecti sunt eâ via, quae postea quoque Chaeronea Delphos ducebat, in Krusii mappâ geographicâ accurate delineata. E Panopensium igitur agro progressi primum venere in *Dauliorum* urbem, quae ab aliis vocatur Δαυλίς, (conf. Homer. Il. II, 520) exstructa in saxo praecipiti sed bello sacro eversa. Adhuc prope veteris urbis reliquias invenitur vicus, nomine *Daulia.* Vid. C. O. Müller. Orchomen. pag. 484. Kruse II, 2 pag. 60 seq. Observat Dodwell. in Opere laudato pag. 22, ubi tab. XLIV et XLV murorum arcis reliquias exhibuit, duas huius vici ecclesias maximam partem e veteris Dauliae lapidibus esse constructas. Iam Daulide profecti monteque superato ad Pleisti fontem pervenere, unde nonnihil remotum probabiliter situm fuit *Aeolidarum* oppidum eo fere loco, quo nunc ruinae quaedam repertae sunt, quibus a Gell. nomen tribuitur *Castro Panies*, a Dodwello *Zimeno* s. *Palaio Aracoba.* Equidem nil discerno, praesertim cum nulla sit urbis mentio nec apud Strab. nec apud Pausan. Cf. Kruse l. l. p. 64. 65. Inde vallem Pleisti secuti Persae in Delphorum planitiem descenderunt ad ipsam usque urbem, quâ nunc cernitur monasterium Castri. Unde satis patet, quid de Valckenaerii iudicandum sit coniectura pro Αἰολιδέων (a voce Αἰολίδαι, conf. Struve Spec. II. Quaest. de dialect. Herod. p. 3) reponentis Λιλαιέων, ut Λιλαίαν intelligamus, quam inter Phocensium urbes refert Pausanias X, 3 §. 2. 33 §. 2, quam tamen non longe a Tithorea inter Gravia et Dadi, ut nunc vocant, sitam fuisse probabile, ad septentrionale Parnassi latus, ubi adhuc reliquias quasdam se vidisse testatur Gell. Vid. C. O. Müller. Orchomen. p. 484. 497. Kruse II, 2 pag. 84. Siebelis ad Pausan. l. l. p. 292. 293.

πάντα δ' ἠπίστατο] ἠπίστατο e Florent. aliisque dedi cum Schwgh. et Gaisf. probante H. Apetzio, qui citat II, 53.

Delphi qua ratione saluti suae prospexerint.

36 τὰ Κροίσου τοῦ Ἀλυάττεω ἀναθήματα. Οἱ Δελφοὶ
δὲ, πυνθανόμενοι ταῦτα, ἐς πᾶσαν ἀῤῥωδίην ἀπί-
κατο. ἐν δείματι δὲ μεγάλῳ κατεστεῶτες, ἐμαν-
τεύοντο περὶ τῶν ἱρῶν χρημάτων, εἴτε σφέα κατὰ
2 γῆς κατορύξωσι, εἴτε ἐκκομίσωσι ἐς ἄλλην χώρην.
ὁ δὲ θεός σφεας οὐκ ἔα κινέειν, φὰς „αὐτὸς ἱκα-
„νὸς εἶναι τῶν ἑωυτοῦ προκατῆσθαι.“ Δελφοὶ δὲ,
3 ταῦτα ἀκούσαντες, σφέων αὐτῶν πέρι ἐφρόντιζον.
τέκνα μέν νυν καὶ γυναῖκας πέρην ἐς τὴν Ἀχαΐην
διέπεμψαν· αὐτῶν δὲ οἱ μὲν πλεῖστοι ἀνέβησαν ἐς
τοῦ Παρνησσοῦ τὰς κορυφὰς, καὶ ἐς τὸ Κωρύκιον

---

116. VII, 136. VIII, 25. Et conf. quoque III, 66. VIII, 5. V, 42. In Sancrofti libro alioque exstat ἐπιστέατο. Schaeferus dederat ἐπίστατο. — De donariis a Croeso Delphos missis conf. I, 50 seq. 92.

Cap. XXXVI.

ἐν δείματι δὲ μεγάλῳ κατεστεῶτες] i. e. *magno timore correpti.* Supra VIII, 12, ἐς φόβον κατιστέατο. Mox e Florentino aliisque codd. cum Matth. et Bekker. restitui coniunctivos κατορύξωσι et ἐκκομίσωσι pro futuris κατορύξουσι et ἐκκομίσουσι, quae hic ferri posse iure negat Werfer. Actt. phill. Monacc. I p. 234 seq. coll. 230, ubi de coniunctivo deliberativo pluribus exponit. Nam illi non de eo, quid *facturi sint* (ubi futuro locus), sed de eo, *quid faciundum sit*, oraculum consulunt; *num* scil. *pecunias sacras defoderent an exportarent, ob sie dieselben vergraben oder anders wohin bringen sollten.* Vid. G. Hermann. Opuscc. IV pag. 91. 92 et virum doctum in Schulzeit. 1831 II pag. 987. Accedit etiam illud, quod Herodotus vix dixisset ἐκκομίσουσι, sed potius ἐκκομιεῦσι. De ipso verbo ἐκκομίζειν conf. VIII, 32 et in seqq. ad οὐκ ἔα nott. ad V, 36. Eadem fere Pausan. X, 23 §. 1, cuius omnis de Brenno Galatorumque incursione narratio ex Herodoto duxit colorem, ad eius narrationem de Persis Delphos aggredientibus efficta.

φὰς αὐτὸς — προκατῆσθαι] i. e. *dicens se ipsum ad tutanda sua sufficere.* Wesseling. ad locutionem conferri vult IX, 105 et Euseb. Praepar. Ev. IX, 27, ubi occurrunt στρατηγοὶ προκαθεδούμενοι τῆς χώρας: *qui regionem tuentur.*

τέκνα μέν νυν καὶ γυναῖκας] Articulum, quem hisce praemisit VIII, 41 coll. 4, et h. l. et VIII, 40 neglexit. Plura Sintenis ad Plutarch. Themist. 10 p. 68.

καὶ ἐς τὸ Κωρύκιον ἄντρον

ἄντρον ἀνηνείκαντο· οἱ δὲ ἐς Ἄμφισσαν τὴν Λο- 636
4 κρίδα ὑπεξῆλθον. πάντες δὲ ὦν οἱ Δελφοὶ ἐξέλι-
πον τὴν πόλιν, πλὴν ἑξήκοντα ἀνδρῶν καὶ τοῦ προ-
37 φήτεω. Ἐπεὶ δὲ ἀγχοῦ τε ἦσαν οἱ βάρβαροι ἐπιόν-
τες, καὶ ἀπώρεον τὸ ἱρὸν, ἐν τούτῳ ὁ προφήτης
τῷ οὔνομα ἦν Ἀκήρατος, ὁρᾷ πρὸ τοῦ νηοῦ ὅπλα

Prodigia a deo Delphico barbaris appropinquantibus obiecta,

ἀνηνείκαντο] Recte Larcher. *ils transportèrent leurs effets.* Tu vid. nott. ad VIII, 32. Attigit Herodotea Eustath. ad Odyss. p. 1604, 4 s. 319, 20. Locum de *Corycio antro* classicum Pausan. X, 23 §. 5 coll. Aeschyl. Eumenid. 22 dudum attulit Wesseling., cui *Cr.* addi vult Ilgen. ad Hymn. Homerr. p. 318. Quae spelunca omnium, quotquot continuit Parnassus, celeberrima non longe distat a vico Diagorea ut nunc vocant, in veteris oppidi Lycoreae locum probabiliter exstructo, ut patet ex inscriptione nuper ibi reperta. Dignam laudibus, quibus veteres affecerunt, eam nunc quoque esse testantur recentiores. Apud indigenas nunc nomen *Saranda aulae*, quod scil. quadraginta cameras hoc antro contineri putant. Vid. Kruse II, 2 pag. 7. 8. coll. Siebelis ad Pausan. l. l. pag. 285 seq.

ὑπεξῆλθον] *clam discesserunt.* Conf. I, 73. De *Amphissa* urbe vid. nott. ad VII, 32.

καὶ τοῦ προφήτεω] De hac voce vid. nott. ad VII, 111. *Cr.* addit Matth. Animadverss. in Hymn. Homericc. p. 183. Quod vero *unus* h. l. *propheta* s. templi antistes memoratur, seriori aetate plures prophetas, s. oraculorum interpretes Delphis fuisse notat Wesseling. e Plut. II pag. 410 F. Aelian. H. A. X, 26 coll. Van Dale De oracc. V p. 104. Ut enim oraculi fama aucta et pervulgata, ad crebram sciscitantium turbam duabus adeoque tribus erat opus προφήτισιν (conf. Wessel. ad Diodor. XVI, 26), ita etiam pluribus *prophetis* postea opus fuisse consentaneum est.

Cap. XXXVII.

καὶ ἀπώρεον τὸ ἱρὸν] Schweigh. in Lex. Herod.: *cum procul s. eminus conspicerent* s. prospicerent. Nec male Lange: „*und schon den Tempel ansichtig wurden.*" Satis vero notum, ubi olim Delphicum fuit templum, nunc esse vicum *Castri;* ipsa Delphorum urbs ad viam, quae a vico Castri ducit Crissam, sita erat. Vid. Kruse II, 2 pag. 41 seq. 44. Clarke Travels II, 3 cap. VI p. 177 seq.

ὁρᾷ πρὸ τοῦ νηοῦ ὅπλα — ἐξενηνειγμένα ἱρὰ] i. e. *conspicit arma sacra ante aedem proiecta intrinsecus* (ex interiori aede) *huc allata, quae tangere*

προκείμενα ἔσωθεν ἐκ τοῦ μεγάρου ἐξενηνειγμένα
2 ἱρὰ, τῶν οὐκ ὅσιον ἦν ἅπτεσθαι ἀνθρώπων οὐδενί.
ὁ μὲν δὴ ἤϊε Δελφῶν τοῖσι παρεοῦσι σημανέων τὸ
τέρας. Οἱ δὲ βάρβαροι ἐπειδὴ ἐγίνοντο ἐπειγόμενοι
κατὰ τὸ ἱρὸν τῆς Προνηΐης Ἀθηναίης, ἐπιγίνεταί
σφι τέρεα ἔτι μέζονα τοῦ πρὶν γενομένου τέρεος.
3 θῶυμα μὲν γὰρ καὶ τοῦτο κάρτα ἐστὶ, ὅπλα ἀρήϊα
αὐτόματα φανῆναι ἔξω προκείμενα τοῦ νηοῦ· τὰ δὲ
δὴ ἐπὶ τούτῳ δεύτερα ἐπιγενόμενα, καὶ διὰ πάντων
4 φασμάτων ἄξια θωυμάσαι μάλιστα. Ἐπεὶ γὰρ δὴ
ἦσαν ἐπιόντες οἱ βάρβαροι κατὰ τὸ ἱρὸν τῆς Προ-

---

homini nefas ducebant. Ubi vocem ἔσωθεν, quam in ἔξωθεν mutari voluerat Stephanus, bene tuetur Wesseling., si quidem arma sponte sua e templi penetrali (ἔσωθεν ἐκ τοῦ μεγάρου) exiisse dicuntur. Vox ἱρὰ non sine vi quadam ita videtur esse postposita. Ad vocem μεγάρου, quâ *interior templi pars s. penetrale* indicari solet, conf. nott. ad I, 65. VI, 134. Sed νηοῦ vocabulo omnem hic templi molem sive ambitum declarari putem, ut VIII, 39 voce ἱροῦ. Ut ad ipsum denique portentum veniam, simile quid Thebis ante Leuctricam pugnam accidisse narrat Cicero De Divin. I, 34 a Valckenaerio laudatus; in templo Herculis scil. valvas clausas repagulis subito se ipsas aperuisse armaque, quae fixa in parietibus fuerint, ea esse humi inventa. Tu vid. quoque Xenoph. Hellen. VI, 4, 7. Diodor. XV cap. 53, quos ad Ciceronis locum Davisius laudavit.

τῆς Προνηΐης Ἀθηναίης] Προνηΐης et h. l. et paulo inferius (ubi Schaeferus haud sibi constans dederat Προναίης) reposui cum Gaisf. et Bekkero. In Flor., Medic. aliis invenitur Προναίης, quod recepit Matthiae, in aliis Προνοιΐης et Προνοίας. Tu vid. Harpocrat. s. v. Πρόνοια et inprimis Pausan. X, 8 §. 4, ubi memorat templum Ἀθηνᾶς Προνοίας; sic enim ibi dedit Siebelis pag. 181 seq. plures excitans viros doctos, qui alterutram amplexi sint lectionem, illudque adiiciens, cognatam videri Minervam πρόναον in Apollinis Ismenii templo apud Pausan. IX, 10 §. 2. Conf. nott. ad Herod. I, 92. *Cr.* hoc loco conferri vult the classical Iournal Vol. XI p. 151. — Ad formam genitivi τέρεος conf. Matth. Gr. Gr. §. 84, not. 3 pag. 187, et ad locutionem διὰ πάντων φασμάτων nott. ad Herod. VI, 63. Pro θῶμα et θωμάσαι reposui θῶυμα et θωυμάσαι.

νηΐης Ἀθηναίης, ἐν τούτῳ ἐκ μὲν τοῦ οὐρανοῦ κεραυνοὶ αὐτοῖσι ἐνέπιπτον, ἀπὸ δὲ τοῦ Παρνησσοῦ ἀποῤῥαγεῖσαι δύο κορυφαὶ ἐφέροντο πολλῷ πατάγῳ ἐς αὐτοὺς, καὶ κατέλαβον συχνούς σφεων, ἐκ δὲ τοῦ ἱροῦ τῆς Προνηΐης βοή τε καὶ ἀλαλαγμὸς ἐγίνετο.

38 Συμμιγέντων δὲ τούτων πάντων, φόβος τοῖσι βαρβάροισι ἐνεπεπτώκεε. μαθόντες δὲ οἱ Δελφοὶ φεύγοντάς σφεας, ἐπικαταβάντες, ἀπέκτειναν πλῆθός τι

illorumque fuga turpis.

2 αὐτῶν· οἱ δὲ περιεόντες ἰθὺ Βοιωτῶν ἔφευγον. Ἔλεγον δὲ οἱ ἀπονοστήσαντες οὗτοι τῶν βαρβάρων, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, ὡς πρὸς τούτοισι καὶ ἄλλα ὥρων θεῖα· δύο γὰρ ὁπλίτας μέζονας ἢ κατὰ ἀνθρώ- 637

ἐκ μὲν τοῦ οὐρανοῦ κεραυνοὶ αὐτοῖσι ἐνέπιπτον κ. τ. λ.] Idem prodigium enarrat Diodor. XI, 14 (ubi conf. Wesseling.) et Iustin. II, 12. Et quod mirum auditu, eadem, quae Persas, Galatas quoque irrumpentes abegisse a templo spoliando narrat Pausanias, ipsis ferme Herodoti verbis hac in re enarranda usus I, 4 §. 4 et X, 23 §. 3, ubi inter alia haec verba teneri volumus: *πέτραι τε ἀπολισθάνουσαι τοῦ Παρνασσοῦ μεγάλαι καὶ κρημνοὶ καταῤῥηγνυμένοι σκοπὸν τοὺς βαρβάρους εἶχον*; quibus simillima leguntur apud Iustinum XXIV, 8 haec: „terrae motu portio montis abrupta Gallorum stravit exercitum.“ Ac negant Diodorus et Pausanias ipsam Apollinis aedem a Persis direptam esse incendioque vastatam, dissentiente Plutarcho Vit. Num. 9 pag. 66 C., qui *τὸν ἱερὸν λύχνον* sive aeternum illum ignem, cum templum a Medis inflammaretur, exstinctum esse tradit. Apud Herodotum nil quidquam legitur tale II, 180. V, 62. Ctesiam si audiamus Perss. Excerptt. §. 25, Mardonius a Xerxe missus ad Apollinis aedem spoliandam ibi occubuit *χαλάζης ἐπιπεσούσης παχείας* i. e. grandine ingruente crassa. Ac sane ita Persas retulisse, quae a Graecis dein mirum in modum ampliata et exornata sint, credas licet.

Cap. XXXVIII.

ἐνεπεπτώκεε] In Sancrofti libro *ἐπεπτώκεε*, in alio libro *ἐπεπεπτώκεε*. Tu cf. IV, 203. VII, 43 et de plusquamperfecti usu Matth. Gr. Gr. §. 505. IV pag. 960. Ad voces *ἰθὺ Βοιωτῶν* conf. V, 64 ibique citt. Plures codd. hic offruent *εὐθύ*.

μέζονας ἢ κατὰ ἀνθρώπων φύσιν ἔχοντας] Cum crebrius occurrat locutio *μείζων ἢ κατ'*

πων φύσιν ἔχοντας ἕπεσθαί σφι, κτείνοντας καὶ διώκοντας. 39 Τούτους δὲ τοὺς δύο Δελφοὶ λέγουσι εἶναι ἐπιχωρίους ἥρωας, Φύλακόν τε καὶ Αὐτόνοον, τῶν τὰ τεμένεά ἐστι περὶ τὸ ἱρόν· Φυλάκου μὲν, παρ' αὐτὴν τὴν ὁδὸν κατύπερθε τοῦ ἱροῦ τῆς Προνηΐης· Αὐτονόου δὲ, πέλας τῆς Κασταλίης, ὑπὸ τῇ

Heroes Phylacus et Autonous.

ἄνθρωπον (v. c. apud Plat. Apolog. p. 20 E. Matth. Gr. Gr. §. 449) Dorvill. ad Charit. pag. 182 [310 seq.] refingi vult ἢ κατὰ ἄνθρωπον. Wesselingio, conferenti Ioseph. Antiqq. I, 19 §. 1 placuerat μέζονα ἢ κατὰ ἀνθρώπων φύσιν ἔχοντας. Koenius unum ἔχοντας mutari voluit in ἐόντας, ut intelligerentur *armati hominum staturâ altiores;* eamque emendationem Valckenaerio quoque probatam in textum receperunt Schaefer. et Matthiae, invitis sane libris scriptis, a quibus equidem cum Bekkero hic stare malui, ἔχοντας accipiens *se habentes.* Neque enim cum Schweigh., qui minus recte huc referri posse putat locutionem ληρεῖς ἔχων, participium hoc verbis finitis adiici solitum ita explicuerim, ut *continuitatem* quandam indicet; ubi medio verbo ἐχομένους, quod proxime sequenti ἕπεσθαι iungatur, opus fuisse crediderim; quod idem bene sensit Hoeger. hunc locum tractans in Actt. philoll. Monacc. III, 4 pag. 520, ubi μέζονας in μεζόνως mutari vult. Negris, qui iungit cum verbo ἔχοντας sequentia verba ἕπεσθαί σφι, interpretatur: δὲν ἔπαυσαν τοῦ νὰ τοὺς ἀκολουθῶσι, *non destiterunt ab insequendo*, cum verbum ἔχοντας hic continuationem insecutionis denotet. Ad ipsum argumentum *Cr.* conferri iusserat Heyne Excurs. XIII ad Virgil. Aen. Lib. I. De ἐπιφανείαις.

Cap. XXXIX.

εἶναι ἐπιχωρίους ἥρωας] Ita e Florentino aliisque dedi cum recentt. Vulgo verbum εἶναι reliquis postponitur. Simili autem modo Pausanias scribit X, 23 §. 3, Gallis quoque terribiles adparuisse tres heroes templo auxilium ferentes, Laodocum, Hyperochum, Pyrrhum; quibus quartus etiam a Delphis accensetur Phylacus, indigena heros, cuius sacellum prope Minervae Pronaeae templum commemorat idem Pausanias X, 8 §. 4.

πέλας τῆς Κασταλίης] De *Castalia*, fonte celeberrimo, quem ibi fuisse volunt, ubi nunc Sancti Ioannis monstratur sacellum, prope vetus templum nunc dirutum, vid. Pausan. X, 8 §. 5 ibiq. Siebel. pag. 182. Kruse II, 2 p. 16 seq. 44 seq. Descripsit et in tabula aeri incisâ repraesentavit Clarke Travels II, 3 chap. VI p. 184 seq.

2 Ὑαμπείῃ κορυφῇ. Οἱ δὲ πεσόντες ἀπὸ τοῦ Παρνησσοῦ λίθοι ἔτι καὶ ἐς ἡμέας ἦσαν σόοι, ἐν τῷ τεμένεϊ τῆς Προνηΐης Ἀθηναίης κείμενοι, ἐς τὸ ἐνέσκηψαν διὰ τῶν βαρβάρων φερόμενοι. Τούτων μέν νυν τῶν ἀνδρῶν αὕτη ἀπὸ τοῦ ἱροῦ ἀπαλλαγὴ γίνεται.

40 Artemisio relicto [c. 21.], classis Graecorum petit Salaminem

Ὁ δὲ Ἑλλήνων ναυτικὸς στρατὸς ἀπὸ τοῦ Ἀρτεμισίου, Ἀθηναίων δεηθέντων, ἐς Σαλαμῖνα κατί-2σχει τὰς νῆας. τῶνδε δὲ εἵνεκα προσεδεήθησαν αὐτῶν σχεῖν πρὸς Σαλαμῖνα Ἀθηναῖοι, ἵνα αὐτοὶ

ὑπὸ τῇ Ὑαμπείῃ κορυφῇ] Mavult Valckenaer. Ὑαμπέῃ, ut magis sit Ionicum. *Hyampea* vocabatur Parnassi pars super Delphos ad orientem exsurgens, ubi saxa maxime praecipitia, unde facinorosos et impios deiicere solebant, (vocantur autem Phaedriadae) octingentos pedes supra Delphos et duo mille pedes supra mare eminentia. Vid. C. O. Müller. Orchomen. pag. 494. Kruse Hell. l. l. pag. 5—8. Valcken. de rupe Hyampea laudaverat Perizon. ad Aelian. V. H. XI, 5 et Wesseling. ad Diodor. XVI, 28 coll. ad XI, 14, ubi hic scriptor ad aedem istam Minervae, Persis divinitus fugatis, Delphos tradit erexisse tropaeum additque epigramma tropaeo huic inscriptum, quod inde analectis inseruit Brunck. III p. 178 nr. 143 coll. Iacobs. Animadverss. T. III, 1 pag. 370.

ἦσαν σόοι] Sancrofti liber cum aliis σῶοι. Sed conf. II, 181. V, 96. Matth. Gr. Gr. §. 124 pag. 246. — In seqq. ad verbum ἐνσκήπτειν conf. nott. ad I, 105. Pausanias X, 23 §. 3, utitur verbo κατασκήπτειν. Participium φερόμενοι attigi ad VIII, 28.

Cap. XL.

κατίσχει τὰς νῆας] Conf. nott. ad VI, 101 et add. VIII, 41. 42. Mox cum Bekkero dedi τῶνδε δὲ εἵνεκα, ubi Schaefer. et Matth. ex Sancrofti libro dant τῶν δὲ εἵνεκα. At vid. VII, 5. 53. VIII, 75.

σχεῖν πρὸς Σαλαμῖνα] Ad locutionem conf. nott. ad VI, 92 et Schaefer ad Lambert. Bos. De ellips. L. Gr. pag. 316. Est vero Salamis insula bene sita, tum ad rem bellicam inde instituendam, tum ad securitatem eorum, quae in tuto collocari volumus, procurandam optimumque belli receptaculum. Unde explicandum, quod illa aetate, Persis imminentibus, in hanc potissimum insulam Athenienses mulieres,

παῖδάς τε καὶ γυναῖκας ὑπεξαγάγωνται ἐκ τῆς Ἀτ-
τικῆς, πρὸς δὲ καὶ βουλεύσωνται τὸ ποιητέον αὐ-
3 *τοῖσι ἔσται. ἐπὶ γὰρ τοῖσι κατήκουσι πρήγμασι*
βουλὴν ἔμελλον ποιήσεσθαι, ὡς ἐψευσμένοι γνώμης.
4 *δοκέοντες γὰρ εὑρήσειν Πελοποννησίους πανδημεὶ*
ἐν τῇ Βοιωτίῃ ὑποκατημένους τὸν βάρβαρον, τῶν
μὲν εὗρον οὐδὲν ἐόν, οἱ δὲ ἐπυνθάνοντο τὸν Ἰσ-
θμὸν αὐτοὺς τειχέοντας ἐς τὴν Πελοπόννησον, περὶ
πλείστου τε ποιευμένους περιεῖναι, καὶ ταύτην ἔχον-
5 *τας ἐν φυλακῇ, τὰ δὲ ἄλλα ἀπιέναι. ταῦτα πυν-*
θανόμενοι, οὕτω δὴ προσεδεήθησάν σφεων σχεῖν

---

liberos, optima quaeque transtulerint; idemque nostra memoria factum esse accepimus Graecis a Turcarum furore crebrius e continenti in insulam Coluri, ut nunc illa vocatur, confugientibus fortunasque suas ibi in tuto collocantibus. Tu conf. Kruse l. l. II, 1 pag. 302.

παῖδάς τε καὶ γυναῖκας] Articulum omissum attigi supra ad VIII, 36. — In seqq. ad voces *ἐπὶ τοῖσι κατήκουσι πρήγμασι* (*ob praesentem rerum statum*) vid. nott. ad VIII, 19.

ὑποκατημένους τὸν βάρβαρον] i. e. *sedendo exspectantes* s. *subsidentes* et *exspectantes Persam.* Conf. VII, 27. Ad sequens *οἱ δὲ* conf. similia, quae exstant I, 56. V, 120. VII, 6. 163. De argumento loci cf. Plutarch, Themistocl. 9. Diod. Sic. XI, 16.

τὸν Ἰσθμὸν αὐτοὺς τειχέοντας ἐς τὴν Πελοπόννησον] Ita cum Schweigh. et Gaisf. dedi codd. ita iubentibus, excepto uno Sancrofti libro, qui pro *ἐς* exhibet *καί*. Schaeferus, quem sequuntur Matth. et Bekker., neque *ἐς* neque *καὶ* recepit, planissimam hoc modo reddens orationem. Sensum sic expressit Schweigh. „*isthmum illos, quâ est introitus in Peloponnesum, muro intercipere.*“ Apud Plutarch. Themistocl. 9 legimus: *διατειχιζόντων τὸν Ἰσθμὸν εἰς θάλατταν ἐκ θαλάττης*: quam loquendi formulam explicui ad Plutarch. Alcib. p. 225.

τὰ δὲ ἄλλα ἀπιέναι] Inceptâ orationis structurâ excidit Noster, infinitivum ponens, ubi ob praegressa exspectabas participium, nisi variare orationem illum voluisse dixeris, ita ut primum verbo *πυνθάνεσθαι* participium pro more adstruxerit, deinde vero in accusativi et infinitivi structuram orationem conformarit. Cf. Matth. Gr. Gr. §. 549 not. 2 p. 1079. — In proxime seqq. voculam *δὴ*, quae post *ταῦτα* vulgo collocabatur, e meliorum codd. auctoritate transtuli post *οὕτω*, praeeuntibus Schweigh., Gaisf.

Desertae Athenae, paucissimis incolarum remanentibus [c. 51.].

41 πρὸς τὴν Σαλαμῖνα. Οἱ μὲν δὴ ἄλλοι κατέσχον ἐς
τὴν Σαλαμῖνα, Ἀθηναῖοι δὲ ἐς τὴν ἑωυτῶν. μετὰ
δὲ τὴν ἄπιξιν, κήρυγμα ἐποιήσαντο „Ἀθηναίων τῇ
„τις δύναται, σώζειν τὰ τέκνα τε καὶ τοὺς οἰκέτας.“
2 Ἐνθαῦτα οἱ μὲν πλεῖστοι ἐς Τροιζῆνα ἀπέστειλαν,
οἱ δὲ ἐς Αἴγιναν, οἱ δὲ ἐς Σαλαμῖνα. ἔσπευσαν δὲ
ταῦτα ὑπεκθέσθαι, τῷ χρηστηρίῳ τε βουλόμενοι
ὑπηρετέειν, καὶ δὴ καὶ τοῦδε εἵνεκα οὐκ ἥκιστα· 638
λέγουσι οἱ Ἀθηναῖοι, ὄφιν μέγαν φύλακα τῆς ἀκρο-

---

et Bekkero. Sic quoque οὕτω δὴ VIII, 23. 31. coll. III, 32 not. VII, 174.

Cap. XLI.

Ἀθηναίων τῇ τις δύναται, σώζειν τὰ τέκνα τε καὶ τοὺς οἰκέτας] Decretum tale erat, ut quo loco quisque suos liberos familiamque optime servare posset, in eo collocaret. Qui enim, facultate publice non concessâ, periculi imminentis tempore patriam reliquissent familiamve subtraxissent, eos proditorum loco habitos, qui crimen publica poenâ plectendum commisissent, indicant quae Larcherus ad h. l. protulit ex Lycurg. in Leocrat. pag. 154, 31 [p. 177 R.] Aeschine contr. Ctesiphont. pag. 468 F. [§. 86]. De Troezeniis, qui optime Athenienses exceperint, idem confert Plutarch. Themistocl. cap. 11. — Ad voces *τὰ τέκνα τε καὶ τοὺς οἰκέτας* conf. nott. ad VIII, 4, et ad verbum *ἀπέστειλαν* suppl. *τὰ τέκνα τε καὶ τοὺς οἰκέτας*. — Verbis *οἱ δὲ ἐς Σαλαμῖνα* bene utitur Lessing. Vit. Sophocl. (T. XIX p. 245 ed. Carlsruh.) a *Cr.* laudatus, quibus scil. probaret, Sophoclem puerum a parentibus securitatis causa delatum fuisse in Salaminem insulam.

ἔσπευσαν δὲ] Pro vulg. *δὴ* equidem cum recentt. lubens recepi *δὲ*, quod Florentinus liber cum Sancrofti libro alioque Parisino praebebant. Ad verbum *ὑπεκθέσθαι* conf. VIII, 4 et V, 65.

τῷ χρηστηρίῳ τε βουλόμενοι ὑπηρετέειν] In una Aldina post *τε* inserta leguntur verba: *πειθόμενοι καὶ*, ex interpretamento, opinor. Respicit autem Noster ad oraculum VII, 141 —143 allatum. Mox cum recentt. dedi e librorum fere consensu: *τοῦδε εἵνεκα*, ubi Schaeferus dederat *τοῦ εἵνεκα*. Olim *τούτου εἵνεκα*.

ὄφιν μέγαν φύλακα τῆς ἀκροπόλιος κ. τ. λ.] Athenienses in arce *serpentem* sive ut alii vocant *draconem* alebant, sacrum Minervae animal custodemque (*τὸν οἰκουρὸν*) ipsius arcis. Vid. Hesych. s. v. II p. 726. Aristoph. Lysistr. 760.

3 *πόλιος ἐνδιαιτέεσθαι ἐν τῷ ἱρῷ. λέγουσί τε ταῦτα, καὶ δὴ καὶ ὡς ἐόντι ἐπιμήνια ἐπιτελέουσι προτιθέν-*

Plutarch. Themist. 10 p. 116 E. Philostrat. Icon. II, 17 p. 837 s. p. 80 Iac. Eustath. ad Odyss. p. 1423, 7 s. 64, 11. Versabatur ille draco probabiliter in Minervae Poliadis eâ cellâ, quae ipsius deae sanctuarium continebat, media inter Erechtheum et Pandroseum, ut notat C. O. Müller. De Minerv. Poliad. p. 28. coll. Rose Inscriptt. Graec. p. 161. Hinc Atticae deae crebrius additum videmus serpentem vel in vasorum picturis, ut bene observat Creuzer. in Symbol. II p. 727 seq. 744. Quo serpentis symbolo omne vitale intelligi vult Müller. l. l., quod, cum antea latuerit, nunc imperfectum et informe progeminet. Mihi hocce signo tam ad agriculturae initia quam ad artem medendi respici videtur. *Cr.* haec adscripsit: „Quod Hesychius l. l. addit: *καὶ οἱ μὲν ἕνα φασίν* (*δράκοντα* sc.)· *οἱ δὲ δύο*, disertius Photius in Lex. (p. 319 Dobr. p. 274 Lips.) *Οἰκουρὸν ὄφιν: τὸν τῆς Πολιάδος φύλακα· καὶ Ἡρόδοτος· φύλαρχοι δὲ αὐτοῦ δύο.* Haec partim ex Herodoto partim ex Hesychio ita expleas: *Καὶ Ἡρόδοτος μὲν ἕνα φησὶν ἐν τῷ ἱερῷ· Φύλαρχος δὲ αὐτοῦ δύο.* Nam ita codex Galei, a Porsono et Dobreo collatus pro *Φύλαρχοι*, in quo non haesisse miror Schleusnerum (Animadverss. in Photii Lex. pag. 270). Atque si Hesychium pleniorem Herodoti codicem tractasse statuas, huic post *ἐν τῷ ἱρῷ* addendum censeas *Ἐρεχθῆος* [vel potius *Ἐρεχθέος*]. Nam *τοῦ Ἐρεχθέος* adiicit Lexicographus. Utut est, Photius prodit: Herodotus unum draconem in eo sacrario esse (*narrasse* scilicet, ut Herodotus ipse tradit, Athenienses), Phylarchus (historicus) duo ibidem esse."

καὶ δὴ καὶ ὡς ἐόντι ἐπιμήνια ἐπιτελέουσι προτιθέντες] Lange haec ita vernacule expressit: „*und ausserdem, dass sie ihr, wie einem lebendigen Menschen, alle Monden ihr Theil vorsetzten, nämlich Honigkuchen.*" Schweigh., qui in Lexico Herodoteo s. v. *ἐπιτελεῖν* scribit „*ἐπιμήνια ἐπιτελέουσι προτιθέντες*, non: *menstrua sacra faciunt* sed: *menstrua, menstruam pensionem persolvunt*," in Latina versione sic expressit: „*sed etiam tanquam re vera ibi versanti menstrua sacra faciunt adponuntque.*" Minus recte, si quid video. Nam praestat *ἐπιμήνια* referre ad *προτιθέντες*, hoc fere sensu: *menstrua cibaria* (s. placentas singulis mensibus) *apponentes serpenti rem sacram faciunt* s. *sacra peragunt.* Verbum *προτιθέναι* satis tritum de *apponendis* cibis; unde etiam, notante Valckenaerio, *οἱ ἄρτοι τῆς προθέσεως*, quos sa-

τες· τὰ δ' ἐπιμήνια, μελιτόεσσά ἐστι. αὕτη δ' ἡ μελιτόεσσα, ἐν τῷ πρόσθεν αἰεὶ χρόνῳ ἀναισιμουμένη, 4 τότε ἦν ἄψαυστος. σημηνάσης δὲ ταῦτα τῆς ἱρείης, μᾶλλόν τι οἱ Ἀθηναῖοι καὶ προθυμότερον ἐξέλιπον τὴν πόλιν, ὡς καὶ τῆς θεοῦ ἀπολελοιπυίης τὴν ἀκρόπολιν. ὡς δέ σφι πάντα ὑπεξέκειτο, ἔπλωον ἐς τὸ στρατόπεδον.

42 Ἐπεὶ δὲ οἱ ἀπ' Ἀρτεμισίου ἐς Σαλαμῖνα κατέσχον τὰς νέας, συνέῤῥεε καὶ ὁ λοιπὸς πυνθανόμενος ὁ τῶν Ἑλλήνων ναυτικὸς στρατὸς ἐκ

Interim copiis navalibus undique coactis, navium numerus

---

cerdotibus edere licuit, panes sc. in mensis sacris velut appositi diis, teste Athenaeo III p. 110 D. IV p. 137 E. VIII p. 346 E. Pausan. VI, 20 §. 2. Nec minus frequens ἐπιτελεῖν in re sacra peragenda festisque celebrandis, aliis id genus, ut II, 63. IV, 186, ubi haud moror accusativum omissum, quem facile mente addere possis, nisi ἐπιμήνια positum ἀπὸ κοινοῦ ad hoc quoque verbum trahere velis; quem in modum iam Valckenaerius haec ita erat interpretatus: *talem e melle placentam, singulis noviluniis recentem, veluti menstruam pensionem arcis persolvebant custodi.* Sunt autem τὰ ἐπιμήνια, quae in mensem praebentur *alimenta* s. *menstrua cibaria,* ut dixi ad Plutarch. Flamin. 5 pag. 89 not. Add. Harpocrat. s. v. Ἐπιμήνια.

μελιτόεσσα, quae Atticis etiam vocabatur μελιτοῦττα (cf. Matth. Gr. Gr. §. 121, not. 2 p. 244. Thom. Magist. p. 607 ibiq. Oudendorp., quibus Cr. addi vult Brunckii citt. ad Aristophan Lysistr. vs. 601.), est *placenta e melle confecta*, haud infrequens in veterum sacris, ut satis constat. De argumento idem Cr. Valckenaerianis addi vult: Böttiger: die heilbringenden Götter in: Iournal des Lux. u. d. Mod. 1803 Ianuar. p. 21. Payne-Knight on symbolical Language §. 25 p. 17.

σημηνάσης δὲ ταῦτα τῆς ἱρείης] De hac sacerdote vid. nott. ad V, 72. In seqq. pro προθυμότερον plures codd. πρότερον. Minus recte, mea quidem sententia. Est enim haec loci sententia: *tanto magis atque studiosius*, ut bene reddidit Schweighaeuserus. Itaque displicet Valckenaerii ratio, qui hanc verborum naturalem esse structuram censuit: καὶ μᾶλλόν τι προθυμότερον (*vel studiosius*), ubi μᾶλλον comparativo additum eâ orationis abundantiâ, quam invenimus quoque supra II, 137. Ad ὑπεξέκειτο conf. Herod. VIII, 60 §. 2 et de totius loci argumento Plutarch. Themistocl. 10. Paucos vero Athenienses in urbe relictos esse intelligitur ex Herod. VIII, 51.

Τροιζῆνος· ἐς γὰρ Πώγωνα τὸν Τροιζηνίων λιμένα 2 προείρητο συλλέγεσθαι. συνελέχθησάν τε δὴ πολλῷ πλεῦνες νέες ἢ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ἐναυμάχεον, καὶ ἀπὸ 3 πολίων πλεύνων. Ναύαρχος μέν νυν ἐπῆν ὡυτὸς ὅσπερ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ, Εὐρυβιάδης ὁ Εὐρυκλείδεω, ἀνὴρ Σπαρτιήτης, οὐ μέντοι γένεός γε τοῦ βασιληΐου ἐών· νέας δὲ πολλῷ πλείστας τε καὶ ἄριστα πλωούσας παρείχοντο Ἀθηναῖοι.

multum crescit. Summa imperii etiam nunc penes Eurybiadem [c. 2.].

43 Ἐστρατεύοντο δὲ οἵδε. Ἐκ μὲν Πελοποννήσου, Λακεδαιμόνιοι, ἑκκαίδεκα νῆας παρεχόμενοι· Κορίνθιοι δὲ, τὸ αὐτὸ πλήρωμα παρεχόμενοι τὸ καὶ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ, Σικυώνιοι δὲ, πεντεκαίδεκα παρείχοντο 2 νῆας· Ἐπιδαύριοι δὲ, δέκα· Τροιζήνιοι δὲ, πέντε· Ἑρμιονέες δὲ, τρεῖς· ἐόντες οὗτοι, πλὴν Ἑρμιονέων, Δωρικόν τε καὶ Μακεδνὸν ἔθνος, ἐξ Ἐρινεοῦ τε καὶ

Recensio populorum Graeciae, qui ad Salaminem naves miserunt: qua opportunitate utens Herodotus, eorum origines et antiquitates perstringit.

Cap. XLII.

ἐς γὰρ Πώγωνα] *Pogon*, Troezeniorum portus olim, ut videtur, satis amplus, nunc arenâ ita obstructus esse dicitur, ut exiguis modo navigiis aditum praebeat. Conf. Strab. VIII p. 574 A. s. 373. Mannert. VIII pag. 664. Ipsius Troezenis reliquias quasdam prope vicum *Damala* adhuc reperiri sic satis constat. — Pro τὸν Τροιζηνίων unus cod. τῶν Τροιζηνίων.

Εὐρυβιάδης] Vid. VIII, 2. 3. Videtur autem mihi Noster consulto addidisse: οὐ μέντοι γένεός γε τοῦ βασιλικοῦ ἐών; cum Spartanorum in expeditionibus plerumque regum alteruter esset dux.

νέας δὲ πολλῷ πλείστας — Ἀθηναῖοι] Eodem, opinor, animo Noster haec scripsit, quo ea, quae supra leguntur VIII, 3. — De navium numero disputavimus ad VIII, 1.

Cap. XLIII.

ἑκκαίδεκα νῆας παρεχόμενοι] *Sedecim* hîc exhibuere naves, qui ad Artemisium non nisi *decem* praebuerant. Conf. VIII, 1 ibique nott. Ad vocem πλήρωμα, quâ naves ipsae una cum remigibus classiariisque indicantur, cf. VIII, 1.

Δωρικόν τε καὶ Μακεδνὸν ἔθνος] Conf. I, 56 ibique nott. I, 146. C. O. Müller. Dor. I p. 175, qui monet *Hermionam*, quam Herodotus Dryopicam appellat civitatem, postea ab Argivis captam fuisse. *Erineon* s. *Erineos*, auctore Kruse II, 2 p. 103 coll. 97 seq. ad Callidromi montis declivitatem prope Palaeochora quaeri debet, *Pindus* autem ad fontes

3 Πίνδου καὶ τῆς Δρυοπίδος ὕστατα ὁρμηθέντες. οἳ δὲ Ἑρμιονέες εἰσὶ Δρύοπες, ὑπὸ Ἡρακλέος τε καὶ Μηλιέων ἐκ τῆς νῦν Δωρίδος καλεομένης χώρης ἐξαναστάντες. οὗτοι μέν νυν Πελοποννησίων ἐστρα-

44 τεύοντο. Οἳ δὲ ἐκ τῆς ἔξω ἠπείρου· Ἀθηναῖοι μὲν, 639
πρὸς πάντας τοὺς ἄλλους παρεχόμενοι νῆας ὀγδώκοντα καὶ ἑκατὸν, μοῦνοι· ἐν Σαλαμῖνι γὰρ οὐ
2 συνεναυμάχησαν Πλαταιέες Ἀθηναίοισι, διὰ τοιόνδε τι πρῆγμα. ἀπαλλασσομένων τῶν Ἑλλήνων ἀπὸ τοῦ Ἀρτεμισίου, ὡς ἐγίνοντο κατὰ Χαλκίδα, οἱ Πλαταιέες ἀποβάντες ἐς τὴν περαίην τῆς Βοιωτίης χώρης, πρὸς ἐκκομιδὴν ἐτράποντο τῶν οἰκετέων. οὗ-
3 τοι μέν νυν τούτους σώζοντες ἐλείφθησαν. Ἀθηναῖοι δὲ, ἐπὶ μὲν Πελασγῶν ἐχόντων τὴν νῦν Ἑλ-

---

Pindi fluvii. Accuratiora de his desunt. — In fine cap. Schweighaeuserus post ἐστρατεύοντο minus et post ἠπείρου maius punctum poni vult.

Cap. XLIV.

πρὸς πάντας τοὺς ἄλλους] i. e. *prae aliis omnibus*, ut III, 94, ubi vid. nott. „Mireris vero, ait *Schweigh.*, quo pacto tot navibus ad Salaminem pugnare Athenienses potuerint, quandoquidem in pugna ad Artemisium *dimidiam partem Atticarum navium vulneratam* esse ait scriptor cap. 18 neque eis reficiendis suppetiisse videatur tempus.“ — In seqq. vocem μοῦνοι cum vi quâdam addi in sententiae clausulâ nemo non videt. Nunc enim *soli* Athenienses, nullis assumtis Plataeensibus, qui antea ipsis milites praebuerant, tot naves exhibent.

διὰ τοιόνδε τι πρῆγμα] E Florent., Med., aliis διὰ τοιόνδε πρῆγμα dederunt Schweighaeuser. et Gaisf. Vulgo post τοιόνδε inserebatur τι, quod cum Matth. et Bekker. retinui.

ἐς τὴν περαίην τῆς Βοιωτίης] „Περαίη τῆς Βοιωτίης, quae contra Chalcidem in Boeotiae finibus; cuiusmodi περαῖα τῆς Ἀσίας Diodoro XX, 97 Asiae continentis regio, exadversum insulam Rhodum, *Peraea* apud Livium XXXII, 13.“ *Wessel.* Mihi tamen vix pro Nomine proprio Noster habuisse videtur περαίην. Itaque malim reddere: *in oram Boeotiae oppositam.* — In seqq. ad vocem οἰκέτας conf. nott. ad VIII, 4.

ἐπὶ μὲν Πελασγῶν] Vid. Matth. Gr. Gr. §. 565, 1 pag. 1113, qui idem §. 584 a. γ. p. 1162 consul. ad verba ἐπὶ δὲ Κέκροπος. — In seqq. dedi

λάδα καλεομένην, ἦσαν Πελασγοὶ, οὐνομαζόμενοι Κραναοί· ἐπὶ δὲ Κέκροπος βασιλέος, ἐπεκλήθησαν Κεκροπίδαι· ἐκδεξαμένου δὲ Ἐρεχθέος τὴν ἀρχὴν, Ἀθηναῖοι μετωνομάσθησαν· Ἴωνος δὲ τοῦ Ξούθου στρατάρχεω γενομένου Ἀθηναίοισι, ἐκλήθησαν ἀπὸ
45 *τούτου Ἴωνες. Μεγαρέες δὲ τωυτὸ πλήρωμα παρείχοντο τὸ καὶ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ· Ἀμπρακιῶται δὲ,*

Ἐρεχθέος pro vulg. *Ἐρεχθῆος*, de quo dixi ad VII, 189. Sed reliqua, quae h. l. tentat Koenius, mittamus. Herodotea attigit Eustath. ad Dionys. Perieg. 423; conf. Scymn. Ch. 558 seq. et Strab. IX p. 608 A. s. p. 397.

ἦσαν Πελασγοὶ, οὐνομαζόμενοι Κραναοί] Ipsa Athenarum urbs sive arx olim vocabatur *Κραναὰ πόλις* (conf. Aristoph. Ach. 75. Lysistr. 483 ibique Scholl.), nomine ducto vel ab antiquo ut ferebant rege *Cranao* (cf. Aristoph. Av. 122. Pausan. I, 2 §. 5. 31 §. 2. Apollodor. III, 14 sect. 1) vel a loci natura solique asperitate. De *Cecrope* atque *Erechtheo* vix opus plura afferre. Sufficiant, quae C. F. Hermannus attulit in Hellen. Staatsalterth. §. 91 not. 19. 18, qui idem de *Ione*, Xuthi filio, Atticarum rerum conditore, de quo etiam Herodotus conferatur VII, 94 plura citavit §. 95 not. 2 seqq. coll. §. 91, ubi merito attendi iubet ad diversas hasce unius eiusdem regionis appellationes; unde si quid aliud, hoc certe colligas, magnas olim in Attica accidisse mutationes domesticas, de quibus tamen in tanta testimoniorum inopia vix certi quid constituere licet. Ad *Athenienses Iones* referunt etiam *Iones* apud Homer. Iliad. XIII, 685, ubi tu cf. Bothii annotationem.

Cap. XLV.

Μεγαρέες κ. τ. λ.] De *Megarensibus* vid. VIII, 1 ibique nott., ubi etiam de voce *πλήρωμα*. Voculam *τὸ* post *παρείχοντο* auctoritate codicis Sancrofti omissam a Schaefero, quem Matth. et Bekker. sequuntur, equidem cum Gaisf. et Schweigh. revocavi.

Ἀμπρακιῶται δὲ — ἐπεβώθησαν] De forma *ἐπεβώθησαν* vid. nott. ad VIII, 1. *Ambraciotae* sunt incolae urbis Ambraciae, quae a quibusdam Thesprotiae accensetur, ad Arachthum sita fluvium in Ambracii sinus recessu intimo, ubi a Corinthiis Cypseli fere aetate exstructa est eo loco, quo nunc dicitur esse *Arta*. Plura Kruse Hellas II, 2 p. 283 seqq. 322 seqq. Eodem quoque tempore, *Leucas* condita fertur a Corinthiis, patriâ scil. pulsis dominante Cypselo; quod enim

ἑπτὰ νέας ἔχοντες ἐπεβώθησαν· Λευκάδιοι δὲ, τρεῖς·
46 ἔθνος ἐόντες οὗτοι Δωρικὸν ἀπὸ Κορίνθου. Νη-
σιωτέων δὲ, Αἰγινῆται τριήκοντα παρείχοντο. ἦσαν
μέν σφι καὶ ἄλλαι πεπληρωμέναι νέες, ἀλλὰ τῇσι
μὲν τὴν ἑωυτῶν ἐφύλασσον, τριήκοντα δὲ τῇσι ἄρι-
στα πλωούσῃσι ἐν Σαλαμῖνι ἐναυμάχησαν. Αἰγινῆ-
2 ται δέ εἰσι Δωριέες, ἀπὸ Ἐπιδαύρου· τῇ δὲ νήσῳ
πρότερον οὔνομα ἦν Οἰνώνη. μετὰ δὲ Αἰγινήτας,
Χαλκιδέες τὰς ἐπ' Ἀρτεμισίῳ εἴκοσι παρεχόμενοι, καὶ
Ἐρετριέες τὰς ἑπτά· οὗτοι δὲ Ἴωνές εἰσι. μετὰ δὲ,
Κεῖοι τὰς αὐτὰς παρεχόμενοι· ἔθνος ἐὸν Ἰωνικὸν

---

hoc ad Periandri tempora quidam referunt, id cum Kruse l. l. p. 285. 356 de colonia renovata intelligere malim. Sed multum postea floruit urbs mercaturâ insigni, quam locus ipse egregie adiuvabat. Sita enim urbs in peninsula, quae canali post disiuncta a continenti, insulae assumsit speciem. Nunc *Santam Mauram* vocant. Plura Kruse l. l. p. 357 seq. Gail. ad Scylac. I p. 381 seq. Boeckh. Corp. Inscriptt. I. 1 p. 58 coll. Sintenis ad Plut. Themistocl. 24 p. 153.

Cap. XLVI.

Αἰγινῆται δέ εἰσι Δωριέες ἀπὸ Ἐπιδαύρου] Attigit haec Eustath. ad Dionys. Perieg. 511. Aeginetarum res navales ipse attigi ad VIII, 1. Qui quo sensu hîc vocentur Dorienses, disquisivit C. O. Müller. Aeginett. pag. 42, reliquorum scriptorum de Aeginetarum origine allatis testimoniis, in quibus tu vid. potissimum Pausan. II, 29 §. 5. Atque Müllero auctore l. l. pag. 43 eodem populorum impetu, quo Dorienses Lacedaemonii Lyttum, Theram, Melum condiderunt, Dorienses Argivi, qui iidem tunc temporis Epidaurum quoque tenebant, in Cretam, Rhodum, Con, Cnidum, Halicarnassum atque etiam Aeginam colonos deduxerunt, duce Triacone. Hinc igitur explicandum, quod Aeginetarum maiores, Dorienses, Epidauro s. Argo oriundi ipsique Aeginetae plerumque Dorienses habeantur, qui Dorica habuerint instituta. Prius insulae nomen *Οἰνώνη* ad Pelasgorum aetatem, qui olim plerasque Graeciae regiones tenuere, videtur referendum, ductum forsitan ab *Οἰνόης* nomine, quod in Attica invenitur; ex qua ipsa hi Pelasgi, qui primi insulae fuere incolae, in eam fuerint ingressi. Conf. Müller. l. l. p. 8 seq. — Ad articuli usum in verbis *τὰς ἐπ' Ἀρτεμισίῳ* cf. Matth. Gr. Gr. §. 267 p. 550.

Κεῖοι — Ἀθηνέων] Pro

3 ἀπὸ Ἀθηνέων. Νάξιοι δὲ παρείχοντο τέσσερας· ἀπο-
πεμφθέντες μὲν ἐς τοὺς Μήδους ὑπὸ τῶν πολιη-
τέων, κατάπερ ὦλλοι νησιῶται· ἀλογήσαντες δὲ τῶν 95
ἐντολέων, ἀπίκατο ἐς τοὺς Ἕλληνας, Δημοκρίτου
σπεύσαντος, ἀνδρὸς τῶν ἀστῶν δοκίμου, καὶ τότε
4 τριηραρχέοντος. Νάξιοι δέ εἰσι Ἴωνες, ἀπ' Ἀθηνέων 640

---

olim vulg. Ἀθηναίων Wesseling. et h. l. et cap. 48 recte dedit Ἀθηνέων, comparans VIII, 45, ubi ἀπὸ Κορίνθου et VIII, 46, ubi ἀπ' Ἐπιδαύρου. Ad vocem Κεῖοι conf. nott. ad VIII, 1. Ionicam gentis originem, quam praeter Herodotum etiam testatur Schol. ad Dionys. Perieg. 526, eo referunt, quod omnino Cycladarum insularum incolae ab Ionicis Atticis repetuntur, teste Eurip. Ion. 1581 seq. Thucydid. VII, 57. Accuratius in haec inquisivit Broendsted. Reis. in Griech. I pag. 55 coll. p. 72. Qui ea, quae de Ionica Cycladarum origine institutisque Ionicis tradita exstant, non ad illam Ionum migrationem, quae undecimo ante Chr. n. accidit seculo, sed ad aliam quandam migrationem, quae serius Athenis facta sit, referri vult; unde explicandum, quod in illis insulis, qua nos novimus aetate, eâ Ionum obtinuerint instituta, quae ab Atticis vulgo repeti solent, etsi quo tempore locum habuerit haec migratio, in maxima testimoniorum inopia definire haud licet. Hinc quoque explicanda sacrorum illa cognatio quaedam, ab Attica et quidem valde prisco ab aevo repetenda, de qua monuit Creuzerus in Anall. Viennenss. LVII p. 18.

Νάξιοι δὲ] De *Naxiis* vid. Herod. V, 31. VI, 96. Quae sequuntur, insectatur Pseudo-Plut. II p. 869 A. C. malitiose agere contendens Herodotum, talia de Naxiorum defectione referentem, quum Naxii, teste Heraclito, sex navibus, aut, Ephoro teste, quinque navibus sponte Graecis auxilio venerint. Conf. Ephori fragmm. p. 222. Marx. Dahlmann. Herod. pag. 132. — In seqq. νησιῶται dicuntur *Cycladarum insularum incolae;* ut monui ad V, 30.

Δημοκρίτου σπεύσαντος] i. e. *instante, urgente Democrito, ad defectionem adhortante.* Conf. I, 74. 206. Exstat in hunc Democritum epigramma Simonidis apud Plutarch. II p. 869 C coll. Brunck. Analectt. I p. 133 [nr. 32. T. I. p. 65 Antholog. ed. Iacobs.] Ad verbum τριηραρχεῖν (*triremis s. navis praefectum esse*) vid. VII, 181 coll. VIII, 93.

Νάξιοι δέ εἰσι Ἴωνες ἀπ' Ἀθηνέων γεγονότες] Referri huc volumus, quae modo de Ceis e Broendsted. disputatione attulimus. Cepit Naxum Pisistratus, teste Herodoto I, 64,

γεγονότες. Στυρέες δὲ τὰς αὐτὰς παρείχοντο νῆας τὰς καὶ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ· Κύθνιοι δὲ, μίαν καὶ πεντηκόντερον· ἐόντες συναμφότεροι οὗτοι Δρύοπες· καὶ Σερίφιοί τε καὶ Σίφνιοι καὶ Μήλιοι ἐστρατεύοντο· οὗτοι γὰρ οὐκ ἔδοσαν μοῦνοι νησιωτέων τῷ
47 *βαρβάρῳ γῆν τε καὶ ὕδωρ. Οὗτοι μὲν ἅπαντες*

---

inque eam haud scio an Atticos incolas Atticaque instituta transtulerit; nisi iam ante Pisistratum ut reliquas Cyclades, ita Naxum quoque Iones tenuisse putandi sint. Sed certiora documenta desunt.

Στυρέες] Vid. nott. ad VIII, 1. In proxime seqq. Wesseling. recte dedit *Κύθνιοι* e Plut. II. p. 863. E., cum vulgo ferrent *Κύνθιοι* vel *Κίνθιοι*. Conf. Gesner., Triller. et Abr. Gronov. ad Aelian. H. A. XVI, 32 et Demosthen. *περὶ συντάξ.* p. 102, 52 [p. 176, 10 R.] unde intelligitur, haud magni fuisse momenti Cythnios aeque ac Siphnios. Alia ipse attuli ad VII, 90. — De *Dryopibus* conf. Herodot. I, 146 ibiq. nott. Pausan. IV, 34 §. 6.

καὶ Σερίφιοι] *Seriphus*, quae inter Cyclades exigua insula eademque saxosa ac sterilis ad occasum Siphni sita, mala olim fruebatur existimatione (vid. Wyttenbach. ad Plutarch. Mor. I. 2. pag. 1086); ita ut vel ab Romanis imperatoribus exsules eo mitterentur teste Tacito Ann. IV, 31. Nunc vocant *Serphno*. Vid. Mannert. VIII pag. 739. De *Siphno* monui ad III, 57; ubi quae de metallis dixi, ea mihi nuper confirmavit vir Siphnius, Provolegios, hoc addens, metalla exercere antea non licuisse per Turcas; quibus nunc pulsis, speramus aliquando illa instauratum iri. *Melus* insula ambitu maior simulque feracior, quam nunc vocant *Milo*, Dorica olim habitata fuit a gente, quae inde etiam semper Spartanorum partes amplectebatur, donec bello Peloponnesiaco maxima incolarum parte trucidata ab Atheniensibus coloni in insulam deducti sunt, qui tamen ipsi paulo post insulâ denuo cedere coacti sunt. Neque pristinum florem recuperasse videtur insula, quae nunc aëre pestilenti maxime insalubris esse fertur. Conf. Mannert. VIII. p. 736 seq. Poppo ad Thucyd. I, 2. p. 277. — In seqq. ad locutionem *γῆν τε καὶ ὕδωρ* conf. citt. ad V, 17.

Cap. XLVII.

Οὗτοι μὲν ἅπαντες ἐντὸς οἰκημένοι Θεσπρωτῶν καὶ Ἀχέροντος ποταμοῦ] De *Thesprotis* conf. V, 92. §. 7 et de *Acheronte* fluvio VII, 126. Tenendum vero est, Graeciae fines vulgo ad Ambraciam poni, a quâ inde Graeciam ipsam s. propriam exordiri scribunt Scy-

ἐντὸς οἰκημένοι Θεσπρωτῶν καὶ Ἀχέροντος ποταμοῦ, ἐστρατεύοντο· Θεσπρωτοὶ γάρ εἰσι ὁμουρέοντες Ἀμπρακιώτῃσι καὶ Λευκαδίοισι, οἳ ἐξ ἐσχα-
2 τέων χωρέων ἐστρατεύοντο. Τῶν δὲ ἐκτὸς τούτων οἰκημένων, Κροτωνιῆται μοῦνοι ἦσαν οἳ ἐβώθησαν τῇ Ἑλλάδι κινδυνευούσῃ, νηΐ μιῇ, τῆς ἦρχε ἀνὴρ τρὶς πυθιονίκης, Φάϋλλος. Κροτωνιῆται δὲ

---

lax §. 33. p. 12 Huds. p. 255 Gail. (quem vid. in annotat. pag. 377. 577.) atque Dicaearchus. Nam latiori sensu Graeciam vel extra hos terminos esse putabant, quibuscunque locis Graecorum essent coloniae. Hinc paulo inferius Crotoniatae referuntur ad Graecos *ἐκτὸς τούτων οἰκημένους*, habitantes scil. extra Graeciae continuae fines, quos ad Thesprotorum terram poni modo diximus. Sed eorum, qui intra hos fines habitant (*τῶν ἐντὸς οἰκημένων*), extremi sive ultimi sunt Ambraciotae atque Leucadii, qui ipsi, quum Thesprotis vicini sint, ex ultimis Graeciae regionibus advenisse iure dicuntur. — Ad formam *ἐβώθησαν* vid. nott. ad VIII, 1.

τῆς ἦρχε ἀνὴρ τρὶς πυθιονίκης, Φάϋλλος] Quum unam navem ab opulentissima Crotoniatarum civitate Graecis auxilio missam esse parum sit credibile, veri fit simillimum, hanc navem non publice missam esse, sed privato sumptu instructam a *Phayllo*, qui Graeciae, in qua tot victoriis tantam gloriam adeptus erat, opitulaturus sponte advenerit navi suis impensis paratâ. Quin disertis verbis enuntiat Pausan. X, 9 §. 1. Phayllum cum Persis pugnasse *ναῦν παρασκευασάμενον οἰκείαν* sive *ναῦν ἰδιόστολον*, ut scribit Plutarch. Alex. 34: quae iam attuli ad VIII, 17. De *Phaylli* victoriis consentit Pausanias l. l. Atque exstat in eum epigramma in Antholog. Palat. T. II. p. 851. 3 p. 949. Apud Aristophanem Acharn. 210 (Both.) Vesp. 1206 qui memoratur *Phayllus* cursor celeberrimus idemque, ut Scholiasta tradit, *Ὀλυμπιονίκης*, ab hoc Crotoniatâ, qui e Pausaniae testimonio nunquam Olympiis vicit, sane diversus videtur, ut dudum recte statuit Valckenaer., qui de Crotoniata Phayllo praeterea conferri vult Suidam s. v. T. III. pag. 586. Zenob. IV, 23. Eustath. ad Odyss. VIII p. 302.

Κροτωνιῆται δὲ γένος εἰσὶ Ἀχαιοί] Constantem hanc antiquitatis fuisse famam observat C. Hermann. Hellen. Staatsalterth. §. 80 not. 15, ubi plura hanc in rem affert testimonia. Tu vid. potissimum Strabon. VI p. 262 s. 402 B. seq. Nam cogitandum hic de Achaeis, prioribus Laconiae

48 γένος εἰσὶ Ἀχαιοί. Οἱ μέν νυν ἄλλοι τριήρεας πα-
Numerus modusque navium. ρεχόμενοι ἐστρατεύοντο· Μήλιοι δὲ, καὶ Σίφνιοι,
2 καὶ Σερίφιοι, πεντηκοντέρους. Μήλιοι μὲν, γένος
ἐόντες ἀπὸ Λακεδαίμονος, δύο παρείχοντο· Σίφνιοι
3 δὲ καὶ Σερίφιοι, Ἴωνες ἐόντες ἀπ' Ἀθηνέων, μίαν
ἑκάτεροι. Ἀριθμὸς δὲ ἐγένετο ὁ πᾶς τῶν νεῶν, πάρεξ τῶν
πεντηκοντέρων, τριηκόσιαι καὶ ἑβδομήκοντα καὶ ὀκτώ.

---

incolis, qui Doribus Heraclidisque ingressis solo cedere coacti in Italiam discesserunt ibique Crotonem condiderunt.

Cap. XLVIII.

Μήλιοι μὲν γένος ἐόντες ἀπὸ Λακεδαίμονος κ. τ. λ.] Pertinent huc, quae ad VIII, 46. disputavimus. Verba seqq. *Σίφνιοι δὲ καὶ Σερίφιοι κ. τ. λ.* citat Eustath. ad Dionys. Perieg. 525, ubi vid. plura.

Ἀριθμὸς δὲ ἐγένετο — τριηκόσιαι καὶ ἑβδομήκοντα καὶ ὀκτώ] Conf. Matth. Gr. Gr. §. 140 pag. 264. Quod vero et h. l. et VIII, 82 Noster navium numerum indicat *trecentarum septuaginta octo*, existunt potius *trecentae sexaginta sex* si, quot naves a singulis civitatibus supra cap. 43 seqq. enumeratis suppeditatae fuerint, accurate subduxeris. *Trecentae quinquaginta octo* erunt, si cum Valla Sancrofti librum aliumque sequamur. Neque tamen hoc loco quidquam mutandum, auctore Valckenaerio, qui, quo numeri conveniant, cap. 46, ubi *triginta* (*τριήκοντα*) naves praebuisse dicuntur Aeginetae, *duo et quadraginta* (*δύο καὶ τεσσαράκοντα*) substitui vult; quod idem placuit Larchero, quum Aeginetae post Athenienses plurimas certe naves dederint, teste Pausaniâ II, 29 §. 5. indeque plures naves Corinthiis, qui et ipsi *quadraginta* erogasse perhibentur, praebuerint necesse sit. Assensus est hisce nuper Negris in edit. sua. Sed illo in loco Herodoti vel repetitum *τριήκοντα* mutari quid vetat, ut bene monuit C. O. Müller. Aeginett. pag. 120. Et praetervidit Valckenaerius, quod ipse enuntiat Herodotus cap. 46, Aeginetas praeter triginta triremes, quae pugnae Salaminiae interfuerint, alias quoque habuisse, quibus Aeginae insulae, in quam multi Athenienses suas familias fortunasque securitatis causa transtulerant, oram a Persarum incursionibus tutarentur. Has igitur naves ad insulam tutandam relictas si duodecim fuisse ponamus, quae Schweighaeuseri est sententia, easque etiam ad hunc referamus censum, Herodoti constabit fides numerique convenient; quamquam in universum dolemus cum

49 Ὡς δὲ ἐς τὴν Σαλαμῖνα συνῆλθον οἱ στρατηγοὶ ἀπὸ τῶν εἰρημένων πολίων, ἐβουλεύοντο, προθέντος Εὐρυβιάδεω γνώμην ἀποφαίνεσθαι τὸν βουλόμενον, ὅκου δοκέοι ἐπιτηδεώτατον εἶναι ναυμαχίην ποιέεσθαι τῶν αὐτοὶ χωρέων ἐγκρατέες εἰσί. ἡ γὰρ Ἀττικὴ ἀφεῖτο ἤδη, τῶν δὲ λοιπέων πέρι προετίθεε. Αἱ γνῶμαι δὲ τῶν λεγόντων αἱ πλεῖσται συνεξέπιπτον, πρὸς τὸν Ἰσθμὸν πλώσαντας ναυμαχέειν πρὸ τῆς Πελοποννήσου· ἐπιλέγοντες τὸν λόγον τόνδε „ὡς ἢν νικηθέωσι τῇ ναυμαχίῃ, ἐν Σα- 641

Ibi Graecorum ducibus de loco pugnae optando deliberantibus, cum plerique, relicta ad Salaminem statione, Isthmum tutandum censerent,

---

Dahlmann. Herod. pag. 99. 219. in calculis Herodoteis ac supputationibus plerumque menda reperiri ac vitia vix nobis tollenda; qualia equidem librariorum socordiae quam senis ipsius negligentiae adscribere malim. Nec aliter iudicare video C. O. Müller. l. l. p. 121 seq., mendum latere qui putat VIII, 43, ubi in verbis Σικυώνιοι δὲ πεντεκαίδεκα παρείχοντο νῆας, ultimam vocem in πλεῦνας commutandam esse suspicatur. Differt autem a numero hoc Herodoteo, qualemcunque constitueris, Ctesias Perss. Excerptt. §. 26, *septingentas* Graecorum naves Salaminiae pugnae interfuisse scribens; nisi ibi quoque in numeris peccarunt librarii.

Cap. XLIX.

γνώμην ἀποφαίνεσθαι τὸν βουλόμενον] i. e. *ut, quicunque vellet, sententiam suam declararet, enunciaret.* Locutio γνώμην ἀποφαίνεσθαι, quae vix differt a simili locutione γνώμην ἀποδείκνυσθαι, invenitur I, 207. II, 120. III, 71. VII, 152. Vid. Sluiter. Lectt. Andocidd. pag. 180. (p. 119 Lips.) Heindorf. ad Plat. Gorg. p. 67. — In seqq. ad formam προετίθεε conf. I, 206 fin. ibique citt.

συνεξέπιπτον] Idem verbum eâdem significatione I, 206 coll. VIII, 123 de sententiis in unum convenientibus. Locutio, ni fallor, ducta de sortibus simul unâ pluribus urnâ excidentibus inque una eademque re congruentibus. Cf. V, 22 ibique nott. — Ad ipsam narrationem conf. Plutarch. Themist. cap. 11, ubi nonnulla paulo aliter tradita exstant. — Ad verba πρὸ τῆς Πελοποννήσου vid. Matth. Gr. Gr. §. 575 pag. 1136.

ἢν νικηθέωσι] Haec lectio ex Aldina et aliquot scriptis fluxit libris. Vulgo εἰ νικηθέωσι, quod Florentinus, Mediceus alii tuentur. Cf. Werfer. in Actt. phill. Monacc. I pag. 235 et Matth. Gr. Gr. §. 525, 7. b. pag. 1020. Har-

„λαμῖνι μὲν ἐόντες, πολιορκήσονται ἐν νήσῳ, ἵνα „σφι τιμωρίη οὐδεμία ἐπιφανήσεται· πρὸς δὲ τῷ „Ἰσθμῷ, ἐς τοὺς ἑωυτῶν ἐξοίσονται.“

50 Ταῦτα τῶν ἀπὸ Πελοποννήσου στρατηγῶν ἐπιλεγομένων, ἐλήλυθε ἀνὴρ Ἀθηναῖος, ἀγγέλλων ἥκειν τὸν βάρβαρον ἐς τὴν Ἀττικὴν, καὶ πᾶσαν αὐτὴν
2 πυρπολέεσθαι. Ὁ γὰρ διὰ Βοιωτῶν τραπόμενος στρατὸς ἅμα Ξέρξῃ, ἐμπρήσας Θεσπιέων τὴν πόλιν, αὐτῶν ἐκλελοιπότων ἐς Πελοπόννησον, καὶ τὴν Πλαταιέων ὡσαύτως, ἧκέ τε ἐς τὰς Ἀθήνας, καὶ πάντα
3 ἐκεῖνα ἐδήϊου. ἐνέπρησε δὲ Θέσπειάν τε καὶ Πλά-

venit nuntius, Atticam totam ferro igneque a barbaris devastari. Xerxis cum parte altera exercitus iter per Boeotiam [c. 31.]: in quo Thespiae ac Plataeae incendio deletae.

---

tung. Lehre d. Griech. Part. II pag. 301. — Ad futura medii, quae passivo sensu adhibentur, *πολιορκήσονται* (de quo etiam vid. VIII, 28. 70) et *ἐξοίσονται* (quod etiam invenitur VIII, 76 coll. 96) vid. nott. ad V, 35. — Ad vocem *τιμωρίη* vid. allata ad VII, 169.

Cap. L.

ἐπιλεγομένων] De verbi *ἐπιλέγεσθαι* significatione diximus ad V, 80. VII, 47. Quod sequitur *ἐλήλυθε*, in *ἐληλύθεε* mutandum censuit Werfer. Actt. phill. Monacc. I p. 240, probante Matth. Gr. Gr. §. 505. IV pag. 959; qui unâ cum Bekkero hoc in textum recepit.

Ὁ γὰρ διὰ Βοιωτῶν τραπόμενος στρατὸς κ. τ. λ.] Conf. supra VIII, 34.

ἐκλελοιπότων ἐς Πελοπόννησον] Conf. Matth. Gr. Gr. §. 578, 1 p. 1143 et, notante Cr., Taylor. ad Lysiae Epitaph. pag. 72 Reisk. Wesseling. excitaverat Diodor. XI, 14 coll. Herodot. VI, 100. Sic apud Aeschyl. Pers. 133 Bl. (107 Both.) *ἐκλέλοιπεν* valet *abiit*, *discessit*. Ad proximum *ἧκε* conf. Matth. Gr. Gr. §. 504, 2 pag. 596.

ἐνέπρησε δὲ Θέσπειάν τε καὶ Πλάταιαν] „More Homerico Il. II, 498 et 504; de praelio tamen ad Plataeas *ἐν τῇ Πλαταιῇσι μάχῃ* conf. VII, 231 et IX, 89. Adi Steph. Byz. [s. v. pag. 641] et L. Holstenium.“ *Wessel.* Apud Graecos pariter in usu *Πλάταια* et *Πλαταιαί*. Vid. Siebelis ad Pausan. IV, 36 §. 5. coll. IX, 1 §. 2. Gail. ad Geogr. min. IV. pag. 280. Cum ipsa Herodoti narratione convenit ex parte Ctesias Persicc. Excerptt. §. 25, ubi narrat, Xerxem copias contra Plataeenses misisse duce Mardonio, a Thebanis quippe stimulatum, his vero addit obviam venisse Pausaniam, qui eos ita vicerit, ut

51 ταιαν, πυθόμενος Θηβαίων ὅτι οὐκ ἐμήδιζον. Ἀπὸ δὲ τῆς διαβάσιος τοῦ Ἑλλησπόντου, ἔνθεν πορεύεσθαι ἤρξαντο οἱ βάρβαροι, ἕνα αὐτοῦ διατρίψαντες μῆνα, ἐν τῷ διέβαινον ἐς τὴν Εὐρώπην, ἐν τρισὶ ἑτέροισι μήνεσι ἐγένοντο ἐν τῇ Ἀττικῇ, Καλλιάδεω 2 ἄρχοντος Ἀθηναίοισι. καὶ αἱρέουσι ἔρημον τὸ ἄστυ, καί τινας ὀλίγους εὑρίσκουσι τῶν Ἀθηναίων ἐν τῷ ἱρῷ ἐόντας, ταμίας τε τοῦ ἱροῦ, καὶ πένητας ἀνθρώπους· οἳ φραξάμενοι τὴν ἀκρόπολιν θύρῃσί

Astu vacuum Persae ingressi,

---

ipse Mardonius vulneratus fugâ salutem petierit.

Cap. LI.

Ἀπὸ δὲ τῆς διαβάσιος τοῦ Ἑλλησπόντου] i. e. *ab eo inde tempore, quo Hellespontum traiecerunt.* Haud aliter ἀπὸ in tempore indicando, ubi Latini *a* s. *post* ponunt, VIII, 54. 55. Plura Fischer. ad Weller. III. a pag. 108 seq. A quo tempore (haec est Herodoti sententia) Persce Hellespontum traiecerunt, itineris (in Europam) initium facientes, unum ibi (in Hellesponto) mensem, in ipso transitu (et in exercitu ordinando et lustrando) consumptum, commorati, inde trium mensium spatio devenerunt in Atticam, anno 480 a. Chr. n. s. Olymp. 75, 1, quo Callias archon eponymus fuit Athenis. αὐτοῦ i. e. ἐν τῷ Ἑλλησπόντῳ. Ad formam μήνεσι, cuius loco olim μησί, vid. Matth. Gr. Gr. §. 75 pag. 166 coll. Iacobs. ad Aelian. N. A. IX, 4. Et vid. ipsum Herodotum IV, 43. Ad genitivos Καλλιάδεω ἄρχοντος vid. Matth. Gr. Gr. §. 565, 1 pag. 1113.

καὶ αἱρέουσι] Subitum transitum temporum ab aoristo (ἐγένοντο) ad praesens notavimus ad V, 55.

ταμίας τε τοῦ ἱροῦ] Prima hic mentio quaestoris sacri in templo Minervae, ubi primarium Atticae civitatis fuit aerarium, in quo omnia donaria, vectigalia, mulctas, alia id genus deponebant, condita in Parthenonis cella quadam. Postea crebrior mentio in inscriptionibus aliisve monumentis. Unde decem fuisse numero quaestores e civibus ditioribus electos, intelligimus. Plura Boeckh. Oeconom. Athen. I pag. 172. coll. Petit Legg. Att. p. 338. Apud Cornelium Nepot. Themistocl. 4 init. Xerxes dicitur arcem, interfectis *sacerdotibus*, quos in arce invenerat, incendio delevisse.

θύρῃσι] *tabulis, asseribus*, ut II, 96. Monuit Schweighaeuser. Quod sequitur ἠμύνοντο, et h. l. et cap. 52, accipio: *arcere, propellere stude-*

τε καὶ ξύλοισι, ἠμύνοντο τοὺς ἐπιόντας· ἅμα μὲν ὑπ' ἀσθενίης βίου οὐκ ἐκχωρήσαντες ἐς Σαλαμῖνα, πρὸς δὲ καὶ αὐτοὶ δοκέοντες ἐξευρηκέναι τὸ μαντήϊον τὸ ἡ Πυθίη σφι ἔχρησε „τὸ ξύλινον τεῖχος „ἀνάλωτον ἔσεσθαι·" αὐτὸ δὴ τοῦτο εἶναι τὸ κρη-
52 σφύγετον κατὰ τὸ μαντήϊον, καὶ οὐ τὰς νῆας. Οἱ
arcem, Atheniensibus qui reman- δὲ Πέρσαι, ἰζόμενοι ἐπὶ τὸν καταντίον τῆς ἀκροπό-

---

bant; quo imperfecti vis ac potestas eluceat.

ὑπ' ἀσθενίης βίου] Florentinus cum aliis ἀσθενείης, quae vulgaris sane videtur fuisse forma. De his formis diximus ad I, 54. Locutionem ipsam, quam Negris neograecorum idiomate exponit ἀπὸ πτωχείαν, si quidem ἀσθενὴς saepius idem valeat atque πτωχὸς (ut VIII, 137. II, 47. Eurip. Suppl. 433. Electr. 267.) attigi ad II, 47. Valckenaerius ad h. l. praeterea confert II, 88, ubi χρήμασι ἀσθενεστέρους Noster dicit *pauperculos*, itemque Thucyd. I, 5, alia. Ad argumentum loci conf. VIII, 40. 41, ubi in Salaminem se suasque res illos contulisse, aggredientibus Persis, enarrat Herodotus.

πρὸς δὲ καὶ] καὶ cum Schweigh. et Gaisf. addidi e duobus codd. Reliqui omittunt. Spectant autem haec ad antecedens ἅμα μὲν, maiori quadam vi addita. Vid. G. Hermann. ad Viger. pag. 782. Apud Thucydid. VII, 56 post ἅμα μὲν infertur τὸ δὲ πλέον.

τὸ ἡ Πυθίη σφι ἔχρησε] Vid. VII, 142. Pro τὸ Valcken. sine causa reponi vult τῷ. Voculam καὶ, quae vulgo ante voces αὐτὸ δὴ τοῦτο inserta legebatur, quamque etiam Schaefer., Matth. et Bekker. retinent, equidem cum Schweigh. et Gaisf. e meliorum codd. consensu delevi. — Ad vocem κρησφύγετον conf. V, 124 ibique nott.

Cap. LII.

Οἱ δὲ Πέρσαι ἰζόμενοι ἐπὶ τὸν καταντίον τῆς ἀκροπόλιος ὄχθον, τὸν Ἀθηναῖοι καλέουσι Ἀρήϊον πάγον] De structura verbi ἵζεσθαι conf. IV, 145. V, 12. VI, 108. Satis vero notus in Atticorum rebus collis ille, in quo Areopagitarum concilium consedit, *Martis* collis Ἄρειος (Ionice Ἀρήϊος) πάγος nominatus vel ob Amazones, Martis filias, quae impetum fecerant in collem, vel ob Martem, qui Halirrothio caeso in deorum iudicium hoc in colle vocatus esse fertur. Multa dabunt Bergman. et Benseler. ad Isocrat. Areopag. pag. 2 — 9 ed. Bensel. Ipse collis arci proximus ab occasu, ut vel sagittas in Atheniensium munimenta mitterent Persae, altitudine non aequat arcem,

λιος ὄχθον, τὸν Ἀθηναῖοι καλέουσι Ἀρήϊον πάγον, serant fortissime resistentibus,
ἐπολιόρκεον τρόπον τοιόνδε· ὅκως στυπεῖον περὶ oppugnant,
2 τοὺς ὀϊστοὺς περιθέντες ἅψειαν, ἐτόξευον ἐς τὸ
φράγμα. ἐνθαῦτα Ἀθηναίων οἱ πολιορκεόμενοι ὅμως
ἠμύνοντο, καίπερ ἐς τὸ ἔσχατον κακοῦ ἀπιγμένοι,
καὶ τοῦ φράγματος προδεδωκότος· οὐδὲ λόγους τῶν
Πεισιστρατιδέων προσφερόντων περὶ ὁμολογίης ἐνε-
3 δέκοντο. ἀμυνόμενοι δὲ, ἄλλα τε ἀντεμηχανέοντο,
καὶ δὴ καὶ προσιόντων τῶν βαρβάρων πρὸς τὰς 642
πύλας, ὁλοιτρόχους ἀπίεσαν· ὥστε Ξέρξεα ἐπὶ χρό-
νον συχνὸν ἀπορίῃσι ἐνέχεσθαι, οὐ δυνάμενόν σφεας
53 ἑλεῖν. Χρόνῳ δ' ἐκ τῶν ἀπόρων ἐφάνη δή τις ἔσο- tandemque capiunt. Defenso-

---

molesque est saxosa ac lapidea, cacumine admodum inaequali. Nullae antiquitatis reliquiae adhuc ibi inventae sunt locusque iacet desertus. Ab orientali collis latere ad radicem Dionysii Areopagitae exstructa fuit ecclesia, nunc etiam diruta. Vid. Pausan. I, 28 §. 5 ibique Siebelis pag. 102. Lucian. Bis Accus. §. 9. 10. Kruse Hell. II, 1 pag. 138. Stuart. et Revett. Alterth. I pag. 241 seq. 255 seqq.

ὅκως — ἅψειαν] Sensum loci hunc fere esse puto: quoties s. quotquot Persae sagittas emittebant, ea stupâ circumvolutas et accensas in septum istud coniiciebant." In seqq. ad verbum προδεδωκότος vid. nott. ad VII, 187.

οὐδὲ λόγους — ἐνεδέκοντο] Accusativus λόγους aeque pertinebit ad προσφερόντων atque ad ἐνεδέκοντο. *Neque conditiones a Pisistratidis oblatas receperunt.* Pisistratidas Herodotus intellexit non unum Hippiam, sed quotquot opinor Athenienses cum eo exsules facti, quia Pisistrati et filiorum partes amplexi erant (Ἀθηναίων οἱ φυγάδες VIII, 54) Xerxis exercitum sequebantur.

ὁλοιτρόχους] Vid. nott. ad V, 92 §. 2. Attigit Suidas II p. 680.

Ad locutionem ἀπορίῃσι ἐνέχεσθαι conf. nott. ad IV, 131. VI, 56. Neque alio pertinet VIII, 135. (coll. VII, 128) ἐν θώυματι ἔχεσθαι IX, 37: ἐν τούτῳ τῷ κακῷ ἐχόμενος. IX, 98: ἐν ἀπορίῃσι εἴχοντο. Alia quaedam dabit Stallbaum ad Platon. Criton. pag. 104.

Cap. LIII.

Χρόνῳ] Vid. allata ad III, 13. Quae sequuntur ἐκ τῶν ἀπόρων (*ex his difficultatibus*) excitavit Iacobs. ad Aelian. N. A. III, 23. Ad verbum ἔδεε (*fatis destinatum erat*) vid. V, 33 ibique nott. coll. IV, 79 et ad locutionem γενέσθαι ὑπὸ Πέρσῃσι citt. ad VII, 11.

res occisi; arx direpta incensaque.

δος τοῖσι βαρβάροισι· ἔδεε γὰρ κατὰ τὸ θεοπρόπιον
2 πᾶσαν τὴν Ἀττικὴν τὴν ἐν τῇ ἠπείρῳ γενέσθαι ὑπὸ
Πέρσῃσι. ἔμπροσθε ὦν πρὸ τῆς ἀκροπόλιος, ὄπισθε
δὲ τῶν πυλέων καὶ τῆς ἀνόδου, τῇ δὴ οὔτε τις ἐφύ-
λασσε, οὔτ' ἂν ἤλπισε μή κοτέ τις κατὰ ταῦτα ἀνα-
βαίη ἀνθρώπων, ταύτῃ ἀνέβησάν τινες κατὰ τὸ ἱρὸν
τῆς Κέκροπος θυγατρὸς Ἀγλαύρου, καίτοιπερ ἀποκρή-
3 μνου ἐόντος τοῦ χώρου. Ὡς δὲ εἶδον αὐτοὺς ἀνα-
βεβηκότας οἱ Ἀθηναῖοι ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν, οἱ μὲν
ἐῤῥίπτεον ἑωυτοὺς κατὰ τοῦ τείχεος κάτω, καὶ διε-
4 φθείροντο, οἱ δὲ ἐς τὸ μέγαρον κατέφευγον. τῶν δὲ

ἔμπροσθε ὦν πρὸ τῆς ἀκροπόλιος, ὄπισθε δὲ τῶν πυλέων καὶ τῆς ἀνόδου κ. τ. λ.] Primarius in arcem introitus, quâ postea propylaea exstrui iussit Pericles, ad occidentale arcis latus erat e regione Areopagi, unde Persae ad arcem accedebant. Quâ viâ quum adscendere non possent, aliâ escenderunt parte, orientali nimirum, ἔμπροσθε, πρὸ τῆς ἀκροπόλιος: *ante arcem sed in parte a porta et adscensu aversa*, (ut Siebelis interpretatur ad Pausan. I, 18, 2, qui idem Persas loco maxime praerupto escendisse scribit), ubi *Aglauri* fanum, orientali arcis lateri subiectum. Ipsi Aglauri fano subiectum erat prytaneum, in meridiem magis vergens et ad arcis radices euronotum spectantes positum; unde in inferiores urbis partes descensus. Conf. etiam Kruse Hell. II, 1 pag. 78 seqq. et de Aglauro Creuzer. Symbol. II pag. 729 seq. At Leake (Topography of Athen. p. 125) Aglauri fanum septentrionali arcis lateri subiectum scribit Cecropio et Pandroseo annexum, prope Panis antrum et eam, quae nunc Macrai vocatur, regionem, ubi sane maxime praeceps arcis rupes. Quâ eâdem parte nostra quoque memoria Graeci in arcem ingressi perhibentur. Vid. Stuart et Revett. Alterth. p. 249 — 254. Leakio assentitur Broendsted Reise etc. II p. 234 seq. de orientali arcis latere in Herodoti loco cogitari posse negans, in quo tantum anterior arcis pars (die grosse Vorderseite der Burg) indicetur eaque ad septentrionem conversa, ubi etiam Aglauri aedes prope Panis antrum. — In seqq. pro *καίτοιπερ* duo codd. *καίπερ*, unus liber *καί τοι γε*. E Stob. Serm. XLIV, [46] pag. 310 (p. 267, T. II. Gaisf.) Wesselingius excitat *καίτοι περ*.

οἱ δὲ ἐς τὸ μέγαρον κατέφευγον] De voce *μέγαρον* vid. nott. ad I, 65. Intelligitur autem, nisi fallor, idem locus, quem No-

Περσέων οἱ ἀναβεβηκότες, πρῶτον μὲν ἐτράποντο πρὸς τὰς πύλας· ταύτας δὲ ἀνοίξαντες, τοὺς ἱκέτας ἐφόνευον· ἐπεὶ δέ σφι πάντες κατέστρωντο, τὸ ἱρὸν συλήσαντες, ἐνέπρησαν πᾶσαν τὴν ἀκρόπολιν.

54 Σχὼν δὲ παντελέως τὰς Ἀθήνας Ξέρξης, ἀπέπεμψε ἐς Σοῦσα ἄγγελον ἱππέα, Ἀρταβάνῳ ἀγγελέοντα 2 τὴν παρεοῦσάν σφι εὐπρηξίην. Ἀπὸ δὲ τῆς πέμψιος τοῦ κήρυκος δευτέρῃ ἡμέρῃ συγκαλέσας Ἀθηναίων τοὺς φυγάδας, ἑωυτῷ δὲ ἑπομένους, ἐκέλευε τρόπῳ τῷ σφετέρῳ θῦσαι τὰ ἱρὰ, ἀναβάντας ἐς τὴν ἀκρόπολιν· εἴ τε δὴ ὦν ὄψιν τινὰ ἰδὼν ἐνυπνίου ἐνετέλλετο ταῦτα, εἴ τε καὶ ἐνθύμιόν οἱ ἐγένετο 3 ἐμπρήσαντι τὸ ἱρόν. οἱ δὲ φυγάδες τῶν Ἀθηναίων ἐποίησαν τὰ ἐντεταλμένα.

Exsulibus ibi die post, Xerxe iubente, sacrificantibus,

55 Τοῦ δὲ εἵνεκεν τούτων ἐπεμνήσθην, φράσω. ἔστι ἐν τῇ ἀκροπόλι ταύτῃ Ἐρεχθέος τοῦ γηγενέος λεγομένου εἶναι νηὸς,

quid portenti sacra Minervae olea obtulerit.

---

ster V, 72 dixit τὸ ἄδυτον τῆς θεοῦ. — In seqq. pro τοὺς ἱκέτας olim scriptum fuisse τοὺς ἱρέας (*sacerdotes*) e Cornel. Nepot. Themistocl. 4 suspiceris licet; nisi alio porsus e fonte Corneliana fluxerint.

ἐπεὶ δέ σφι πάντες κατέστρωντο] i. e. *ubi erant prostrati*. Idem verbum eodem sensu IX, 69. 76. Diodor. XV, 80. XIX, 108. Polluc. IX, 153, qui exponit ἀνῄρηντο. In ipsa narratione leviter tantum ab Herodoto discrepat Ctesias Perss. §. 25, ubi Xerxem narrat ipsam urbem cepisse vacuam eamque incendisse, excepta arce, in quâ nonnulli Athenienses derelicti pugnarint; quibus nocte profugis, arcem quoque esse combustam.

Cap. LIV.

ἀγγελέοντα] Ita e duobus codd. pro vulg. ἀγγελλέοντο recte dedit Valckenaer. conferens Euripid. Phoeniss. 777. 1082. De *Artabano* Susis relicto a Xerxe vid. VII, 52. 53. Ad voces ἀπὸ τῆς πέμψιος conf. nott. ad VII, 51.

ὄψιν τινὰ ἰδὼν ἐνυπνίου] Quod olim quis coniecit ἰδὼν ἐν ὕπνῳ, ut Noster loquitur III, 30. 65, id minime videtur necessarium. Vid. VII, 18. 47. Ad formulam ἐνθύμιόν οἱ ἐγένετο conf. nott. ad II, 175.

Cap. LV.

Ἐρεχθέος τοῦ γηγενέος λεγομένου εἶναι νηὸς] Ἐρεχθέος dedi pro Ἐρεχθῆος, ut VII, 189. Erechtheus, priscus Athe-

ἐν τῷ ἐλαίη τε καὶ θάλασσα ἔνι· τὰ λόγος παρὰ

---

narum rex, vocatur γηγενής i. e. *terrâ genitus* e Vulcani scil. semine in terram prolapso editus, ut fama ferebat. Ad agriculturae initia in solo Attico talia spectare, vix est quod moneam. Vid. Creuzer. ad Cicer. De nat. deorr. III, 19 pag. 576. III, 22 pag. 599. Symbol. II p. 652. IV q. 349. Bröndsted. l. l. II pag. 227. 231. Caeterum haec ipsa ab Herodoto scripta putat C. O. Müller. De Minerv. Poliad. pag. 18 sub tertium fere belli Peloponnesiaci bellum, quod idem posuerat Rose Inscriptt. Graecc. pag. 149.

ἐν τῷ ἐλαίη τε καὶ θάλασσα ἔνι] Neminem fugit, in Athenarum arce duo esse templa probe discernenda, alterum *Παρθενῶνα* quod vocabant, alterum Minervae Poliadis idque magis vetustum, cui inde nomen ὁ ἀρχαῖος νεὼς ὁ τῆς Πολιάδος sive ὁ Ἐρεχθέος νηός, τὸ οἴκημα Ἐρεχθεῖον ob cellam anteriorem, quae proprie Erechtheo dedicata erat et quae etiam *Erechthei* nomine vulgo significatur sensu strictiore. Vid. nott. ad V, 82. C. O. Müller. De Minerv. Poliad. pag. 22. Siebelis ad Pausan. I, 26 §. 6 pag. 92 coll. Boeckh. Inscriptt. I pag. 264. Rose Inscriptt. Graecc. pag. 148 seqq. In Herodoti loco patet non de cella ista, cui sigillatim Erechthei nomen, sed de tota agi aede, si quidem olea sacra et mare non ista in cella erat, sed, ut diserti enuntiant testes a Müllero l. l. pag. 22 citati (Philochor. ap. Dionys. Halic. p. 636. s. p. 2. 80. Siebel. Athen. XV p. 694 D), in Pandroseo, quae aedis pars ad occidentem maxime spectabat, et quidem in porticu Caryatidum, ut probabiliter statuit idem Müller. Add. Stuart et Revett. Alterthüm. I pag. 472. 581. *Olea*, quam Minerva in arce plantasse ferebatur prima, olim per Graeciam cum perquam rara (cf. ipsum Herodot. V, 82) fuisset, postea ab Atticis hominibus praecipue culta est, ut ad praecipuos regionis minus feracis adeoque sterilis reditus referretur deaeque ipsius tutelae committeretur. Plura idem Müller. l. l. pag. 30. 31. Stuart et Revett. l. l. I p. 497. Itaque nil mirum, in primaria maximeque vetusta deae Atticae aede oleam, a dea ipsa, ut ferebant, plantatam, semper servatam pieque cultam esse, si quidem in stirpis emortuae locum alia cito subdita fuerit. Hinc Plinius H. N. XVI, 44: „Athenis quoque olea durare traditur in certamine edita a Minerva.“ Prope hanc oleam (de qua vid. Ciceron. De Legg. I, 1 ibique Moser. p. 4 et Turnebum pag. 527 ed. Cr. Spanhem. ad Callimach. Pallad. Lavacr. 26.) non minori religione consecratus cernebatur *puteus s. fons aquae sal-*

Ἀθηναίων Ποσειδέωνά τε καὶ Ἀθηναίην, ἐρίσαντας 95 643
2 *περὶ τῆς χώρης, μαρτύρια θέσθαι. ταύτην ὦν τὴν*

---

sae, quem adeo *mare* vocabant, quemque sub flatum noti surdo murmure fluctuum ad instar moveri strepitusque edere dicebant, teste Pausan. I, 24 coll. Liban. Lament. Nicomed. p. 203. Quippe Neptunum ipsum cum tridente fontem e saxo aperuisse fama ferebat. Ac sane nil impedit, quo minus revera fontem salsum olim in arce fuisse existimemus, quem vulgi superstitio ad Neptunum retulerit, quemque adhuc se vidisse affirmabat piorum peregrinatorum unus, negantibus quotquot nostra ac patrum memoria arcem perlustrarunt. Conf. Müller. l. l. pag. 20. 31. Quod vero Athenienses oleam ac puteum tam anxie curarint tamque pie coluerint, rationem addit historiae pater eam, quam fama suggerebat: esse haec rixae inter Minervam atque Neptunum de Atticae regionis possessione testimonia; quum scil. illa sibi oleâ plantatâ vindicaret Atticae regionis possessionem, quam eandem Neptunus, qui puteum illum tridente aperuerat, affectabat. Hac vero re ad duodecim deorum iudicium perlata, constat Minervae possessionem regionis fuisse addictam. Equidem illud adiicio, videri utique altioris indaginis esse hanc fabulam, quae ad prima rerum Atticarum incunabula spectet, ita ut ista regio, maris fluctibus olim multum vexata, postea ex hoc fluctuum (Neptuni) certamine cum ipsa terra lucisque vi illam collustrante et calefaciente (Minerva) firma exstiterit certaque. Valcken. de hac lite excitat Plat. Menexen. pag. 237 C. et Quintil. Declam. 323 coll. Plutarch. II pag. 489 B. Tu vid. potissimum Apollodor. III, 14 §. 1 et quae alia protulerunt Moser ad Ciceronis l. l. Sintenis ad Plutarch. Themistocl. 19 pag. 126. Creuzer. Symbol. II pag. 640 seq. 754 seq. IV pag. 350 seq. Orat. de civit. Athen. pag. 67 et in Stuart. et Revett. Alterth. pag. 547. Quibus postea haec adscripsit *Creuzerus*: „Sed tamen antiquissima sacra Atheniensium inter arvales deos habuerunt etiam Neptunum, quem alii quoque Graeci *φυτάλμιον* appellabant, i. e. *γόνιμον almum* (Hesych. in *φυτάλμιος*). Qua de re consule Bosslerum De gentt. et famill. Atticae sacerdotalibus pag. 9 seqq., et ipse nuper monui in Diatriba de vasculo Erbacensi Herculem Buzygem exhibente."

λόγος παρὰ Ἀθηναίων] Ita Florentinus cum aliis. Male duo codd. *ὑπ' Ἀθηναίων*. Schweighaeuserus, qui prius requisierat *παρ' Ἀθηναίοις*, nil tamen postea mutandum censuit, modo *παρὰ Ἀθηναίων*

ἐλαίην ἅμα τῷ ἄλλῳ ἱρῷ κατέλαβε ἐμπρησθῆναι ὑπὸ τῶν βαρβάρων· δευτέρῃ δὲ ἡμέρῃ ἀπὸ τῆς ἐμπρήσιος, Ἀθηναίων οἱ θύειν ὑπὸ βασιλέος κελευόμενοι, ὡς ἀνέβησαν ἐς τὸ ἱρὸν, ὥρων βλαστὸν ἐκ τοῦ στελέχεος ὅσον τε πηχυαῖον ἀναδεδραμηκότα. 1 οὗτοι μέν νυν ταῦτα ἔφρασαν.

56 Audita eversione Athenarum. Graeci Isthmum petere constituunt.

Οἱ δὲ ἐν Σαλαμῖνι Ἕλληνες, ὥς σφι ἐξηγγέλθη ὡς ἔσχε τὰ περὶ τὴν Ἀθηναίων ἀκρόπολιν, ἐς τοσοῦτον θόρυβον ἀπίκοντο, ὥστε ἔνιοι τῶν στρατηγῶν οὐδὲ κυρωθῆναι ἔμενον τὸ προκείμενον πρῆ-

---

ad *μαρτύρια* neque ad λόγος referatur, hoc sensu: *quae aiunt a Neptuno et Minerva — testibus advocatis Atheniensibus, posita ibi esse*, aut, ut in Lex. Herodot. ponit: *testimonia in medium proferre ab Atheniensibus sibi exhibita.* Quae merito perstrinxit Hoeger. in Actt. phill. Monacc. III pag. 522, qui recte coniungit λόγος παρὰ Ἀθηναίων *fama manans ab Atheniensibus.* Nec aliter Matth. Gr. Gr. §. 588, pag. 1172, interpretans, *eine von Athen ausgehende Sage.* — In seqq. ad verbum κατέλαβε conf. allata ad III, 42, et ad locutionem ἀπὸ τῆς ἐμπρήσιος nott. ad VIII, 51.

Ἀθηναίων οἱ θύειν] Ita e Florentinis, aliis dedi cum Schweigh., Gaisf. et Bekkero. Vulgo Ἀθηναῖοι οἱ θύειν, quod Schaefer. et Matth. tenent. Similis genitivi structura VII, 170.

ὥρων βλαστὸν — ἀναδεδραμηκότα] i. e. *viderunt surculum e stipite enatum cubiti fere longitudine.* Ad verbum ἀνατρέχειν conf. nott. ad I, 60 et Liban. Antioch. p. 378 C., quem locum apte attulit Wesseling. Idem miraculum enarrat Pausan. I, 27 §. 2 hoc adiiciens, oleam igne crematam eodem die in duorum ferme cubitorum proceritatem repullulasse. Et confer sis quoque Plin. H. N. III, 17: „Sunt et miracula fortuita. Nam et oliva in totum ambusta revixit: et in Boeotia derosae a locustis ficus germinavere.“ Hisce nunc addo Excerptt. Dionys. Halicarn. XIV, 4, ubi inter alia etiam haec, quae Herodoteis maxime conveniunt: δευτέρᾳ τῆς ἐμπρήσεως ἡμέρᾳ (ἱερά τις ἐλαία scil.) βλαστὸν ἐκ τοῦ στελέχους ἀνῆκεν ὅσον τε πηχυαῖον κ. τ. λ.

Cap. LVI.

ἐξηγγέλθη] Ita, iubente Apetz., e Florent., Mediceo, aliis reposui. Cf. I, 21. II, 121. Vulgo ἐξαγγέλθη.

οὐδὲ κυρωθῆναι ἔμενον τὸ προκείμενον πρῆγμα] i. e.

γμα, ἀλλ' ἔς τε τὰς νῆας ἐσέπιπτον, καὶ ἱστία ἀεί-
ροντο ὡς ἀποθευσόμενοι· τοῖσί τε ὑπολειπομένοισι
2 αὐτῶν ἐκυρώθη πρὸ τοῦ Ἰσθμοῦ ναυμαχέειν. νύξ
τε ἐγίνετο, καὶ οἱ διαλυθέντες ἐκ τοῦ συνεδρίου ἐσέ-
57 βαινον ἐς τὰς νῆας. Ἐνθαῦτα δὴ Θεμιστοκλέα ἀπι-
κόμενον ἐπὶ τὴν νῆα εἴρετο Μνησίφιλος, ἀνὴρ Ἀθη-
2 ναῖος, ὅ τι σφι εἴη βεβουλευμένον. πυθόμενος δὲ
πρὸς αὐτοῦ ὡς εἴη δεδογμένον ἀνάγειν τὰς νῆας
πρὸς τὸν Ἰσθμὸν, καὶ πρὸ τῆς Πελοποννήσου ναυ-
3 μαχέειν, εἶπε· „Οὔτοι ἄρα ἢν ἀπαίρωσι τὰς νῆας
„ἀπὸ Σαλαμῖνος, περὶ οὐδεμιῆς ἔτι πατρίδος ναυ-
„μαχήσεις. κατὰ γὰρ πόλις ἕκαστοι τρέψονται· καὶ
„οὔτε σφέας Εὐρυβιάδης κατέχειν δυνήσεται, οὔτε
„τις ἀνθρώπων ἄλλος, ὥστε μὴ οὐ διασκεδασθῆναι
„τὴν στρατιήν· ἀπολέεταί τε ἡ Ἑλλὰς ἀβουλίῃσι.
„ἀλλ', εἴ τις ἐστὶ μηχανὴ, ἴθι, καὶ πειρῶ διαχέαι τὰ

Id Athenis adeoque toti Graeciae perniciosissimum fore Themistocles a Mnesiphilo Atheniensi edoctus,

---

ut ne eo usque manere vellent, donec decretum fieret de re proposita, num scil. manendum ipsis sit an discedendum ad Isthmum: de quo vid. VIII, 49 fin. De structurâ verbi *μένειν* dixit Matth. Gr. Gr. §. 537 pag. 1056, de verbo *κυροῦν* vid. nott. ad VI, 86 §. 2.

νύξ τε ἐγίνετο καὶ οἱ διαλυθέντες κ. τ. λ.] De usu particularum τε — καὶ conf. nott. ad IV, 53 et add. Hand. Annotatt. in Euripid. Iphigen. Taur. P. I (Ienae 1832) pag. 4. Pro οἳ, ut vulgo exhibent, reposui οἱ et sustuli distinctionem minorem ante διαλυθέντες et ante ἐσέβαινον poni solitam, idemque feci VIII, 83, commotus Buttmanni rationibus in Gramm. Gr. maiori I. pag. 59.

Cap. LVII.

Θεμιστοκλέα] Ita e Sancrofti libro edidi cum Gaisf. pro vulg. Θεμιστοκλῆα. Cf. Matth. Gr. Gr. §. 78 pag. 176. De *Mnesiphilo* conf. Plutarch. Themistocl. 2. Tangit Herodotea Pseudo-Plutarch. II pag. 869 D: in quo tamen longius immorari non vacat.

Οὔτοι ἄρα ἢν] Ita e Sancrofti codice alioque libro nunc editum. Olim οὔτ' ἄρα; apud Plutarch. l. l. οὐκ ἄρα et mox οὐδὲ περὶ μιῆς. Koenius conieecerat Σύγ' ἄρα, οὔτοι ἢν κ. τ. λ. — Mox cum Bekkero retinui *ὥστε μὴ οὐ διασκεδασθῆναι*, ubi Gaisf. et Schweigh. e Florentino aliisque duobus dederant *οὐ μή*. Tu conf. de his particulis III, 51 ibique citt. — In seqq. pro ἴθι καὶ πειρῶ Plutarchus *ἴθι τε καὶ πειρῶ* probante Valckenaerio.

διαχέαι τὰ βεβουλευμένα]

„βεβουλευμένα, ἤν κως δύνῃ ἀναγνῶσαι Εὐρυβιά-
58 „δεα μεταβουλεύσασθαι, ὥστε αὐτοῦ μενέειν.“ Κάρτα δὴ τῷ Θεμιστοκλέϊ ἤρεσε ἡ ὑποθήκη· καὶ οὐδὲν πρὸς ταῦτα ἀμειψάμενος, ἤϊε ἐπὶ τὴν νῆα τὴν Εὐρυβιάδεω. ἀπικόμενος δὲ, ἔφη θέλειν οἱ κοινόν τι πρῆγμα συμμίξαι. ὁ δ' αὐτὸν ἐς τὴν νῆα ἐκέλευε
2 ἐσβάντα λέγειν εἴ τι θέλει. ἐνθαῦτα ὁ Θεμιστοκλέης παριζόμενός οἱ καταλέγει κεῖνά τε πάντα τὰ ἤκουσε Μνησιφίλου, ἑωυτοῦ ποιεύμενος, καὶ ἄλλα πολλὰ 644
προστιθείς· ἐς ὃ ἀνέγνωσε χρηΐζων ἔκ τε τῆς νηὸς ἐκβῆναι, συλλέξαι τε τοὺς στρατηγοὺς ἐς τὸ συνέδριον.
59 Ὡς δὲ ἄρα συνελέχθησαν, πρὶν ἢ τὸν Εὐρυβιάδεα προθεῖναι τὸν λόγον τῶν εἵνεκα συνήγαγε τοὺς στρατηγοὺς, πολὺς ἦν ὁ Θεμιστοκλέης ἐν

Eurybiadi persuadet, ut duces in concilium denuo cogat:

ubi cum Adimanto, Corinthiorum duce,

---

decreta perturbare, rescindere, irrita reddere. Alio sensu VI, 119. Magis huc facit, quod Wesseling. affert e Dionys. Halic. A. R. III [6] p. 141. διέχειν τὰ βουλεύματα coll. Theophylact. Simoc. II, 13. III, 91. Ad μεταβουλεύσασθαι idem Wesseling. recte confert VII, 12: μετὰ δὴ βουλεύεαι.

Cap. LVIII.

συμμίξαι] i. e. *sermones conferre s. agere cum illo de re communi.* Tu vid. II, 64. IV, 23 ibique allata. VIII, 67. 79.

λέγειν εἴ τι θέλει] „Est in his et in vicinis familiaris quaedam et suavissima ἀφέλεια, qualem natura dictabat.“ *Valckenaer.* citans Virgil. Ecl. IX, 32. III, 52. Theocrit. V, 78. Euripid. Iphig. in Aul. 877, alia. Idem Valcken. in proxime seqq. praefert ἐνθαῦτα δὲ (pro ὁ) Θεμιστοκλέης. Mox duo codd. παριζόμενος (quod VII, 18 omnes afferunt); reliqui παρεζόμενος. De quo quod posuit Schweighaeuserus discrimen, allatum in not. ad IV, 145, vereor, ut tueri possim.

ἑωυτοῦ ποιεύμενος] i. e. *tanquam sua ipsius verba faciens, quae ille dixerat*, scil. τὰ τοῦ Μνησιφίλου ἔπη. — Cf. Plut. Brut. 3 fin. In seqq. ad duplex τε — τε conf. VII, 8 §. 1.

Cap. LIX.

πολὺς ἦν ὁ Θεμιστοκλέης ἐν τοῖσι λόγοισι, οἷα κάρτα δεόμενος] i. e. *multa dicebat* (multus erat in dicendo) *quippe admodum instans.* Ad locutionem conf. VII, 158 et in seqq. ad formam Θεμιστόκλεες Matth. Gr.Gr. §. 78 pag. 176. Caeterum Herodoti cum narratione conferatur Plutarch.

2 τοῖσι λόγοισι, οἷα κάρτα δεόμενος. λέγοντος δὲ αὐτοῦ, ὁ Κορίνθιος στρατηγὸς Ἀδείμαντος ὁ Ὠκύτου εἶπε· „Ὦ Θεμιστόκλεες, ἐν τοῖσι ἀγῶσι οἱ προεξα-„νιστάμενοι ῥαπίζονται.“ ὁ δὲ, ἀπολυόμενος, ἔφη·

Themistocl. 11 pag. 117 D., ubi Eurybiadem dicti vocat auctorem, non Adimantum, coll. Apophthegmm. II pag. 185. Quod vero addit Plutarchus a Themistocle responsum Eurybiadi baculum attollenti: *πάταξον μὲν οὖν, εἶπεν, ἄκουσον δὲ*, id a pluribus quoque aliis memoratum cum ignoret Herodotus, haud scio an serius confictum existimari debeat. Quin ipsum hunc Herodoti locum narrationis istius ansam dedisse, haud male statuit Blomfield. in Glossar. ad Aeschyl. Pers. 728. Itaque iniuria miratur Larcherus, quod talia silentio Herodotus transmiserit.

οἱ προεξανιστάμενοι] Sic dicuntur, notante Schweighaeusero, in ludis Graecorum ii, qui ante iustum tempus, id est ante signum datum e carceribus excurrunt. Vid. IX, 62. Plut. Rom. 15 coll. Anton. 63 fin. Arat. 44 init. Eumen. 7. Themist. 11. In stadio, ait *Wesseling.* ad h. l., citius, quam mos ferebat, *προπηδῶντες in cursum emicantes* sive *προεξανιστάμενοι*, sicuti hic et Stratlis in Polluce III, 146 flagris admonebantur a *μαστιγονόμοις*. Plutarch. Apophthegm. [p. 185 B.] ex Adimanti ore, *τοὺς ἐν τοῖς ἀγῶσι προεξανισταμένους μαστιγοῦσιν ἀεί:* atque ea verbo virtus VII, 223. *οἱ ἡγεμόνες — ἔχοντες μάστιγας, ἐῤῥάπιζον πάντα ἄνδρα, flagris percutiebant.*“ Valcken. ad haec illustranda affert Thucydid. V, 50. coll. Xenoph. Hellen. III, p. 287, 28 [III, 2 §. 21] et Pausan. VI, 2, idemque monet *ῥαπίζειν* esse *ῥάβδῳ πατάξαι* vel *πταῖσαι: baculo ferire, caedere.* Et conf. quoque Lobeck. ad Phrynich. p. 175 seq. — *ἀπολυόμενος* est: *se defendens, purgans.* Conf. Suidas s. v. I pag. 283. Plutarch. Pericl. 10. Aristid. 13 fin. C. Gracch. 3 init. Demetr. 32 med. Anton. 73. Male unus liber *ἀπολογούμενος*. — *οἱ ἐγκαταλειπόμενοι* sive, ut Plutarchus habet, *οἱ ἀπολειπόμενοι* et *λειπόμενοι* sunt, monente Wesselingio, non *illi, qui domi relinquuntur* sed *longe in cursu post tergum relicti victique* adeo. Sintenis ad Plutarch. Themist. 11 pag. 77, ob praegressum *οἱ προεξανιστάμενοι* mavult hic cogitare de iis, *qui cunctanter ad certamen prodeunt* eoque victoriâ *frustrantur, moratores.* Ad verbi ipsius notionem apte Valcken. confert II. Ep. ad Corinth. IV, 9. — *στεφανεῦνται* e duobus codd. receptum pro vulg. *στεφανοῦνται.*

60 „Οἱ δέ γε ἐγκαταλειπόμενοι οὐ στεφανεῦνται.“ Τότε μὲν ἠπίως πρὸς τὸν Κορίνθιον ἀμείψατο. πρὸς δὲ τὸν Εὐρυβιάδεα ἔλεγε ἐκείνων μὲν οὐκέτι οὐδὲν 2 τῶν πρότερον λεχθέντων, ὡς ἐπεὰν ἀπαίρωσι ἀπὸ Σαλαμῖνος, διαδρήσονται· παρεόντων γὰρ τῶν συμμάχων οὐκ ἔφερέ οἱ κόσμον οὐδένα κατηγορέειν·
1 3 ὁ δὲ ἄλλου λόγου εἴχετο, λέγων τάδε. „Ἐν σοὶ νῦν „ἐστὶ σῶσαι τὴν Ἑλλάδα, ἢν ἐμοὶ πείθῃ ναυμαχίην „αὐτοῦ μένων ποιέεσθαι, μηδὲ, πειθόμενος τούτων „τοῖσι λέγουσι, ἀναζεύξῃς πρὸς τὸν Ἰσθμὸν τὰς νῆ-4 „ας. ἀντίθες γὰρ ἑκάτερον, ἀκούσας. πρὸς μὲν τῷ „Ἰσθμῷ συμβάλλων, ἐν πελάγεϊ ἀναπεπταμένῳ ναυ-„μαχήσεις, ἐς ὃ ἥκιστα ἡμῖν σύμφορόν ἐστι, νῆας 645

Cap. LX.

οὐκ ἔφερέ οἱ κόσμον οὐδένα κατηγορέειν] i. e. *dedecebat ipsum cuipiam sociorum maledicere.* Ad κατηγορέειν subaud. τῶν συμμάχων; ut sane non opus cum Valckenaer. rescribere κακηγορέειν. Conf. Herod. VIII, 142.

§. 1.

μηδὲ πειθόμενος τούτων τοῖσι λέγουσι] i. e. *neque illis,* e numero scil. ducum, *qui dicant, morem gerens.* — In proxime seqq. ἀναζευγνύναι τὰς νῆας valet *abducere naves*, ut IX, 41. 58. VI, 12. Infra eodem sensu ἀνάγειν VIII, 63. 57. 70. 75. 79. 83. IX, 95 coll. VI, 12 ibique nott.

ἀντίθες γὰρ ἑκάτερον, ἀκούσας] i. e. *namque alteram alteri, si audieris, oppone, contende.* Ad sequens συμβάλλων mente addi potest τοῖσι Πέρσῃσι vel simile quid. Nam valet: *congrediens cum hostibus*, ut I, 77. 103. 104. 128. Sic paulo infra §. 2: ἐν στεινῷ συμβάλλοντες νηυσὶ ὀλίγῃσι πρὸς πολλάς.

ἐν πελάγεϊ ἀναπεπταμένῳ] *In patenti pelago* reddit Valla, probante Wesselingio, qui Longi Pastoral. III. p. 177 citat. Tu vide de voce ἀναπεπταμένος Wyttenbach. ad Plutarch. Moral. II. p. 882 et add. Plutarch. Pericl. 34. Ind. Graecitat. Plutarch. Opp. VIII. 1 pag. 119.

ἐς ὃ ἥκιστα ἡμῖν σύμφορόν ἐστι] ἐς ὃ Schweighaeuserus ita explicans, ut dictum existimetur pro ἐς ὃ ἰέναι ναυμαχήσαντας, postea in Lex. Herod. explicat: *quo respectu, qua causa, quapropter* et ad σύμφορόν ἐστι e praegressis intelligi vult ἀναζεῦξαι τὰς νῆας πρὸς τὸν Ἰσθμόν. Minus recte. „Ad ἐς ὃ, ait **Struve** Spec.

5 ἔχουσι βαρυτέρας, καὶ ἀριθμὸν ἐλάσσονας. τοῦτο
,,δὲ, ἀπολέεις Σαλαμῖνά τε καὶ Μέγαρα καὶ Αἴγιναν,
6 ,,ἤνπερ καὶ τὰ ἄλλα εὐτυχήσωμεν. ἅμα γὰρ τῷ
,,ναυτικῷ αὐτῶν ἕψεται καὶ ὁ πεζὸς στρατός· καὶ
,,οὕτω σφέας αὐτὸς ἄξεις ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον,
7 ,,κινδυνεύσεις τε ἁπάσῃ τῇ Ἑλλάδι. Ἢν δὲ τὰ ἐγὼ 2
,,λέγω ποιήσῃς, τοσάδε ἐν αὐτοῖσι χρηστὰ εὑρήσεις.
,,πρῶτα μὲν, ἐν στεινῷ συμβάλλοντες νηυσὶ ὀλίγῃσι
8 ,,πρὸς πολλὰς, ἢν τὰ οἰκότα ἐκ τοῦ πολέμου ἐκβαί-
,,νῃ, πολλὸν κρατήσομεν. τὸ γὰρ ἐν στεινῷ ναυ-
,,μαχέειν, πρὸς ἡμέων ἐστί· ἐν εὐρυχωρίῃ δὲ, πρὸς
,,ἐκείνων. αὖτις δὲ, Σαλαμὶς περιγίνεται, ἐς τὴν
9 ,,ἡμῖν ὑπέκκειται τέκνα τε καὶ γυναῖκες. καὶ μὴν
,,καὶ τόδε ἐν αὐτοῖσι ἔνεστι, τοῦ καὶ περιέχεσθε μά-
,,λιστα· ὁμοίως αὐτοῦ τε μένων προναυμαχήσεις Πε-
,,λοποννήσου, καὶ πρὸς τῷ Ἰσθμῷ· οὐδέ σφεας, εἴ-

Quaest. I pag. 44, supple *ναυμαχεῖν*; hoc vero est *ἐς ὃ ἰοῦσιν* sive *πλεύσασιν ἡμῖν ναυμαχεῖν ἥκιστα σύμφορόν ἐστι*, cuius rei causa statim additur.“ Quod vero idem Struve, cum *ἐς ὃ* ad *πελάγεϊ* referatur, scribendum censet *ἐς τὸ*, libris scriptis invitis obsequi haud potui.

νῆας ἔχουσι βαρυτέρας] „*Naves Graecorum* hic *graviores*; in Plut. Themist. [14] pag. 119 C. *ἀτενεῖς καὶ ταπεινότεραι*, comparatae ad Persarum naves molis maioris et celsioris.“ *Wesseling.* Hinc quaerit Matth. an *βραχυτέρας* rescribendum sit. Sed libri scripti non addicunt. — Ad sequens *τοῦτο δὲ*, ubi simplex antecedit *μὲν*, conf. G. Hermann. ad Viger. p. 702. —

κινδυνεύσεις τε ἁπάσῃ τῇ Ἑλλάδι] De vocula *τε* dixi ad VII, 188; de dativis monuit Matth. Gr. Gr. §. 400, 6. pag. 731.

§. 2.

πρὸς ἡμέων ἐστί] i. e. *nobis conducit*, *commodum est*. Vid. VIII, 22.

ἐς τὴν ἡμῖν ὑπέκκειται τέκνα τε καὶ γυναῖκες] Vid. Matth. Gr. Gr. §. 578, 1 pag. 1142 et de formula *τέκνα τε καὶ γυναῖκες* allata ad Herod. VIII, 4. Verbum *ὑπεκκεῖσθαι* invenitur VIII, 4. 41. IX, 73. Quo etiam pertinet verbum *ὑπεκτίθεσθαι*, de quo dixi ad V, 65, VIII, 4, alia id genus.

τοῦ καὶ περιέχεσθε] i. e. *quod vobis maximae curae est*, *quod studiose s. enixe quaeritis.* Conf. VII, 39 et nott. ad III,

3 10 „περ εὖ φρονέεις, ἄξεις ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον. Ἢν „δέ γε καὶ τὰ ἐγὼ ἐλπίζω γένηται, καὶ νικήσωμεν „τῇσι νηυσὶ, οὔτε ὑμῖν ἐς τὸν Ἰσθμὸν παρέσονται „οἱ βάρβαροι, οὔτε προβήσονται ἑκαστέρω τῆς Ἀτ„τικῆς, ἀπίασί τε οὐδενὶ κόσμῳ, Μεγάροισί τε κερ„δανέομεν περιεοῦσι, καὶ Αἰγίνῃ, καὶ Σαλαμῖνι, ἐν „τῇ ἡμῖν καὶ λόγιόν ἐστι τῶν ἐχθρῶν κατύπερθε

11 „γενέσθαι. Οἰκότα μέν νυν βουλευομένοισι ἀνθρώ„ποισι, ὡς τὸ ἐπίπαν ἐθέλει γίνεσθαι· μὴ δὲ οἰκότα „βουλευομένοισι, οὐκ ἐθέλει οὐδὲ ὁ θεὸς προσχω„ρέειν πρὸς τὰς ἀνθρωπηΐας γνώμας.“

61 *convicio acerbissimo altercatus, argumentis minisque tandem caeteros a fuga capessenda revocat.*

Ταῦτα λέγοντος Θεμιστοκλέους, αὖτις ὁ Κορίνθιος Ἀδείμαντος ἐπεφέρετο, σιγᾶν τε κελεύων τῷ μὴ ἔστι πατρὶς, καὶ Εὐρυβιάδεα οὐκ ἐῶν ἐπιψηφίζειν ἀπόλι 646

---

53. Ad verba *προναυμαχήσεις Πελοποννήσου* conf. VIII, 49.

§. 3.

ἐς τὸν Ἰσθμὸν παρέσονται οἱ βάρβαροι] Conf. nott. ad VI, 1. (ubi etiam de particulis *οὔτε — τε*) et Matth. Gr. Gr. §. 504 pag. 957.

οὐδενὶ κόσμῳ] i. e. *nullo ordine, inconditâ fugâ, ruptis ordinibus*, ut III, 13. IX, 59. 65 coll. VIII, 117. IX, 66. 69. Aeschyl. Pers. 468. 479. Ad *λόγιον* vid. VII, 142.

τῶν ἐχθρῶν κατύπερθε γενέσθαι] Conf. Matth. Gr. Gr. §. 309 pag. 612 et nott. ad VIII, 19.

ὡς τὸ ἐπίπαν ἐθέλει γίνεσθαι] Ad *ἐθέλει* e praecedentibus repeto *τὰ οἰκότα*: *probabilia* s. *rationi consentanea capientibus consilia plerumque talia* (i. e. consentanea rationi) *etiam evenire solent.* Ubi male olim coniunctim exhibebatur *τοεπίπαν*; tu conf. IV, 68 ibiq. nott. VI, 46. — *ἐθέλει* hic valet *solet*, ut, I, 74. VII, 229, ne plura. Ad ipsam sententiam Wesseling. laudat similem Catonis sententiam apud Sallust. Catilin. 52, ubi plura Wasse et Corte, inprimisque Gataker. ad Antonin. IX, 40.

Cap. LXI.

οὐκ ἐῶν ἐπιψηφίζειν] „i. e. *nolens concilii principem Eurybiadem duces in suffragia mittere*, sive *sententias rogare, in gratiam viri urbe patria carentis.* Sic Herodotea capienda docebunt Kusteri et Hemsterhusii observata in Luciani Timon. 44. „[I p. 414 seq. Bip.] *Valcken.* bene contra Abreschium (ad Thucydid. I, 87 coll. VI, 14) monens, in Herodoto multum utique differre

ἀνδρί· πόλιν γὰρ τὸν Θεμιστοκλέα παρεχόμενον,
2 *οὕτω ἐκέλευε γνώμας συμβάλλεσθαι. ταῦτα δέ οἱ*
προέφερε, ὅτι ἡλώκεσάν τε καὶ κατείχοντο αἱ Ἀθῆ-
ναι. Τότε δὴ ὁ Θεμιστοκλέης κεῖνόν τε καὶ τοὺς

προθεῖναι λόγον, quod invenitur VIII, 59: *sententias varias iterum populo proponere* et *ἐπιψηφίζειν*: *super illis populum in suffragia mittere.* „Athenis, ita pergit *Valckenaer.*, Prytanes comitia solebant indicere *fixa tabula*, *quae*, *quid in deliberationem veniret*, *continebat* [*προθεῖναι τὸν λόγον*] Hemsterhus. ad Lucian. Necyomant. 19 [T. III p. 361 seq.] In unum coacto populo, qui tum erant inter Prytanes Proedri, vel e Proedris ὁ *Ἐπιστάτης* iterum proponebat, qua de re esset agendum; excitati voce praeconis oratores in medium prodibant, rem propositam civibus suadentes vel dissuadentes; hi causam quisque suam ubi perorasent, tum populus causa cognita mittebatur in suffragia: Epistates vel alius ex ordine Prytanum, sententias rogans, dicebatur *ἐπιψηφίζειν*. Hic, cum causam suam perorasset Themistocles, iam ante iratus Adimantus nunc *noluit Eurybiadem ἐπιψηφίζειν ἀπόλι ἀνδρί.*" Subiicit vir praestantissimus alios locos Xenophont. Anab. V, 1, 14 coll. VII, 3, 14, ubi nunc Krügeri consulatur annotatio, Memorabb. I, 1, 18 ibique Ernest. — Ad dativos *ἀπόλι* (de qua forma vid. Matth. Gr. Gr. §. 114, p. 231) *ἀνδρὶ* i. e. *in gratiam viri civitate carentis* conf. Matth. l. l. §. 394 pag. 721. Geminum Aeliani locum V. H. III, 17 attulit Valckenaerius: *οὔτ' ἐπεψήφισεν Ἀθηναίοις* (i. e. *Atheniensium in gratiam*) *τὸν τῶν δέκα στρατηγῶν θάνατον.* — Mox dedi *Θεμιστοκλέα* pro *Θεμιστοκλῆα*. De ipso viro dixi ad VII, 143. In iis, quae proxime antecedunt, *ἐπεφέρετο* reddam: *in eum invectus est.*

οὕτω ἐκέλευε] De particula *οὕτω* conf. Matth. Gr. Gr. §. 565, 1 pag. 1113. Locutionem *γνώμας συμβάλλεσθαι* attigi in not. ad V, 92 §. 1. Idem Matth. Gr. Gr. §. 497 p. 937 de plusquamperfecto *ἡλώκεσαν*, §. 505, 1 pag. 958 de imperfecto *κατείχοντο* consulendus.

Τότε δὴ ὁ Θεμιστοκλέης] Valcken. maluit *τότε δὲ δή*, ubi tamen meâ quidem sententiâ vix opus addere particulam *δέ*. Respicit Noster verba cap. LX init. *τότε μὲν ἠπίως πρὸς τὸν Κορίνθιον ἀμείψατο.* Accusativos duos verbo *λέγειν* additos attigit Matth. Gr. Gr. §. 416 pag. 763, qui idem §. 444. 4 p. 830 ad locutionem *πολλά τε καὶ κακὰ* conf. Ad ipsam narrationem conf. Plutarch. Themistocl. 11 pag. 117 E., qui Adimanti loco alium quendam haec in Themi-

Κορινθίους πολλά τε καὶ κακὰ ἔλεγε· ἑωυτοῖσί τε
ἐδήλου λόγῳ ὡς εἴη καὶ πόλις καὶ γῆ μέζων ἤπερ
κείνοισι, ἔστ' ἂν διηκόσιαι νῆές σφι ἔωσι πεπληρω-
μέναι· οὐδαμοὺς γὰρ Ἑλλήνων αὐτοὺς ἐπιόντας ἀπο-
62 *κρούσεσθαι. Σημαίνων δὲ ταῦτα, τῷ λόγῳ διέβαι-*
νε ἐς Εὐρυβιάδεα, λέγων μᾶλλον ἐπεστραμμένα·
„*Σὺ εἰ μενέεις αὐτοῦ, καὶ μένων ἔσεαι ἀνὴρ ἀγα-*

---

stoclem dixisse narrat, quem tamen eundem, ut bene ibi monet Sintenis pag. 51, noli confundere cum Eretriensi illo, cuius apud eundem Plutarchum mox iniicitur mentio. — In seqq. ad verba *ὡς εἴη* Iacobs confert I, 24. III, 36. VIII, 137.

ἔστ' ἂν διηκόσιαι νῆες κ. τ. λ.] Conf. nott. ad VIII, 1 de navium numero.

οὐδαμοὺς γὰρ Ἑλλήνων αὐτοὺς ἐπιόντας ἀποκρούσεσθαι] i. e. *nullos enim fore Graecos, qui ipsos aggredientes repellant.* Sic verbum *ἀποκρούεσθαι* IV, 200. Ad ipsam sententiam compar. Aeschyl. Pers. 346 seq. (354 seq. Blomf.)

Cap. LXII.

λέγων μᾶλλον ἐπεστραμμένα] scil. *ἔπη*: *asperiora, concitatiora verba* intelligit Schweighaeuser. citans VII, 160. Iacobs. in Atticis, ubi hunc locum recepit, explicat verba *nervosa, gravia, strenge, nachdrückliche Worte*, proprie: *mit Kraft nach einem Ziele geschleuderte*, eoque etiam refert, quod dicitur *ἐπιστροφὴ τοῦ λόγου* de vi nervisque orationis. Plutarch. Themist. cap. 11. hac in re dicit *ἐπιστρέφειν τὸν λόγον*: *die Sprache ändern*, ut reddit Sintenis pag. 79. eundem quoque Herodoteae locutionis sensum videri adiiciens. Erunt igitur h. l. verba conversa (a priori scil. modo leniter loquendi: *τότε μὲν* ait cap. 60 init. *ἠπίως πρὸς τὸν Κορίνθιον ἀμείψατο*) i. e. *asperiora, concitatiora.* Nec aliter locum intelligit Negris, ad Herod. I, 30 (ubi *ἐπιστρεφέως*, quod explicat *ζωηρῶς*) haec verba excitans, addita neograeca interpretatione hac: *ὁμιλῶν μὲ περισσοτέραν σφοδρότητα.* Tu vid. quae ipsi ad h. l. notavimus. Nam alio sensu ibi dici videtur *εἴρεσθαι ἐπιστρεφέως.*

Σὺ εἰ μενέεις κ. τ. λ.] „*Tu si hic manseris, et manens rem bene gesseris* sive *virum te praestiteris*; supplendum relinquitur *σώσεις τὴν Ἑλλάδα* vel *ὀρθώσεις*, aut, si quis malit, quod plerisque locis veterum congruit, *καλῶς* vel *εὖ ἂν ἔχοι*: prout hanc ellipsin supplet Tryphon.“ *Valcken.* Vid. Lambert. Bos. De ellipss. L. Gr. p. 803 seq. et Hartung.

„θός· — εἰ δὲ μὴ, ἀνατρέψεις τὴν Ἑλλάδα. τὸ 95
„πᾶν γὰρ ἡμῖν τοῦ πολέμου φέρουσι αἱ νῆες. ἀλλ' ἐ-
2 „μοὶ πείθεο. Εἰ δὲ ταῦτα μὴ ποιήσεις, ἡμεῖς μὲν,
„ὡς ἔχομεν, ἀναλαβόντες τοὺς οἰκέτας, κομιεύμεθα
„ἐς Σίριν τὴν ἐν Ἰταλίῃ, ἥπερ ἡμετέρη τέ ἐστι ἐκ
„παλαιοῦ ἔτι, καὶ τὰ λόγια λέγει, ὑπ' ἡμέων αὐτὴν
3 „δέειν κτισθῆναι. ὑμεῖς δὲ, συμμάχων τοιῶνδε 1
63 „μουνωθέντες, μεμνήσεσθε τῶν ἐμῶν λόγων.“ Ταῦ-
τα δὲ Θεμιστοκλέος λέγοντος, ἀνεδιδάσκετο Εὐρυ-

Lehre v. d. Griech. Partikk. II pag. 213, qui hunc ipsum locum Herodoti attulit.

τὸ πᾶν γὰρ ἡμῖν τοῦ πολέμου φέρουσι αἱ νῆες] i. e. *omne belli momentum* (i. e. ad bellum prospere gerendum) *conferunt nobis naves*. Ita Schweigh. in Lex. Herod., ubi praeterea laudat Herod. VIII, 100. Iacobs. bene ita locutionem circumscribit: ὁ πᾶς πόλεμος ἤρτηται ἐκ τῶν νεῶν, quemadmodum sane Nostrum locutum esse video III, 19. VI, 109. IX, 68; ne plura. Ad seq. ὡς ἔχομεν conf. I, 24. V, 64. VI, 17, et ad formam κομιεύμεθα Matth. Gr. Gr. §. 181, 2. c. pag. 324.

ἐς Σίριν τὴν ἐν Ἰταλίῃ] De hac urbe vid. nott. ad IV, 127. Quam Ionum fuisse canit Lycophr. Alex. 978 seq., ubi conf. Schol., consentiente Strabone VI. p. 264 s. 405 A., qui Iones, Lydorum dominatum quo effugerent, Sirin occupasse refert. De Colophoniis tradiderat Timaeus apud Athen. XII pag. 523 D., ex quo loco Archilochum Siritarum terrae fertilitatem et amoenitatem valde admiratum esse intelligimus: quam ob rem illum cum Herodoteo sane conferri volumus. Inde quoque factum videtur, ut postea Athenienses, oraculum hocce a Themistocle prolatum praetexentes, in eam ipsam Italiae regionem mitterent colonos Thuriosque conderent prope Sirin: cui coloniae ipsum historiae patrem interfuisse novimus. Vid. Diodor. Sic. XII, 10. Ob Iones igitur pro Siris conditoribus habitos Themistocles ait: ἥπερ ἡμετέρη τέ ἐστι ἐκ παλαιοῦ ἔτι, si quidem vel ante bellum Troianum illi urbem condidisse ferebantur teste Lycophron. l. l. — Ad structuram verborum seqq. καὶ τὰ λόγια (ubi certe exspectabas καὶ ἣν τὰ λόγια κ. τ. λ.) vid. Matth. Gr. Gr. §. 472, 3 pag. 881, qui idem §. 352 pag. 664 ad verba τοιῶνδε μουνωθέντες conferatur.

Cap. LXIII.

Θεμιστοκλέος] Ita cum Gaisf. e duobus libris rescripsi pro Θεμιστοκλῆος. Vid. allata ad

βιάδης. δοκέειν δέ μοι, ἀῤῥωδήσας μάλιστα τοὺς
Ἀθηναίους ἀνεδιδάσκετο, μή σφεας ἀπολίπωσι, ἢν 647
2 πρὸς τὸν Ἰσθμὸν ἀνάγῃ τὰς νῆας. ἀπολιπόντων
γὰρ Ἀθηναίων, οὐκέτι ἐγίνοντο ἀξιόμαχοι οἱ λοιποί.
ταύτην δὲ αἱρέεται τὴν γνώμην, αὐτοῦ μένοντας
διαναυμαχέειν.

Mox insecuto terrae motu, vota diis nuncupata, Aeacidaeque auxilium rogati [c. 83,].

64 Οὕτω μὲν οἱ περὶ Σαλαμῖνα, ἔπεσι ἀκροβολι-
σάμενοι, ἐπεί τε Εὐρυβιάδῃ ἔδοξε, αὐτοῦ παρεσκευά-
2 ζοντο ὡς ναυμαχήσοντες. ἡμέρη τε ἐγίνετο, καὶ

VII, 143. Quod sequitur ἀνεδιδάσκετο, bene Valcken. reddit: *dedocebatur*, *dedocendum se praebuit*; nam ἀναδιδάσκεσθαι valet: *priora dedoceri* s. *dedocendum se praebere*, *ut quis alia discat istis contraria*, quemadmodum ἀναδιδάσκειν apud Thucydid. VIII, 86. Ad quam eandem praepositionis vim pertinent verba composita ἀναρᾶσθαι, ἀνεύχεσθαι, alia. Ad medii verbi vim ac notionem conf. nott. ad II, 154.

μή σφεας ἀπολίπωσι] Eadem ferme Plutarch. Themist. 11 fin. pag. 117 F. ταῦτα τοῦ Θεμιστοκλέους εἰπόντος, εὔνοια καὶ δέος ἔσχε τὸν Εὐρυβιάδην τῶν Ἀθηναίων, μὴ σφᾶς ἀπολιπόντες οἴχωνται. — In seqq. de verbo ἀνάγειν dixi ad VIII, 60 §. 1. Ad ἀπολιπόντων (ubi licet mente addere σφέας) conf. VII, 221.

Cap. LXIV.

ἔπεσι ἀκροβολισάμενοι] ἀκροβολίζεσθαι proprie de velitum certamine dicitur, quod ipsam pugnam anteire solet, tum vero ad mutuos transfertur sermones rixasque pugnam antecedentes. Conf. Blomfield. Glossar. ad Aeschyl. S. c. Th. 146 et Hemsterhus. ad Lucian. I pag. 417 Bip., qui hoc verbum de iis quoque dici notat, qui e loco altiore atque opportuno lapidibus aliquem e longinquo petunt. Quod ad Herodotum attinet, eâdem figurâ ab eodem dici λόγων ὠθισμὸν observat Wesseling. VIII, 78. IX, 26.

ἡμέρη τε ἐγίνετο καὶ ἅμα κ. τ. λ.] De particulis τε — καὶ vid. nott. ad IV, 53. Ad seq. ἐπικαλέσασθαι τοὺς Αἰακίδας συμμάχους conf. nott. ad V, 80 et VIII, 83. Plut. Themistocl. 15. Larcherus h. l. excitaverat Pausan. II, 29. Apollodor. III, 11 §. 6. Ac nemo nescit, Telamonem Aeaci fuisse filium, Salaminis insulae regem patremque Aiacis, qui in bello Troiano obiit, Teucro fratre a reditu in patriam excluso. — In fine cap. ἐπὶ δὲ Αἰακὸν καὶ τοὺς ἄλλους Αἰακίδας valet: *ad Aeacum et reliquos Aeacidas arces-*

ἅμα τῷ ἡλίῳ ἀνιόντι σεισμὸς ἐγένετο ἔν τε τῇ γῇ καὶ τῇ θαλάσσῃ. ἔδοξε δέ σφι εὔξασθαι τοῖσι θεοῖσι, καὶ ἐπικαλέσασθαι τοὺς Αἰακίδας συμμάχους. ὡς δέ σφι ἔδοξε, καὶ ἐποίευν ταῦτα. εὐξάμενοι γὰρ πᾶσι τοῖσι θεοῖσι, αὐτόθεν μὲν ἐκ Σαλαμῖνος Αἴαντά τε καὶ Τελαμῶνα ἐπεκαλέοντο· ἐπὶ δὲ Αἰακὸν καὶ τοὺς ἄλλους Αἰακίδας νῆα ἀπέστελλον ἐς Αἴγιναν.

65 Ἔφη δὲ Δικαῖος ὁ Θεοκύδεος, ἀνὴρ Ἀθηναῖος, φυγάς τε καὶ παρὰ Μήδοισι λόγιμος γενόμενος τοῦτον τὸν χρόνον· ἐπεί τε ἐκείρετο ἡ Ἀττικὴ χώρη ὑπὸ τοῦ πεζοῦ στρατοῦ τοῦ Ξέρξεω, ἐοῦσα ἐρῆμος Ἀθηναίων, τυχεῖν τότε ἐὼν ἅμα Δημαρήτῳ τῷ Λακεδαιμονίῳ ἐν τῷ Θριασίῳ πεδίῳ· ἰδεῖν δὲ κονιορτὸν χωρέοντα ἀπὸ Ἐλευσῖνος, ὡς

Pulvis clamorque mysticus Eleusine circa idem tempus exortus, quid de belli eventu portenderit.

---

sendos, ut I, 110, etc. ἀπέστελλον dabat Mediceus cum aliis pro vulg. ἀπέστειλαν, quod habet etiam Schol. Hermog. pag. 407, qui seqq. citat pag. 890. Utramque scripturam habet Florentinus liber et quidem ab eâdem manu.

Cap. LXV.

Ἔφη δὲ Δικαῖος κ. τ. λ.] Ex Herodoto hausit Schol. ad Aristoph. Nub. 302 coll. Plutarchi Themistocl. 15 init. p. 119 E., Aristide, qui notante Valckenaer. pluribus locis huius rei meminit I p. 55. 451. II p. 350 (ubi conf. Schol. pag. 251 Frommel.) I p. 248, ubi itidem plura in scholiis pag. 65 Frommel, quae ex parte excitaverat *Creuz.* in Commentt. Herodd. p. 234.

ἐπεί τε ἐκείρετο κ. τ. λ.] Attigit Eustath. ad Il. p. 364, 25, s. p. 475 fin.

τυχεῖν τότε ἐὼν] Recte Viger. p. 301: *dixit se tum forte fuisse.* De *Thriasio* campo, qui ab Eleusine Boeotiam versus extensus multum patuit, beneque discerni debet a campo *Rhario*, qui minor ambitu inter mare et collem illum, in quo arx Eleusinia fuisse fertur, extendebatur, vid. interprett. ad Thucydid. II, 19 (Poppo I, 2 p. 256) Pausan. I, 38 §. 6. Herod. IX, 7 fin. Plutarch. Themistocl. 15. Pelop. 8. Arat. 33: quae ex parte iam attulit Sintenis pag. 103. Kruse Hellas I, 2 pag. 178 seq. 180.

ἰδεῖν δὲ] δὲ male in quibusdam omissum retinui meliorum codd. auctoritate, itemque dedi μάλιστά κῃ, ubi alii κου vel που. Tu conf. Herod. II, 75. IV, 174. VII, 30. Pro ἀποθωμάζων, ut cum Schweigh. dederat Gaisf., revocavi ἀποθωυμάζων. Ad formam ὅτεων conf. Matth. Gr. Gr. §. 153. not. 1. pag. 286 et ad πρόκα not. ad I, 111.

ἀνδρῶν μάλιστά κῃ τρισμυρίων· ἀποθωυμάζειν τέ
σφεας τὸν κονιορτὸν, ὅτεών κοτε εἴη ἀνθρώπων, καὶ
πρόκα τε φωνῆς ἀκούειν, καί οἱ φαίνεσθαι τὴν φω-
2 νὴν εἶναι τὸν μυστικὸν ἴακχον. εἶναι δ' ἀδαήμονα 648
τῶν ἱρῶν τῶν ἐν Ἐλευσῖνι τὸν Δημάρητον, εἴρεσθαί
τε αὐτὸν ὅ τι τὸ φθεγγόμενον εἴη τοῦτο· αὐτὸς δὲ

τὸν μυστικὸν ἴακχον] Dicaeus dicebat, *clamorem* illum *sibi videri esse mysticum Iacchum.* Ita Valckenaer. „qui quod ante has voces verbum *ᾀδόντων* vel *ἐξαγόντων* excidisse olim putaverat, postea iure retraxit coniecturam. *Iacchus*, quod satis constat, in mysteriis Atticis dicebatur *Bacchus puer*, cuius statuam variis rebus ornatam e Ceramico, ubi Iacchi aedes erat, in Eleusinium templum sexto Eleusiniorum die quando deferebant initiati magnâ ac solemni pompa, hymnum in laudem Iacchi compositum, qualem v. c. exhibet Aristophanes Ran. 401, cantantes, id vocabant *ἐξάγειν τὸν Ἴακχον*: de quo plura attuli ad Plutarch. Alcibiad. p. 245. Tu vid. praesertim Creuzer. Symbol. IV pag. 528. Tum vero etiam ipse ille hymnus, quem in solemni pompa cantari diximus, vocabatur *Ἴακχος*, teste Hesych. s. v. II pag. 5, ubi legimus inter alia: *καὶ ἡ ᾠδὴ, ἣν οἱ μεμυημένοι ᾄδουσι* coll. Suid. s. v. II pag. 87. Inde quoque *ἰακχάζειν* idem quod *ᾄδειν τὸν Ἴακχον*, interprete Hesych. s. v. *δι' ἀγορᾶς* I pag. 939. Schol. Aristoph. Ran. 324. et Gloss. Herodot., ubi *ἰακχάζουσιν· λέγουσι, φλυαροῦσι*, quae eadem habet Suidas l. l. Itaque in Herodoti hoc loco *τὸν μυστικὸν Ἴακχον* accipio de carmine sacro, quale in illa Iacchi pompa canere solebant initiati, eoque etiam refero verbum *ἰακχάζουσι*, quod infra legitur: *hoc carmen in Iacchi laudem canunt*, sive ut Valcken. reddit: *istoc* (clamore) *utuntur die festo Iacchum saepius inclamantes.*

εἶναι δ' ἀδαήμονα]. Pro *εἶναι* Villoison. ad St. Croix Recherch. sur l. myst. d. pagan. I. p. 327 substitui vult *ἰέναι*, ut inde scil. existat sententia: „*vocem emissam esse a mystico Baccho*“ quo sane minime opus. Nec magis opus participio *γινομένων*, quod post voces *τῶν ἐν Ἐλευσῖνι* vulgo insertum tenent Schaefer., Matth. et Bekker. Equidem cum Schweigh. et Gaisf. verbum e scholio, ut videtur, invectum omisi. Florentinus liber dabat *γενομένων*. — Ad particulae *τε* usum post *εἴρεσθαι* conf. allata ad VII, 188.

αὐτὸς δὲ εἰπεῖν] *εἰπεῖν* cum Gaisf. et Matth. dedi librorum ex auctoritate. Vulgo *εἶπαι.*

εἰπεῖν· „Δημάρητε, οὐκ ἔστι ὅκως οὐ μέγα τι σί-
3 „νος ἔσται τῇ βασιλέος στρατιῇ. τάδε γὰρ ἀρίδη-
„λα, ἐρήμου ἐούσης τῆς Ἀττικῆς, ὅτι θεῖον τὸ φθεγ-
„γόμενον, ἀπὸ Ἐλευσῖνος ἰὸν ἐς τιμωρίην Ἀθη-
4 „ναίοισί τε καὶ τοῖσι συμμάχοισι. καὶ ἢν μέν γε
„κατασκήψῃ ἐς τὴν Πελοπόννησον, κίνδυνος αὐτῷ
„τε βασιλέϊ καὶ τῇ στρατιῇ τῇ ἐν τῇ ἠπείρῳ ἔσται·
„ἢν δὲ ἐπὶ τὰς νῆας τράπηται τὰς ἐν Σαλαμῖνι,
5 „τὸν ναυτικὸν στρατὸν κινδυνεύσει βασιλεὺς ἀπο-
„βαλέειν. τὴν δὲ ὁρτὴν ταύτην ἄγουσι Ἀθηναῖοι
„ἀνὰ πάντα ἔτεα τῇ Μητρὶ καὶ τῇ Κούρῃ, καὶ αὐ-

Idem feci, paulo inferius et VIII, 73 fin. 68 §. 1. 87. 112. IX, 16. 18. 46. 82. 84. 89. At VIII, 88 reliqui εἶπαι, cuius loco unus Sancrofti liber εἰπεῖν, itemque VIII, 118. 128. 140 §. 2. IX, 8, ubi unus Florentinus dat εἰπεῖν. Vix enim mihi credibile, ipsum Herodotum in talibus formis constanter egisse: quas cum ad unam normam redigere ob librorum vetustorum dissensum nobis haudquaquam liceat, malui in singulis locis codicum potiorum sequi auctoritatem.

οὐκ ἔστι ὅκως οὐ] i. e. *fieri nequit, quin:* de quo loquendi genere vid. modo Zeun. ad Viger. p. 235 seq. Xenoph. Anab. II, 4, 3. Aristoph. Ach. 116. Eqq. 238. Plat. Apolog. Socr. p. 27 E. Mox ἀπ' Ἐλευσῖνος ἰὸν e Florentino alioque libro repositum (dudum iubente Wesseling. Diss. Herod. XI p. 167) pro ἐόν. — Paulo ante dedi βασιλέος pro βασιλῆος et σίνος pro σῖνος, quod Schaeferus cum Matth. et Bekk. reliquit.

τάδε γὰρ ἀρίδηλα] i. e. *hoc enim manifestum est.* Apud Homerum invenitur hoc sensu ἀρίζηλος: de quâ voce conf. Buttmann. Lexilog. I p. 252 seq., qui idem p. 147. de syllaba ἀρι multis vocibus praeposita disputat. — Ad vocem τιμωρίην conf. nott. ad VII, 169. — ἢν — κατασκήψῃ est: *si ingruerit, inciderit:* de quo vid. nott. ad VII, 10 §. 5.

ἀνὰ πάντα ἔτεα] i. e. *quoque anno.* De tempore, quo magna Eleusinia celebrabantur, cum olim dissentirent viri docti, nunc quidem ob disertum Herodoti testimonium nihil dubium, quoque anno et quidem mense Boedromione, qui cum Septembri nostro sic satis convenit, illa fuisse celebrata. Plura Creuzer. in Symbol. IV pag. 493. Vocibus τῇ *Μητρὶ* καὶ τῇ *Κούρῃ* neminem fugit, indicari *Cererem* atque *Proserpinam*, ita appellari solitas in sacra mysteriorum disciplina. Ad quam

„τῶν τε ὁ βουλόμενος καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων
„μυεῖται· καὶ τὴν φωνὴν, τῆς ἀκούεις, ἐν ταύτῃ
6 „τῇ ὁρτῇ ἰακχάζουσι.“ Πρὸς ταῦτα εἰπεῖν Δημά-
ρητον· „Σίγα τε, καὶ μηδενὶ ἄλλῳ τὸν λόγον τοῦ-
„τον εἴπῃς. ἢν γάρ τοι ἐς βασιλέα ἀνενειχθῇ τὰ
„ἔπεα ταῦτα, ἀποβαλέεις τὴν κεφαλήν· καί σε οὔτε
„ἐγὼ δυνήσομαι ῥύσασθαι, οὔτ' ἄλλος ἀνθρώπων
„οὐδὲ εἷς. ἀλλ' ἔχ' ἥσυχος· περὶ δὲ στρατιῆς τῆσ-
7 „δε θεοῖσι μελήσει.“ Τὸν μὲν δὴ ταῦτα παραινέ-
ειν. ἐκ δὲ τοῦ κονιορτοῦ καὶ τῆς φωνῆς γενέσθαι
νέφος, καὶ μεταρσιωθὲν φέρεσθαι ἐπὶ Σαλαμῖνος
8 ἐπὶ τὸ στρατόπεδον τὸ τῶν Ἑλλήνων. οὕτω δὲ αὐ-
τοὺς μαθεῖν, ὅτι τὸ ναυτικὸν τὸ Ξέρξεω ἀπολέεσθαι
μέλλοι. Ταῦτα μὲν Δικαῖος ὁ Θεοκύδεος ἔλεγε,
Δημαρήτου τε καὶ ἄλλων μαρτύρων καταπτόμενος.

66 Οἱ δὲ ἐς τὸν Ξέρξεω ναυτικὸν στρατὸν ταχθέν-

---

etiam pertinet verbum μυεῖσθαι, quo Noster paulo post usus est et II, 51, si quidem illud in universum de quibusvis sacris arcanis secretisve adhibetur. Plura idem Creuzer. Symbol. IV p. 500. — Proximum ἀποβαλέεις τὴν κεφαλὴν Wyttenbach. ad Plutarch. Morall. I pag. 132 a *Cr.* laudatus comparat cum Plutarchi (II p. 11 B.) dicto simili: τὴν κεφαλὴν οὐχ ἕξεις et I p. 1015 E. (in Vit. Artaxerx. cp. 9.) ἀπολεῖς - τὴν κεφαλήν.

ἔχε ἥσυχος] Adiectivum in his adhiberi observat Larcher. citans Euripid. Med. 553. Orest. 1275. — Paulo ante βασιλέα dedi pro βασιλῆα. — Verbum μέλει cum praepositione περὶ coniunctum invenimus VI, 101. Plura dabit Strange in Seebod. et Iahn. Annall. Suppl. II, 3 p. 400, qui etiam huc refert similem verbi φροντίζειν structuram VIII, 36 et VII, 236.

ἐκ δὲ τοῦ κονιορτοῦ] δὲ e Florent. a recentt. iure receptum pro vulg. δή. Pro μεταρσιωθὲν in Schol. Hermog. l. l. exstat μετάρσιον γενόμενον, itemque ἀπολέσθαι pro ἀπολέεσθαι. Vox μετάρσιος, quae idem valet atque μετέωρος supra exstat VII, 188.

Δημαρήτου τε καὶ ἄλλων μαρτύρων καταπτόμενος] i. e. *Demarati aliorumque invocans testimonium.* Conf. VI, 68 et Eustath. ad Il. p. 155, 28 s. 117, 34, ubi καταπτόμενος ille interpretatur μάρτυρας προφέρων.

Cap. LXVI.

Οἱ δὲ ἐς τὸν Ξέρξεω ναυτικὸν στρατὸν ταχθέντες] Ad

τες ἐπειδὴ ἐκ Τρηχῖνος, θεησάμενοι τὸ τρῶμα τὸ
Λακωνικὸν, διέβησαν ἐς τὴν Ἱστιαίην, ἐπισχόντες
ἡμέρας τρεῖς ἔπλωον δι' Εὐρίπου, καὶ ἐν ἑτέρῃσι
2 τρισὶ ἡμέρῃσι ἐγένοντο ἐν Φαλήρῳ. Ὡς μὲν ἐμοὶ
δοκέειν, οὐκ ἐλάσσονες ἐόντες ἀριθμὸν ἐσέβαλον ἐς
τὰς Ἀθήνας, κατά τε ἤπειρον καὶ τῇσι νηυσὶ ἀπι-
κόμενοι, ἢ ἐπί τε Σηπιάδα ἀπίκοντο καὶ ἐς Θερ-
3 μοπύλας. ἀντιθήσω γὰρ τοῖσί τε ὑπὸ τοῦ χειμῶ-
νος αὐτῶν ἀπολομένοισι, καὶ τοῖσι ἐν Θερμοπύλῃσι,
καὶ τῇσι ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ναυμαχίῃσι, τούσδε τοὺς
τότε οὔκω ἑπομένους βασιλέϊ, Μηλιέας τε καὶ Δω-
ριέας, καὶ Λοκροὺς, καὶ Βοιωτοὺς, πανστρατιῇ ἑπο-
μένους, πλὴν Θεσπιέων τε καὶ Πλαταιέων· καὶ μά-
λα Καρυστίους τε καὶ Ἀνδρίους, καὶ Τηνίους τε καὶ
τοὺς λοιποὺς νησιώτας πάντας, πλὴν τῶν πέντε
4 πολίων, τῶν ἐπεμνήσθην πρότερον τὰ οὐνόματα.
ὅσῳ γὰρ δὴ προέβαινε ἐσωτέρω τῆς Ἑλλάδος ὁ Πέρ-
67 σης, τοσούτῳ πλέω ἔθνεά οἱ εἵπετο. Ἐπεὶ ὦν ἀπί-
κατο ἐς τὰς Ἀθήνας πάντες οὗτοι, πλὴν Παρίων·
Πάριοι δὲ ὑπολειφθέντες ἐν Κύθνῳ, ἐκαραδόκεον

Inter haec Persarum classis in Phalerum appellit. Quantis copiis Xerxes Atticam terra marique invaserit.

649

Ibi cum Xerxes de proelio navali deliberaturus suos convocasset,

---

locutionem conf. VII, 21. VIII, 1. — Cohaerent autem haec, ut bene monet Schweigh., cum superioribus VIII, 24. 25. — In seqq. ad vocem τρῶμα conf. citt. ad VI, 132 et ad Ἱστιαίην nott. ad VII, 175.

ἢ ἐπί τε Σηπιάδα] Conf. nott. ad VII, 183. 186. De *Meliensibus* vid. VII, 132; de *Doriensibus* VIII, 31; de *Locris* VII, 132; de *Boeotis* VII, 132; de *Thespiis* et *Plataeensibus* VII, 132. VIII, 50; de *Carystiis* vid. VI, 99; de *Andriis* IV, 33; de *Teniis* IV, 33. VI, 97. νησιώτας de Cycladum incolis intelligi supra iam monuimus.

πλὴν τῶν πέντε πολίων τῶν κ. τ. λ.] Intelligit Naxum, Melum, Siphnum, Seriphum et Cythnum VIII, 46 nominatas; quas easdem vocat πόλεις *civitates*, quemadmodum III, 139 Samus vocatur πολίων πασέων πρώτη coll. I, 144. De structura verbi ἐπεμνήσθην docuit Matth. Gr. Gr. §. 347, not. 2 pag. 656, qui idem pag. 259 ad πλέω conferatur.

Cap. LXVII.

ἐν Κύθνῳ] Conf. VII, 90 et ad sequens ἐκαραδόκεον nott. ad VII, 168. Usum voculae δὲ in verbis οἱ δὲ λοιποὶ, ubi iam antecessit Πάριοι δέ attigit Matth. Gr. Gr. §. 616

τὸν πόλεμον κῇ ἀποβήσεται· οἱ δὲ λοιποὶ ὡς ἀπί-
κοντο ἐς τὸ Φάληρον, ἐνθαῦτα κατέβη αὐτὸς Ξέρ-
ξης ἐπὶ τὰς νῆας, ἐθέλων σφι συμμῖξαι τε καὶ πυ-
2 θέσθαι τῶν ἐπιπλωόντων τὰς γνώμας. Ἐπεὶ δὲ ἀ-
πικόμενος προΐζετο, παρῆσαν μετάπεμπτοι οἱ τῶν
ἐθνέων τῶν σφετέρων τύραννοι καὶ ταξίαρχοι ἀπὸ
τῶν νηῶν, καὶ ἵζοντο ὥς σφι βασιλεὺς ἑκάστῳ τιμὴν
ἐδεδώκεε· πρῶτος μὲν ὁ Σιδώνιος βασιλεύς· μετὰ δὲ, ὁ
3 Τύριος· ἐπὶ δὲ, ὦλλοι. ὡς δὲ κόσμῳ ἐπεξῆς ἵζον-
το, πέμψας Ξέρξης Μαρδόνιον, εἰρώτα, ἀποπειρώ-
68 μενος ἑκάστου, εἰ ναυμαχίην ποιέοιτο. Ἐπεὶ δὲ πε-
ριϊὼν εἰρώτα ὁ Μαρδόνιος, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ Σι-
δωνίου, οἱ μὲν δὴ ἄλλοι κατὰ τὠυτὸ γνώμην ἐξε-
φέροντο, κελεύοντες ναυμαχίην ποιέεσθαι, Ἀρτεμι-
1 σίη δὲ τάδε ἔφη· „Εἰπεῖν μοι πρὸς βασιλέα, Μαρ-
„δόνιε, ὡς ἐγὼ τάδε λέγω. Οὔτε κακίστην γενομέ-
2 „νην ἐν τῇσι ναυμαχίῃσι τῇσι πρὸς Εὐβοίῃ, οὔτε 650
„ἐλάχιστα ἀποδεξαμένην, δέσποτα, τήνδε ἐοῦσαν

pugna, caeteris suadentibus, a sola Artemisia [7, 99.], muliere viris longe callidiori, dissuadetur.

---

pag. 1247. De *Pariis* conf. V, 28 seqq. 31. VI, 133 seqq. VIII, 112. De verbo συμμῖξαι conf. nott. ad VIII, 58.

ὁ Σιδώνιος βασιλεύς] Attigi haec ad VII, 100. Ad voces ἀποπειρώμενος ἑκάστου conf. nott. ad III, 119. Add. Plat. Phaed. p. 60 E: ἐνυπνίων τινῶν ἀ π ο π ε ι ρ ώ μ ε ν ο ς τί λέγοι. Verba εἰ ναυμαχίην ποιέοιτο cum G. Hermann. Opuscc. IV. p. 90. 91 reddiderim: *an pugnam navalem committi censerent.*

Cap. LXVIII.

οἱ μὲν δὴ ἄλλοι — ἐξεφέροντο] Ad locutionem conf. V, 36 ibiq. nott. Duo codd. dant ὦλλοι; alii οἱ μὲν ἄλλοι. Tu conf. Koen. ad Gregor. Cor. de dialect. Dor. §. 12 p. 199. — De *Artemisia* dixi ad VII, 99.

§. 1.

εἰπεῖν μοι] Alii εἶπαι: de quo vid. nott. ad VIII, 65. Alii etiam εἰπέ. Sed vid. Matth. Gr. Gr. §. 545, qui idem pronomen μοι additum attigit Gr. Gr. §. 389 f. Wesselingius comparaverat Il. XIV, 501 ibiq. Eustath. — Pro βασιλῆα rescripsi βασιλέα.

ἐλάχιστα ἀποδεξαμένην] scil. πράγματα, ἔργα. Vid. allata ad VII, 138. Locutionem ἀποδείκνυσθαι γνώμην attigi ad I, 170. τὴν ἐοῦσαν γνώμην Valcken. recte interpretatur *veram animi mei sententiam.* Conf. I, 95 ibiq. nott. et nott.

„γνώμην με δίκαιόν ἐστιν ἀποδείκνυσθαι, τὰ τυγ-
3 „χάνω φρονέουσα ἄριστα ἐς πρήγματα τὰ σά. καί
„τοι τάδε λέγω· φείδεο τῶν νηῶν, μηδὲ ναυμαχίην
„ποιέο. οἱ γὰρ ἄνδρες τῶν σῶν ἀνδρῶν κρέσσο-
„νες τοσοῦτό εἰσι κατὰ θάλασσαν, ὅσον ἄνδρες γυ-
4 „ναικῶν. τί δὲ πάντως δέει σε ναυμαχίῃσι ἀνακιν-
„δυνεύειν; οὐκ ἔχεις μὲν τὰς Ἀθήνας, τῶν περ εἵ- 1
„νεκα ὡρμήθης στρατεύεσθαι, ἔχεις δὲ τὴν ἄλλην
„Ἑλλάδα; ἐμποδὼν δέ τοι ἵσταται οὐδείς· οἱ δ'
5 „ἔτι ἀντέστησαν, ἀπήλλαξαν οὕτω ὡς κεῖνους ἔπρε-
„πε. Τῇ δὲ ἐγὼ δοκέω ἀποβήσεσθαι τὰ τῶν ἀντι- 5 2
„πολέμων πρήγματα, τοῦτο φράσω. ἢν μὲν μὴ ἐπει-

---

ad V, 50 — *Iustum est me vere et ex animo ea enuntiare, quae optima duco ad tuas res s. quae tuis rebus maxime conducere arbitror.* Reiskii commentis hic facile supersedere possumus. Sequens καί τοι in conclusionibus aut transitionibus bene adhibitum illustrat Hartung. Lehre v. d. Griech. Partikk. II pag. 353.

ποιέο] Duo codd. ποίεε; Wesselingius cum aliis ποιέεο. Quod equidem cum Schaef., Schweigh. et Gaisford. dedi, tuentur Florentinus alterque liber et similes apud Herodotum formae: αἰτέο I, 90, ubi vid. nott. ἐξηγέο III, 72. ἀκέο III, 40. φοβέο VII, 52. προθυμέαι I, 206. φοβέαι I, 39. Mox pro τοὶ γὰρ, quod libri scripti respuunt, dedi οἱ γὰρ, iubente quoque Struv. Spec. Quaest. I pag. 10. 11., qui alteram articuli formam ab Herodoto alienam esse recte statuere videtur. Ad ipsam sententiam, quam Artemisia h. l. eloquitur, faciunt, quae ad VIII, 88 adscripsimus.

οἱ δ' ἔτι ἀντέστησαν] Ita e Florent. dedi cum Schweigh. et Gaisf. pro vulg. οἳ δέ τοι, quod retinuerunt Matth. et Bekker. — Ad. seq. ἀπήλλαξαν (*discesserunt*) conf. I, 16. κεῖνους retinui cum recentt., libris scriptis inter κείνους et ἐκείνους fluctuantibus, ut IV, 139.

§. 2.

Τῇ δὲ ἐγὼ δοκέω κ. τ. λ.] Conf. quae similia ex Herodoto congessit Struve l. l. I pag. 32. ἀντιπολέμων omnes hic tenent codd., ut VII, 236. Alibi ἀντιπολέμιος, ut IV, 134. 140, ubi conf. nott.

ἢν μὲν μὴ ἐπειχθῇς — ποιεύμενος] Participium h. l. verbo ἐπείγεσθαι adstruxit, paulo post §. 3. infinitivum addidit. Conf. Matth. Gr. Gr. pag. 1091. Sequentia: τὰς νῆας αὐτοῦ ἔχῃς πρὸς γῇ μένων excitat

„χθῆς ναυμαχίην ποιεύμενος, ἀλλὰ τὰς νῆας αὐτοῦ
„ἔχῃς πρὸς γῇ μένων, ἢ καὶ προβαίνων ἐς τὴν Πε-
„λοπόννησον, εὐπετέως τοι, δέσποτα, χωρήσει τὰ
6„νοέων ἐλήλυθας. οὐ γάρ οἷοί τε πολλὸν χρόνον
„εἰσί τοι ἀντέχειν οἱ Ἕλληνες, ἀλλά σφεας διασκε-
7„δᾶς, κατὰ πόλις δὲ ἕκαστοι φεύξονται. οὔτε γὰρ
„σῖτος πάρα σφίσι ἐν τῇ νήσῳ ταύτῃ, ὡς ἐγὼ πυν-
„θάνομαι· οὔτε αὐτοὺς οἰκὸς, ἢν σὺ ἐπὶ τὴν Πε-
„λοπόννησον ἐλαύνῃς τὸν πεζὸν στρατὸν, ἀτρεμιεῖν
„τοὺς ἐκεῖθεν αὐτῶν ἥκοντας· οὐδέ σφι μελήσει
3 8„πρὸ τῶν Ἀθηναίων ναυμαχέειν. Ἢν δὲ αὐτίκα
„ἐπειχθῇς ναυμαχῆσαι, δειμαίνω μὴ ὁ ναυτικὸς στρα-
„τὸς κακωθεὶς τὸν πεζὸν προσδηλήσηται. πρὸς δὲ,
„ὦ βασιλεῦ, καὶ τόδε ἐς θυμὸν βαλεῦ, ὡς τοῖσι 651
„μὲν χρηστοῖσι τῶν ἀνθρώπων κακοὶ δοῦλοι φι-
9„λέουσι γίνεσθαι, τοῖσι δὲ κακοῖσι, χρηστοί. σοὶ
„δὲ, ἐόντι ἀρίστῳ ἀνδρῶν πάντων, κακοὶ δοῦλοί

Schaefer. ad Lambert. Bos. Ellipss. L. Gr. 316, ubi laudat Euripid. Hecub. 35. Ad loci argumentum Valcken. conferri iubet VII, 10, ubi Xerxem patruus ante susceptam expeditionem frustra monuerat ἐπειχθῆναι πᾶν πρῆγμα itemque Plutarch. II p. 870 A. Herodotea cavillantem. Sed scite observat Wesseling., videri Herodotum, cum talia Artemisiam faciat dicentem, aliquid memoriae civis suae, quam ubique laudibus effert, tribuisse. Conf. nott. ad VII, 99.

διασκεδᾶς] Conf. Matth. Gr. Gr. §. 181, 2 p. 323, qui idem p. 878 ad seqq. οὔτε αὐτοὺς οἰκὸς κ. τ. λ. consul. Ad verbum ἥκοντας vid. citt. ad VIII, 50; de forma ἀτρεμιεῖν citt. ad VIII, 62; et de verbis πρὸ τῶν Ἀθηναίων ν. nott. ad VIII, 49.

§. 3.

ἐς θυμὸν βαλεῦ] De hoc loquendi genere conf. nott. ad VII, 51. Descripsit Herodotea Stobaeus Sermm. LX. [62] p. 385 T. II p. 451 Gaisf., qui nunc edidit βάλεο, ubi olim βάλλε. Ad seqq. de heris ac servis Wessel. conferri vult Stob. Serm. LXXII. [74] p. 438 fin. s. T. III p. 70 Gaisf.

ἐόντι ἀρίστῳ] Respici hic volumus Xerxem a corporis formositate aeque atque ab animi praestantia laudatum. Conf. supra VII, 187.

„εἰσι, οἳ ἐν συμμάχων λόγῳ λέγονται εἶναι, ἐόντες „Αἰγύπτιοί τε καὶ Κύπριοι καὶ Κίλικες καὶ Πάμ-
69 „φυλοι, τῶν ὄφελός ἐστι οὐδέν.“ Ταῦτα λεγούσης πρὸς Μαρδόνιον, ὅσοι μὲν ἦσαν εὔνοοι τῇ Ἀρτεμισίῃ συμφορὴν ἐποιεῦντο τοὺς λόγους, ὡς κακόν τι πεισομένης πρὸς βασιλέος, ὅτι οὐκ ἐᾷ ναυμαχίην ποιέεσθαι· οἱ δὲ ἀγαιόμενοί τε καὶ φθονέοντες αὐτῇ, ἅτε ἐν πρώτοισι τετιμημένης διὰ πάντων τῶν
2 συμμάχων, ἐτέρποντο τῇ κρίσι, ὡς ἀπολεομένης αὐ-

Nihilo minus sequiore consilio Xerxi probato, Persica classis Graecam aggressura,

---

ἐόντες Αἰγύπτιοι] Qui iidem omnium optime pugnasse dicuntur VIII, 17. Add. VII, 89. De *Cypriis* vid. VII, 90, de *Cilicibus* et *Pamphylis* VII, 91. Ad hunc autem Herodoti locum Valckenaer. refert Demetr. De eloc. §. 63, illud addens vim verborum τῶν ὄφελός ἐστι οὐδὲν tum maxime apparere, si contrariam spectemus dictionem ὧν τι καὶ ὄφελός ἐστι: *quorum usus quidem est*, i. e. *qui praestantissimi atque utilissimi sunt*, coll. Aelian. N. A. XIII, 4. Aristid. T. III p. 686. Hemsterhus. ad Lucian. Tim. §. 55. T. I pag. 436 Bip. Larcherus Gallice sic expressit: *peuples lâches et méprisables.*

Cap. LXIX.

συμφορὴν ἐποιεῦντο] Vid. citt. ad V, 5. Seqq. ὡς κακόν τι πεισομένης, attigit Matth. Gr. Gr. §. 568 pag. 1121. — οὐκ ἐᾷ est *dissuadebat*, ut VIII, 36.

ἀγαιόμενοι] i. e. *invidentes*, *succensentes*. Conf. Herod. VI, 61 et Eustath. ad Iliad. XIV p. 957, 20 Bas. (ubi inter alia hoc: ἀγῶ τὸ φθονῶ καὶ μέμφομαι οὗ παράγωγον τὸ ἀγαίω) et ad Iliad. XXIV pag. 1363, 9 s. 1501, 1. Cr. huc conferri vult. Odyss. VIII, 565 et Apollon. Lex. Homer. pag. 16. 17. Locutionis ἐν πρώτοις (*praecipue*, *inprimis*) bene memor fuit Blomfield. ad Aeschyl. Pers. 449. Genitivus τετιμημένης, ubi sane exspectabas τετιμημένη, ne quem offendat; vide modo VIII, 90. 108; ne plura. Dictionem διὰ πάντων attigi ad VIII, 37.

τῇ κρίσι] Ita cum Schweigh. et Gaisf. e duobus codd. dedi pro ἀνακρίσι, quod praeter Schaeferum etiam retinuerunt Matth. (in Gr. Gr. §. 80, not. 2 pag. 179 citans) et Bekker., quodque minus recte interpretantur *sententiam*, cum ἀνάκρισις potius sit *disceptatio, examen*, ut III, 53, κρίσις vero *iudicium*, aut *disceptatio*, ut V, 5. VII, 26. Ad verbum καταδόξας vid. allata ad III, 27 et ad praesentis infinitivum ἐθελοκακέειν Matth. Gr. Gr. §. 499 pag. 944.

τῆς. Ἐπεὶ δὲ ἀνηνείχθησαν αἱ γνῶμαι ἐς Ξέρξεα, κάρτα τε ἥσθη τῇ γνώμῃ τῆς Ἀρτεμισίης· καὶ νομίζων ἔτι πρότερον σπουδαίην εἶναι, τότε πολλῷ μᾶλ-
3 λον αἴνεε. ὅμως δὲ τοῖσι πλέοσι πείθεσθαι ἐκέλευε τάδε, καταδόξας πρὸς μὲν Εὐβοίῃ σφέας ἐθελοκακέειν, ὡς οὐ παρεόντος αὐτοῦ· τότε δὲ αὐτὸς παρεσκευάσατο θεήσασθαι ναυμαχέοντας.

70 Salaminem versus provehitur.

Ἐπειδὴ δὲ παρήγγελλον ἀναπλώειν, ἀνῆγον τὰς νῆας ἐπὶ τὴν Σαλαμῖνα, καὶ παρεκρίθησαν διατα-
2 χθέντες κατ᾽ ἡσυχίην. τότε μέν νυν οὐκ ἐξέχρησέ σφι ἡ ἡμέρη ναυμαχίην ποιήσασθαι· νὺξ γὰρ ἐπεγένετο· οἱ δὲ παρεσκευάζοντο ἐς τὴν ὑστεραίην. Τοὺς δὲ Ἕλληνας εἶχε δέος τε καὶ ἀῤῥωδίη, οὐκ ἥκιστα
3 δὲ τοὺς ἀπὸ Πελοποννήσου. ἀῤῥώδεον δὲ, ὅτι αὐτοὶ μὲν ἐν Σαλαμῖνι κατήμενοι ὑπὲρ γῆς τῆς Ἀθηναίων ναυμαχέειν μέλλοιεν· νικηθέντες τε, ἐν νήσῳ ἀπολαμφθέντες πολιορκήσονται ἀπέντες τὴν ἑωυ-

---

Cap. LXX.

ἐπειδὴ παρήγγελλον] Pro ἐπειδὴ in Florent. aliisque ἐπεὶ δὲ, quod recepit Bekker. Tu conf. II, 2. VII, 36. Idem Florentinus mox habet παρήγγειλον, ubi Valcken. maluerat παρήγγελλεν, quod ad Xerxem referatur. Equidem ad παρήγγελλον e praegressis repeto οἱ στρατηγοὶ, ad quod idem pertinent ἀνῆγον (de ipso verbo ἀνάγειν conf. nott. ad VIII, 60 §. 1) et παρεκρίθησαν διαταχθέντες i. e. *aciem explicuerunt per otium*, ut Schweigh. reddidit, sive: *explicati illi sunt in acie, suo quisque loco dispositi per ordines.* Verbum παρακρίνεσθαι de classi s. acie se explicante exstat quoque IX, 98; διατάσσεσθαι legitur I, 80. VII, 34. 124. 178.

τότε μέν νυν οὐκ ἐξέχρησε κ. τ. λ.] i. e. *tum quidem dies non suffecit, quo proelium navale committerent.* Conf. III, 137 ibique nott. Mox e Florentino aliisque cum recentt. dedi ποιήσασθαι, ubi ποιέεσθαι e Wesselingii editione retinuerunt Schaefer. et Matthiae.

εἶχε δέος τε καὶ ἀῤῥωδίη] Haud aliter Plutarch. Themistocl. 11. ἔννοια καὶ δέος ἔσχε τὸν Εὐρυβιάδην. — In seqq. voculam τε post νικηθέντες Schweigh. ob praegressum αὐτὸς μὲν mutatum vult in δέ. Sed particulam τε praeter libros scriptos satis tueri videntur, quae ad VII, 188 attuli. De indicativo πολιορκήσονται, qui

Quae dum aguntur, et terrestris Persarum exercitus in Isthmum movet a Peloponnesiis diligenter custoditum.

71 τῶν ἀφύλακτον. Τῶν δὲ βαρβάρων ὁ πεζὸς ὑπὸ
τὴν παρεοῦσαν νύκτα ἐπορεύετο ἐπὶ τὴν Πελοπόν-
νησον· καίτοι τὰ δυνατὰ πάντα ἐμεμηχάνητο, ὅκως
2 κατ' ἤπειρον μὴ ἐσβάλοιεν οἱ βάρβαροι. Ὡς γὰρ
ἐπύθοντο τάχιστα Πελοποννήσιοι τοὺς ἀμφὶ Λεω-
νίδεα ἐν Θερμοπύλῃσι τετελευτηκέναι, συνδραμόντες
ἐκ τῶν πολίων, ἐς τὸν Ἰσθμὸν ἵζοντο· καί σφι ἐπῆν
3 στρατηγὸς Κλεόμβροτος, ὁ Ἀναξανδρίδεω, Λεωνί-
δεω δὲ ἀδελφεός. ἱζόμενοι δὲ ἐν τῷ Ἰσθμῷ, καὶ
συγχώσαντες τὴν Σκιρωνίδα ὁδὸν, μετὰ τοῦτο, ὥς 652

---

optativum *μέλλοιεν* continuo excipit, vid. Matth. Gr. Gr. §. 529 pag. 1031. Ipsum futurum attigi ad VIII, 49, ubi vid. citt.

Cap. LXXI.

ἐσβάλοιεν] Ita e Florentino dedi cum Schweigh., Gaisf. et Bekkero. Alii *ἐσβάλλοιεν*, quod cum prioribus tenent Schaefer. et Matthiae; alii *ἐμβάλοιεν*.

ἐς τὸν Ἰσθμὸν ἵζοντο] „*Sessum ibant in Isthmum.*“ Ita Valcken. bene adiiciens: in Isthmum cum advenissent illi, mox usitata structura dici *ἱζόμενοι ἐν τῷ Ἰσθμῷ*. De praepositionis *ἐς* usu, quae ille citavit I, 199. III, 140, alia, iis adde, quae attuli ad V, 12 et Buttmann. in Demosthen. Midian. p. 175 ed. secund. De *Cleombroto*, qui raro apud veteres commemoratur, etsi patrem habuit regem fratremque nobilissimum Leonidam, conf. Herod. IX, 10.

συγχώσαντες τὴν Σκιρωνίδα ὁδὸν] „Haud incommode redditur: *obstruxerunt viam:* at non utique, ut Larcherus interpretatus est, *terrâ adgestâ*, in saxorum praesertim monte, sed saxorum, puta, ingenti congerie, quae muniti valli rationem haberet, quo interclusa fuerit via et prohibiti adscendentes; nisi potius intelligas *subrutam et dirutam esse viae munitionem*, ita ut et fossis et ruinis intercepta via esset.“ *Schweighaeus.* in Lex. Herod. s. v. *συγχοῦν*. Lange vernacule reddidit: *verschütten*. *Via Scironis*, de qua vid. Pausan. I, 44 §. 10 seq. ibique Siebelis pag. 157. Strab. IX pag. 391 s. 600 A. et Kruse Hell. I, 2 pag. 321 seq. Megaris Isthmum petentibus erat permeanda exordiens quo loco Megarica desinit planities rupesque exsurgunt Moluriae, ubi porta Scironia quae vocabatur olim exstructa erat. Inde super scopulos saxaque *Scironia* quae dicuntur a Scirone, celeberrimo latrone, qui inde praetereuntes rapuisse atque interfecisse fertur, via ducebat sex milliarr. Romann. ad Ki-

σφι ἔδοξε βουλευομένοισι, οἰκοδόμεον διὰ τοῦ
4 Ἰσθμοῦ τεῖχος. ἅτε δὲ ἐουσέων μυριαδέων πολλέων, καὶ παντὸς ἀνδρὸς ἐργαζομένου, ἤνετο τὸ ἔργον.
5 καὶ γὰρ λίθοι, καὶ πλίνθοι, καὶ ξύλα, καὶ φορμοὶ ψάμμου πλήρεες ἐσεφορέοντο, καὶ ἐλίνυον οὐδένα χρόνον οἱ βοηθήσαντες ἐργαζόμενοι, οὔτε νυκτὸς, οὔτε ἡμέρης.

72 Quo Peloponnesi gentes Isthmum contra Xerxem communiverint.

Οἱ δὲ βωθήσαντες ἐς τὸν Ἰσθμὸν πανδημεὶ, οἵδε ἦσαν Ἑλλήνων· Λακεδαιμόνιοί τε καὶ Ἀρκάδες πάντες, καὶ Ἠλεῖοι, καὶ Κορίνθιοι, καὶ Σικυώνιοι, καὶ Ἐπιδαύριοι, καὶ Φλιάσιοι, καὶ Τροιζήνιοι, καὶ
2 Ἑρμιονέες. οὗτοι μὲν ἦσαν οἱ βοηθήσαντες καὶ ὑπεραῤῥωδέοντες τῇ Ἑλλάδι κινδυνευούσῃ· τοῖσι δὲ

---

neta, in periculosissimis habita horrendumque haud uno loco praebens adspectum tum ob rupes praecipites, tum ob mare vicinum ventosque importunos. Adhuc tramiti nomen *Kaki scala* i. e. *mala via*, prouti similem quendam tramitem super Rhaetiae iuga deductum adhuc, quod nemo nescit, vocant *Viam Malam*. Plurima dabit Reinganum: das alte Megaris p. 27 seqq. Ipsis montibus nomen fertur esse *Derveni Buno*, quoniam ad septentrionale montium latus Turcarum portorium (i. e. *Derveni;* nam *Buno* montem s. collem quemlibet indicat) olim constitutum erat.

ἅτε δὲ ἐουσέων μυριαδέων πολλέων] *δὲ* e Florent. cum recentt. exhibui pro *δὴ*, quod cum Schaefero retinuit Matthiae. Ad *ἤνετο* conf. nott. ad I, 189. VII, 20 et ad *ἐλίνυον* nott. ad I, 67. *φορμοὶ* sunt *corbes*, *canistra*.

Cap. LXXII.

Οἱ δὲ βωθήσαντες] Ita Wesseling. ex Eustath. ad Iliad. p. 228, 16 s. 218, 21. Alii *βοηθήσαντες*, quod ipsum mox omnes, quantum scio, libri praebent. Tu conf. allata ad VIII, 1. — Ad dativum *τῇ Ἑλλάδι* consul. Matth. Gr. Gr. §. 394 pag. 721.

τοῖσι δὲ ἄλλοισι Πελοποννησίοισι ἔμελε οὐδέν] Merito haec attendi vult Dahlmann. in Herodot. pag. 184, ut e quibus insigne Nostri scriptoris studium eluceat, quo ductus unum verum, quod in singulis rebus indagando compererat, tradere voluit, ab omni partium studio ita alienus, ut, quae forsan minus laudabilia adeoque ingrata his illis fuissent, non celaret silentiove praetermitteret. Itaque etiam h. l. aperte indicat, quinam inter Peloponnesios Graeciae libertatem tueri studuerint, quique neglexerint.

ἄλλοισι Πελοποννησίοισι ἔμελε οὐδέν. Ὀλύμπια δὲ
73 καὶ Κάρνεια παροιχώκεε ἤδη. Οἰκέει δὲ τὴν Πελοπόννησον ἔθνεα ἑπτά. τούτων δὲ τὰ μὲν δύο, αὐτόχθονα ἐόντα, κατὰ χώρην ἵδρυται νῦν τῇ καὶ τὸ

Hanc peninsulam quot populi incolant; eorum origines.

In quibus *Eleos* contra Xerxem reliquorum Graecorum castra secutos esse scribit Pausanias V, 4 §. 5, negat Diodor. T. II p. 547 Wessel.

Ὀλύμπια δὲ καὶ Κάρνεια παροιχώκεε ἤδη] Ubi ἱερὰ intelligi notat Fischer. ad Weller. III, 1. pag. 258. Ad plusquamperfectum παροιχώκεε conf. Buttmann. Gr. Gr. II pag. 197. De *Carneis* egimus ad VII, 216. Quiescebant autem arma haec dum agebantur festa, nec ante egredi licuit Spartanis ad bellum.

Cap. LXXIII.

Οἰκέει δὲ τὴν Πελοπόννησον ἔθνεα ἑπτά] Respicit ad haec Eustath. ad Iliad. pag. 289, 9 s. 219, 43. In proxime seqq. cum Schaefer. et Schweigh. retinui ἵδρυται νῦν τῇ καὶ, ubi Gaisf. receperat νῦν τε καὶ, quod mihi quidem displicet. Reiskius et Koenius maluerant τὴν νῦντε, Wesselingius (Diss. Herodot. XI pag. 200 seq., ubi etiam comparat VIII, 143) τῇ νῦν τε, Valckenaerius ἵδρυται νῦν, τὴν καὶ, quod valde arridet. Sensus loci minime dubius: *eo loco sedem nunc habent s. habitant, quo olim etiam habitabant.* Et hactenus perfectum ἵδρυται vix multum differt a praesenti οἰκέει, quod etiam paulo inferius servandum duxi, ubi Schweigh. et Gaisf. dederant οἰκέε. — De locutione κατὰ χώρην conf. nott. ad IV, 135. Quod ad loci argumentum attinet, iam Galeus observarat, *sex* tantum gentes videri agnoscere Homerum, totidemque sane occurrere notavit Valckenaerius, quamquam quae poeta attulit, ea adhuc indigere criticâ disquisitione dudum monuerat Strabo VIII p. 332 s. 513 A., qui ipse *sex* praecipue Peloponnesi enumerat regiones: Peloponnesum, Elidem, Messeniam, Laconiam, Argolidem, Achaeam atque Arcadiam, cum alii, ad quos etiam Scymnum Chium vs. 515 seq. referas licet, *septem* nominent; *quinque* olim fuisse enarrat Thucydides I, 10. Neque vero *regiones*, sed diversas ait Valckenaerius Peloponnesi *gentes* enumerari ab Herodoto, quem ipsum opinor respexit Pausanias V init.; quo auctore si eos Graecos, qui quinque duntaxat Peloponnesi partes esse statuunt, sequamur, Eleos et Arcades unâ Arcadiâ contineri statuendum; alteram portionem Achaeorum vult esse, tres reliquas Doriensium. Conf. de his Peloponnesi divisionibus Siebelis in Hellenicc. p. 179.

2 πάλαι οἴκεον, Ἀρκάδες τε, καὶ Κυνούριοι. ἓν δὲ
ἔθνος, τὸ Ἀχαϊκὸν, ἐκ μὲν Πελοποννήσου οὐκ ἐξε-
χώρησε, ἐκ μέν τοι τῆς ἑωυτῶν· οἰκέει δὲ τὴν ἀλ-
λοτρίην. τὰ δὲ λοιπὰ ἔθνεα τῶν ἑπτὰ τέσσερα, ἐπή-
3 λυδά ἐστι, Δωριέες τε, καὶ Αἰτωλοὶ, καὶ Δρύοπες,
καὶ Λήμνιοι. Δωριέων μὲν, πολλαί τε καὶ δόκιμοι

Ἀρκάδες τε καὶ Κυνούριοι] Pausania l. l. auctore gentes Peloponnesum incolentes sunt *Arcades indigenae* atque *Achaei*, qui a Doribus sede sua cum pulsi essent, non egressi Peloponneso eam Ionibus eiectis oram tenuere, quae olim Aegialus dicta nunc ab his ipsis Achaeis Achaeae nomen accepit. *Arcades* vero idem addit easdem semper regiones tenuisse: quocum conveniunt testimonia Herodoti II, 171, Thucydidis I, 2 aliorum, quos afferre pudet. Namque Arcades montibus suis pellere non potuerunt Dores aut noluerunt, quippe religione quâdam obstricti: quo spectat Polyaeni narratio I, 7 coll. Diodor. II p. 635 Wessel.

ἐκ μὲν Πελοποννήσου οὐκ ἐξεχώρησε κ. τ. λ.] Quae hunc in modum expressit Pausanias l. l.: *οὐ μέντοι Πελοποννήσου γε ἐξεχώρησαν, ἀλλὰ ἐκβαλόντες Ἴωνας νέμονται τὸν Αἰγιαλὸν τὸ ἀρχαῖον, νῦν δὲ ἀπὸ τῶν Ἀχαιῶν τούτων καλούμενον*; quibus respicit Herodotea: *οἰκέει δὲ τὴν ἀλλοτρίην* i. e. *Achaiam*. De Achaeis conf. Herod. I, 145. Pausan. VII, 1. Strab. VIII p. 514 B. s. p. 333. 588 B. s. p. 383.

τὰ δὲ λοιπὰ ἔθνεα — ἐπήλυδά ἐστι] Ad vocem *ἐπήλυδα* conf. Matth. Gr. Gr. §. 112 not. 1 pag. 228. Frequentat eam quoque Pausanias IV, 34, 1. II, 5 §. 2. IX, 29 §. 1, quae excitans Siebel. in indic. s. v. amandat ad Lobeck ad Sophocl. Aiac. pag. 271. Apprime autem huc facit idem Pausanias loco supra laudato sic scribens: *τὰ δὲ λοιπὰ* (sc. *γένη τὴν Πελοπόννησον οἰκοῦντα*) *ἐπηλύδων ἐστὶν ἀνθρώπων* ac dein profert *Dryopes, Dorienses*, illos e Parnasso, hos ex Oeta ingressos in Peloponnesum; tum *Eleos* ex Aetolia advectos, igitur *Aetolos*. *Lemnios* omisit itemque *Cynurios*.

Δωριέων μὲν πολλαί τε καὶ δόκιμοι πόλις] Satis notum est, Dores Peloponnesi tres tenuisse partes amplissimas: Argolidem, Laconiam, Messeniam; incolis prioribus, quos Achaeos fuisse novimus, aut eiectis aut subiectis, in perioecorum scil. statum redactis. Vid. Herod. VIII, 31. I, 56 ibique nott. et quae ad h. l. excitavit Valckenaer. Isocrat.

πόλις· Αἰτωλῶν δὲ, Ἦλις μούνη· Δρυόπων δὲ, 653
Ἑρμιόνη τε καὶ Ἀσίνη ἡ πρὸς Καρδαμύλῃ τῇ Λα-

---

p. 119. 120. 270 A. 286 A. [Archid. cp. 5 seq. §. 16 seqq. Panath. cap. 73 §. 177 seqq. cap. 99 §. 253 seq.] Pausanias [II, 13 §. 1 et II, 18 §. 6] p. 140, 151. Meurs. De regn. Lacon. c. 6. Misc. Lac. III, 9. —

Αἰτωλῶν δὲ Ἦλις μούνη] Attigit Eustath. ad Il. p. 303, 28 s. 229, 47.

Δρυόπων δὲ Ἑρμιόνη τε καὶ Ἀσίνη ἡ πρὸς Καρδαμύλῃ τῇ Λακωνικῇ] De Dryopibus conf. allata ad I, 56. 146. Ad hunc vero Herodoti locum comparant Homer. Il. II, 559, ubi etiam iunguntur *Hermione* atque *Asine*. Legitur ibi Ἑρμιόνη, quod etiam h. l. quinque tuentur libri; in Florentino est Ἑρμιώνη, in Mediceo alioque cod. Ἑρμιών; ut sane vix decerni posse putet Valckenaer. quid primitus scriptum fuerit, cum veteres quoque Δωδὼν et Δωδώνη teste Wesseling. ad Diodor. I p. 282 dixerint. De *Hermione* loquitur Herodot. III, 59. VIII, 43 coll. IX, 28; aliorum scriptorum testimonia dabit Popp. Thucydid. I, 2 p. 221. Nam frequens commemoratur illa urbs haud ignobilis olim, teste Strabone VIII p. 373 s. 573 A. coll. Pausan. II, 34, sita in Argolide terrâ, non longe a Troezene (quae nunc *Damala* vocatur), in promontorio, quod, teste Gell., proximum est vico *Castri*. *Asinen* Dryopes Parnasso eiecti primum tenuerunt prope Hermionen: unde pulsi ab Argivis in Messeniae parte a Laconibus accepta alteram condidere *Asinen*; quae quo a priori Hermionensi distingueretur, ἡ πρὸς Καρδαμύλῃ τῇ Λακωνικῇ hîc vocatur. Sita fuit ad Messeniacum sinum, qui inde vel *Asinaei* accepit nomen, inter Acritam promontorium s. Capo Gallo, ut nunc vocant, et *Colonides* s. *Coron*, ab utroque loco quadraginta fere stadiis distans. Apud Strabon. VIII pag. 359 seq. s. p. 551 B πολίχνη vocatur. Adhuc ruinas quasdam exstare prope Saratcha scribit C. O. Müller Dor. II p. 455 coll. I p. 155. Tu vid. Pausan. IV, 34 §. 6. 7 ibique Siebelis. Mannert. VIII pag. 547. Popp. Thucyd. I, 2 pag. 195 seq. not. — *Cardamyle*, quae illa certe aetate primaria per illam oram fuisse videtur urbs (ut bene observat C. O. Müller. Dor. I pag. 155, not. 3 coll. Mannert. VIII pag. 558) Homero iam nota (Il. IX, 150. 292), a mare abfuit octo stadia, in rupe exstructa. Atque etiamnum ista in orâ emporium *Cardamula* sive *Scardamula*, quam urbem in tabula lapidi elegantissime incisâ nuper repraesentarunt auctores operis: Expedition en Morée

4 *κωνικῇ· Λημνίων δὲ, Παρωρεῆται πάντες. οἳ δὲ Κυνούριοι, αὐτόχθονες ἐόντες, δοκέουσι μοῦνοι εἶναι Ἴωνες· ἐκδεδωρίευνται δὲ, ὑπό τε Ἀργείων ἀρ-*

Scienc. physiq. I ser. planch. 22. Vid. Strab. VIII p. 360 s. 552 seq. Pausan. III, 26 §. 5 ibique Siebelis p. 85.

Λημνίων δὲ Παρωρεῆται πάντες] Vid. nott. ad IV, 148.

οἳ δὲ Κυνούριοι αὐτόχθονες ἐόντες, δοκέουσι μοῦνοι εἶναι Ἴωνες] „*Cynurii* [de quibus conf. nott. ad Herod. I, 82. Mannert. VIII p. 10 seq. 618 seq.] habitabant in confinio Argolidis, Laconiae et Arcadiae ad Parnonem et Parthenium montem circa Tanum fluvium, ubi postea collocati erant Argivorum et Lacedaemoniorum termini.“ C. O. *Müller*. Aeginett. pag. 46 coll. Dor. I p. 154 seq., qui idem (Aeginett. p. 47), quod ab Argivis Cynurii descendere dicuntur a Pausania III, 2 §. 3 coll. Steph. Byz. s. v. *Κύνουρα* p. 491 id ab Argivis ita effictum vult, probare studentibus *suam ab initio* fuisse *Cynuriam* (de cuius possessione perpetuo fere contenderant cum Laconibus, teste Thucydide V, 41, ubi conf. interprett.), cum Cynurii revera Arcadibus essent cognati: quemadmodum etiam Herodotus et Arcades et Cynurios Peloponnesi *αὐτόχθονας* dixit. Cum his vero quoniam minus congruere videbatur, quod h. l. ab eodem historiae patre iidem Cynurii dicuntur *soli* esse *Ionicae stirpis*, in varias inciderunt coniecturas. Both. ad Terent. annott. pag. 466 legi vult *μοῦνοι· μὲν ὦν ἐξ αἰῶνος;* Reiskius correxerat *δοκέουσι μέν μοι εἶναι Ἴωνες;* Valckenaer., cui Larcher. accedit: *δοκέουσι μὲν ἐνίοις εἶναι Ἴωνες:* quo nihil inconvenientius fingi potuisse iudicat Müller. l. l.; quocum ipso Herodoti locos I, 56. VII, 94. 95 malim ita intelligere, ut Herodotus Pelasgos cum Ionibus confundens hîc quoque Cynurios, Pelasgam gentem, pro sola in Peloponneso Ionica habuerit; Pelasgi vero cum ex Herodoti sententia sint aborigines, apparet, cur eosdem Cynurios in Peloponneso modo *αὐτόχθονας* vocare potuerit ille, modo unam hac in terrâ gentem Ionicam, id est, Pelasgam.

ἐκδεδωρίευνται δὲ] „*moribus disciplina dialectoque Dores evaserunt*, *partim subditi Argivorum imperio*, *partim lapsu temporis.*“ Wesseling. Ubi haud necesse *καὶ ὑπὸ τοῦ χρόνου*, quod arrisit Schweigh. Verbum *ἐκδεδωρίευνται* si probum est, descendit a verbo *δωριεύω*; cuius loco quod in Steph. marg. affertur *ἐκδεδωρίαται* in *ἐκδεδωρίδαται* (a verbo *ἐκδωρίζειν*) facile verti posse iudicat Valcken., a verbo *δωρίζειν*

χόμενοι καὶ τοῦ χρόνου, ἐόντες Ὀρνεῆται καὶ περίοικοι. Τούτων ὦν τῶν ἑπτα ἐθνέων αἱ λοιπαὶ

---

formari posse negans ἐκδωρίζειν neque ἐκδεδωρίσθαι, ita ut unum, quod huic loco conveniat, restet verbum ἐκδωριοῦσθαι, a voce Δώριος ductum: *in Doriensium naturam veluti degenerare; linguâ uti, moribus et institutis Doricis*, quemadmodum ἐκβαρβαρόω apud Platon. Ep. VIII p. 353 A coll. Euripid. Orest. 485. Apoll. Tyan. Ep. 34 (ubi βαρβαρόω) itemque iocosum illud πεφιλλιπιδῶσθαι, teste Kuster. ad Suid. s. v. Φιλιππ. III p. 601. Unde in Herodoti loco reponendum censet ἐκδεδωρίωνται. Sed libri scripti refragantur, a quibus invitus discedo in talibus, meliora exspectans. Nec sane esse, quod vulgata lectione offendamur, statuit Matthiae, quandoquidem, ut a nomine βασιλεὺς βασιλεύειν, a βραβεὺς βραβεύειν, ita a Δωριεύς, δωριεύειν δωριεύεσθαι formari, nihil habeat absonum. Quod ad argumentum loci, coniicit Wesselingius Cynurios, gentem late olim propagatam, a Spartanis pressos agroque exutos in Argivorum venisse ditionem unâ cum Orneatis, quibus se consociarint ab inimicis Spartanis vexati. Meliora opinor edocuit C. O. Müller. Aeginett. pag. 48 seqq., ubi respiciens ad verba ἐόντες Ὀρνεῆται καὶ περίοικοι, merito quaerit, quo iure, qui Cynurii sint Argivorumque imperio subiecti, iidem habeantur *Orneatae*, quo nomine vulgo comprehenduntur incolae Ornearum, oppidi Arcadiae et Phliasiae Sicyoniaeque contermini (cf. Mannert. VIII p. 647 seq. Müller. Dor. II p. 435. Popp. Thucydid. I, 2 p. 213); quosque Argivis infestissimos, ab his tamen devictos esse non ante Olympiad. LXXVIII, s. 468 a. Chr. n.; igitur multo ante Persicum bellum, quod in annum 480 a. Chr. n. incidit, probabiliter statuit idem C. O. Müllerus, quo eodem fere tempore Dryopes Hermionenses ab Argivis subiecti sunt. Itaque in Herodoti loco nomen Ὀρνεατῶν non de Ornearum incolis intelligi poterit, sed, quae Mülleri est suspicio perquam probabilis, de genere quodam περιοίκων sive πενεστῶν, de *publicis* igitur Argivorum *servis*. Argivorum enim haec videri fuisse consilia ponit Müller, ut incolas civitatum, quas nimis remotas in ditione tenere non possent, e sedibus patriis abductos distribuerent in suos pagos urbi vicinos; unde ab Orneatis ex Ornearum urbe olim desolata colligit exstitisse Ὀρνεὰς κώμην Ἀργείας, ab ipsa urbe probe distinguendam, teste Strabone VIII pag. 376 s. pag. 578 A. Itaque Cynurios poni-

πόλις, πάρεξ τῶν κατέλεξα, ἐκ τοῦ μέσου ἐκατέατο· εἰ δὲ ἐλευθέρως ἔξεστι εἰπεῖν, ἐκ τοῦ μέσου κατήμενοι ἐμήδιζον.

Accepto nuntio, Isthmum peti a barbaris, Graeci ad Salaminem collecti fugae consilium denuo ineunt.

74 Οἱ μὲν δὴ ἐν τῷ Ἰσθμῷ, τοιούτῳ πόνῳ συνέστασαν, ἅτε περὶ τοῦ παντὸς ἤδη δρόμον θέοντες, καὶ τῇσι νηυσὶ οὐκ ἐλπίζοντες ἐλλάμψεσθαι· οἱ δὲ ἐν Σαλαμῖνι ὅμως, ταῦτα πυνθανόμενοι, ἀῤῥώδεον, οὐκ οὕτω περὶ σφίσι αὐτοῖσι δειμαίνοντες, ὡς περὶ 2 τῇ Πελοποννήσῳ. ἕως μὲν δὴ αὐτῶν ἀνὴρ ἀνδρὶ παραστὰς σιγῇ λόγον ἐποιέετο, θῶυμα ποιεύμενοι

---

mus ab Argivis devictos et in statum περιοίκων, quos Ὀρνεατὰς vocarint Argivi, redactos, nam Cynuriam terram, de qua inde ab Olymp. XV. cum Spartanis Argivi concertarant, tenuisse videntur Argivi usque ad pugnam Thyraeam, quae accidit circa Olymp. LVIII, ut diximus ad Herod. I, 82, ipsos incolas s. Cynurios pro subditis, qui vectigal penderent, habentes. Atque inde haud scio an intelligatur, cur Noster dicere potuerit, Cynurios ὑπὸ τοῦ χρόνου Doriensium indolem plane assumsisse. Conf. Müller. Dor. I pag. 158.

πάρεξ τῶν κατέλεξα] De voce πάρεξ conf. nott. ad III, 97 et ad voces ἐκ τοῦ μέσου ἐκατέατο nott. ad III, 83.

Cap. LXXIV.

Οἱ μὲν δὴ ἐν τῷ Ἰσθμῷ] Vid. Matth. Gr. Gr. §. 289 not. 10 pag. 582, qui idem §. 198, 3 pag. 357 conferatur ad συνέστασαν; de cuius usu conf. quoque ad VII, 170 allata. Verba περὶ τοῦ παντὸς ἤδη δρόμον θέοντες, quae attigit Eustath. ad Iliad. p. 1264, 15 s. 1363, 16 et p. 259, 8 s. 342, 20, probe scribens δρόμον, nisi, quod Wesselingio quoque in mentem venerat, prorsus eliminandum est (nam quod ex Aldina propagatum erat δρόμου, ferri non posse idem Wesseling. Diss. Herod. I p. 129 monuerat), illustravi in not. ad VII, 57. *Cr.* h. l. excitat Platon. Theaetet. §. 76 p. 387 ibique Heindorf. — Mox cum Schweigh. et Gaisf. rescripsi ὁμῶς pro ὅμως.

καὶ τῇσι νηυσὶ οὐκ ἐλπίζοντες ἐλλάμψεσθαι] i. e. *nec putantes se classi* s. proelio navali *gloriam esse reportaturos*. Eadem *splendendi* notione ἐλλάμπεσθαι I, 80.

περὶ σφίσι αὐτοῖσι δειμαίνοντες] Vid. Matth. Gr. Gr. §. 394 pag. 721. In seqq. ad ἕως μὲν (*aliquamdiu*) conf. nott. ad I, 86, et ad usum vocis ἀνὴρ, ubi τις exspectabas, Herod. VIII, 75. IV, 26. Plura Bergman. et Benseler. ad Isocrat. Panegyr. 4 pag. 150. Viger. De idiotismm. pag. 76. 77. Ae-

τὴν Εὐρυβιάδεω ἀβουλίην· τέλος δὲ, ἐξεῤῥάγη ἐς
τὸ μέσον, σύλλογός τε δὴ ἐγίνετο, καὶ πολλὰ ἐλέ-
3 γετο περὶ τῶν αὐτῶν. οἱ μὲν, ὡς ἐς τὴν Πελοπόν- 1
νησον χρεὸν εἴη ἀποπλώειν, καὶ περὶ ἐκείνης κινδυ-
νεύειν, μηδὲ πρὸ χώρης δοριαλώτου μένοντας μά-
χεσθαι· Ἀθηναῖοι δὲ, καὶ Αἰγινῆται, καὶ Μεγαρέες,
75 αὐτοῦ μένοντας ἀμύνασθαι. Ἐνθαῦτα Θεμιστοκλέ- Strategema Themistoclis hoc consilium eludentis. 654
ης, ὡς ἑσσοῦτο τῇ γνώμῃ ὑπὸ τῶν Πελοποννησί-
2 ων, λαθὼν ἐξέρχεται ἐκ τοῦ συνεδρίου. ἐξελθὼν
δὲ, πέμπει ἐς τὸ στρατόπεδον τὸ Μήδων ἄνδρα
πλοίῳ, ἐντειλάμενος τὰ λέγειν χρεόν· τῷ οὔνομα

---

schyl. S. c, Th. 339 Blomf. — Ad locutionem *θῶυμα* (ita enim rescripsi pro *θῶμα*) *ποιεύμενοι τὴν — ἀβουλίαν* conf. Matth. Gr. Gr. §. 421 not. 4 pag. 775.

ἐξεῤῥάγη ἐς τὸ μέσον] i. e. *in publicum erupit*. Conf. Herod. VI, 129. Plutarch. Galb. 22 init. Mox pro *χρεὼν*, quod Matthiae retinuit, cum Gaisf. dedi *χρεὸν*, ut VIII, 3. 75. 79. Tu conf. allata ad V, 49. Ad *οἱ μὲν* subaud. *ἔλεγον*. *δοριαλώτου* e Florentino et Sancrofti libro cum recentt. edd. recepi. Vulgo *δορυαλώτου*: quae eadem scripturae diversitas IX, 4. Citant Wesseling. ad Diodor. XVI, 20. Schweighaeuser. ad Appian. III pag. 159. Polyb. XVIII, 34.

Ἀθηναῖοι δὲ, καὶ Αἰγινῆται] „Hoc sane rationi consentaneum, ut cum Themistocle senserint Aeginetae maluerintque apud Salamina manere, quam in gratiam Peloponnesiorum versus Isthmum secedere [hoc enim ab ipsorum aeque atque Atheniensium a rebus alienum]" *Valckenaer.* iure mirans, quae scribit Lycurgus advers. Leocrat. p. 156, 33 [p. 185. R.] Aeginetarum classem unâ cum Lacedaemoniorum et Corinthiorum ducibus salutem discessu sibi parare voluisse.

Cap. LXXV.

πέμπει ἄνδρα πλοίῳ] Mox vocatur *Σίκιννος*, ut VIII, 110. Apud Plutarch. Themistocl. 12 pag. 118 B. *Persa* genere idemque captivus dicitur, filiorum Themistoclis paedagogus; nisi hoc inde fluxisse putes, quod Plutarchus in Herodoteis male legerit *τῶν Μήδων ἄνδρα*. Aeschylus *Graecum* modo *virum* a Themistocle missum esse canit Pers. 355 (361 Blomf.) quod idem censuisse videntur Frontin. II, 2, 14 et Diodor. XI, 17. *Sicinnum* de Themistoclis servis fidelissimum fuisse tradit quoque Cornel. Nepos

μὲν ἦν Σίκιννος, οἰκέτης δὲ καὶ παιδαγωγὸς ἦν τῶν
Θεμιστοκλέος παίδων· τὸν δὴ ὕστερον τούτων τῶν
πρηγμάτων Θεμιστοκλέης Θεσπιέα τε ἐποίησε, ὡς
ἐπεδέκοντο οἱ Θεσπιέες πολιήτας, καὶ χρήμασι ὄλ-
3 βιον. ὃς τότε πλοίῳ ἀπικόμενος, ἔλεγε πρὸς τοὺς
στρατηγοὺς τῶν βαρβάρων τάδε· „Ἔπεμψέ με στρα-
„τηγὸς ὁ Ἀθηναίων λάθρῃ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων,
„(τυγχάνει γὰρ φρονέων τὰ βασιλέος, καὶ βουλόμε-
„νος μᾶλλον τὰ ὑμέτερα κατύπερθε γίνεσθαι ἢ τὰ
„τῶν Ἑλλήνων πρήγματα,) φράσοντα, ὅτι οἱ Ἕλ-
4 „ληνες δρησμὸν βουλεύονται καταῤῥωδηκότες. καὶ
„νῦν παρέχει κάλλιστον ὑμέας ἔργον ἁπάντων ἐξερ-
5 „γάσασθαι, ἢν μὴ περιΐδητε διαδράντας αὐτούς.
„οὔτε γὰρ ἀλλήλοισι ὁμοφρονέουσι, οὔτ' ἔτι ἀντι-
„στήσονται ὑμῖν· πρὸς ἑωυτούς τε σφέας ὄψεσθε
„ναυμαχέοντας τοὺς τὰ ὑμέτερα φρονέοντας καὶ
„τοὺς μή." Ὁ μὲν, ταῦτά σφι σημήνας, ἐκποδὼν
76 ἀπαλλάσσετο. Τοῖσι δὲ ὡς πιστὰ ἐγίνετο τὰ ἀγγελ-
θέντα, τοῦτο μὲν, ἐς τὴν νησίδα τὴν Ψυττάλειαν,

Persae a Themistocle illecti,

Themist. 4. Cuius eiusdem Sicinni mentionem quoque fecerunt Polyaen. I, 30, 2. Clem. Alexandr. Paedag. I, 7 pag. 130. Etymolog. s. v. pag. 712. infr. Themistocl. Epp. IX p. 47.

τῶν Θεμιστοκλέος παίδων] Polyaenus l. l. cur dualem scripserit *τοῖν παίδοιν*, haud intelligo; namque Themistocles, ut plures filias, ita quinque habuisse fertur filios, quorum unus patre vivo mortuus est; alterum Dioclem avus adoptavit maternus; tres reliquit moriens pater. Vid. Plutarch. Themist. cp. 32 pag. 128 B. Tangit haec quoque, observante Cr. Wyttenbach. ad Plutarch. Morall. I p. 70. — *Θεμιστοκλέος*, ut supra, rescripsi pro *Θεμιστοκλῆος*. Ad locutionem *κατύπερθε* (cuius loco Sancrofti liber *κατυπέρτερα*, ut VII, 233) *γίνεσθαι* vid. nott. ad VIII, 19, et ad *παρέχει* nott. ad VIII, 8. Verba *τοὺς τὰ ὑμέτερα φρονέοντας* attigit Matth. Gr. Gr. §. 284 pag. 574, quocum conferantur nott. ad Herodot. VII, 145.

Cap. LXXVI.

ὡς πιστὰ ἐγίνετο] Ita e Florentino, aliis, dedi pro *ἐγένετο*, quod retinuerunt Schaefer. et Matth.

ἐς τὴν νησίδα τὴν Ψυττάλειαν] Exigua insula, ab ipsa Salamine distans centum quin-

μεταξὺ Σαλαμῖνός τε κειμένην καὶ τῆς ἠπείρου, πολλοὺς τῶν Περσέων ἀπεβίβασαν· τοῦτο δὲ, ἐπειδὴ ἐγίνοντο μέσαι νύκτες, ἀνῆγον μὲν τὸ ἀπ' ἑσπέρης κέρας κυκλούμενοι πρὸς τὴν Σαλαμῖνα· ἀνῆγον δὲ οἱ ἀμφὶ τὴν Κέον τε καὶ τὴν Κυνόσουραν τεταγμέ-

classem Graecorum undique cingentes fuga excludunt.

---

que stadiis, ob pugnam illam navalem maxime celebrata. Nunc vocatur *Lipsocotalia* nec ullis gaudet incolis. Vid. Aeschyl. Pers. 453 Blomf. Pausan. I, 36 §. 2. Kruse Hell. II, 1 p. 304. — Mox Schweigh., quem sequitur Gaisf., retinuit ἀπεβιβάσαντο medioque verbo eam tribuit vim, ut *sui causa, suis rationibus consulentes* in insulam istam hos *transmiserint* Persae. Equidem cum Matth. et Bekk. malui stare a Schaefero, qui e duobus codd., dudum iubente Valckenaerio ad VIII, 95, dedit ἀπεβίβασαν, ut paulo post ἀπεβίβαζον coll. IX, 32. VIII, 95 (ἀπέβησε). 119 (καταβιβάσαι).

ἀνῆγον μὲν τὸ ἀπ' ἑσπέρης κέρας κυκλούμενοι κ. τ. λ.] Locus impeditior, quem vix recte intellexit Wesselingius. Nam τὸ κέρας de promontorio Megaridis in mare contra Salaminem prominente cum intellexisset (quo sensu sane κέρας apud Strabon. IX p. 604 s. 395 A. coll. Salmas. ad Solin. pag. 116), postea, commotus potissimum loco Herodoteo VIII, 85, de *Persarum* classis cornu sive parte haec accepit, dissentiente Schweighaeusero, qui de Graecorum classe et quidem ea parte, quae ad occidentem spectabat, quam Persae circumventuri et interclusuri erant, cogitandum esse censuit, ἀνῆγον absolute accipiendum esse ratus scil. τὰς νῆας. Equidem malui voces τὸ ἀπ' ἑσπέρας κέρας referre ad ἀνῆγον classemque intelligere Persarum, qui cornu (classis suae) id, quod ad occasum spectabat, moverint s. produxerint Salaminem versus, quam insulam circumirent. Ac bene Klotz. (ad Luciani dialogg. Mortt. pag. 47) breviloquentiam orationis hic notat, quâ voces τὸ ἀπ' ἑσπέρας κέρας ponantur pro: τὸ πρὸς ἑσπέραν κέρας, ἀφ' ἑσπέρας. Verbum ἀνάγειν omnino esse videtur: *naves e statione ancorisque, ubi stabant quietae, loco movere atque in mare altum ducere.* Conf. supra allata ad VIII, 60 §. 1. — Ad locutionem μέσαι νύκτες conf. Blomfield. simillima plura excitantem ad Aeschyl. Choeph. 282.

οἱ ἀμφὶ τὴν Κέον τε καὶ τὴν Κυνόσουραν τεταγμένοι] i. e. „qui ad Ceum et Cynosuram habebant stationem, ii quoque ancoris solutis altum tenebant omneque fretum insulae, quâ transitus fit ex Attica, explebant ad Munichiam usque meridiem et orientem versus porrecti ob nimiam navium mul-

νοι, κατεῖχόν τε μέχρι Μουνυχίης πάντα τὸν πορ-
2 θμὸν τῇσι νηυσί. τῶνδε δὲ εἵνεκεν ἀνῆγον τὰς
νῆας, ἵνα δὴ τοῖσι Ἕλλησι μηδὲ φυγέειν ἐξῇ, ἀλλ'
ἀπολαμφθέντες ἐν τῇ Σαλαμῖνι, δοῖεν τίσιν τῶν
3 ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ἀγωνισμάτων. ἐς δὲ τὴν νησῖδα τὴν
Ψυττάλειαν καλεομένην ἀπεβίβαζον τῶν Περσέων,
τῶνδε εἵνεκεν, ὡς, ἐπεὰν γένηται ναυμαχίη, ἐνθαῦ-

---

titudinem. „Ubi qui de *Ceo* insula cogitant e regione Sunii sitâ et de *Cynosura*, Marathonis promontorio, ad Euboeam spectante, cui nunc nomen Cap. Cavala, quo scilicet utroque loco Persarum naves habuerint stationem, quâ relicta, prope Munichium illi provecti fretum, ut hac etiam parte fugae occasio Graecis praecideretur, obsepserint, eos egregie falli puto. Nam de locis multo propioribus nec tam longe remotis cogitandum h. l. esse, docet opinor totius loci sententia ipsorumque locorum, in quibus pugnatum est, ratio. Itaque *Ceum* cum Krusio Hell. II, 1. pag. 304 acceperim de eo Salaminiae insulae promontorio, quod ad occasum et septentrionem Megaricae regioni obversum est. *Cynosuram* promontorium idem p. 304. 307 collocat in orientali insulae parte, ubi erat πορθμὸς sive traiectus in Atticam duo tantum stadia disiunctam; nunc vocant *Perama*. Vid. Herod. VIII, 91 et Kruse l. l. pag. 212. Quin etiamnum in hocce promontorio tropaei a Graecis in victoriae memoriam erecti reliquias quasdam inveniri testatur Gell., quem citat Kruse l. l. p. 307. Ab hoc igitur loco utroque Persarum naves, quae in statione ibi collocatae erant, evectae, se reliquae classi adiunxerunt, ita ut omne fretum, quod inter Salaminem Atticamque est, navibus compleretur ad Munychiam usque retrorsum mare tegentibus. — Ad sequens τῶνδε δὲ conf. VIII, 46 et ad ἀπολαμφθέντες vid. allata ad V, 101. Transitum modorum (ἵνα δὴ — ἐξῇ — ἀλλὰ — δοῖεν) hinc attigit G. Hermann. ad Viger. pag. 851. Mox dedi κατεῖχον plerisque codd. ita iubentibus pro κατέχον, quod ex antiquis editionibus retinuerat Gaisfordius. Facit mecum censor Ienensis 1828 nr. 186 p. 46, quem Stegerum esse coniicio.

ἀπεβίβαζον τῶν Περσέων] scil. τινάς. Ad ἐξοισομένων conf. VIII, 49. Quod sequitur ἐν τῷ πόρῳ valet: *iuxta, apud transitum maritimum.* Vid. Gail. ad Scymn. Chium 518 T. II pag. 374 seq. Plutarch. Aristid. 9: τὴν Ψυττάλειαν, ἣ πρὸ τῆς Σαλαμῖνος ἐν τῷ πόρῳ κεῖται, νῆσος οὐ μεγάλη.

τα μάλιστα ἐξοισομένων τῶν τε ἀνδρῶν καὶ τῶν ναυηγίων, (ἐν γὰρ δὴ πόρῳ τῆς ναυμαχίης τῆς μελλούσης ἔσεσθαι ἔκειτο ἡ νῆσος,) ἵνα τοὺς μὲν
4 περιποιῶσι, τοὺς δὲ διαφθείρωσι. ἐποίευν δὲ σιγῇ ταῦτα, ὡς μὴ πυνθανοίατο οἱ ἐναντίοι. οἱ μὲν δὴ ταῦτα τῆς νυκτὸς, οὐδὲν ἀποκοιμηθέντες, παραρτέοντο.

77 Χρησμοῖσι δὲ οὐκ ἔχω ἀντιλέγειν ὡς οὐκ εἰσὶ ἀληθέες, οὐ βουλόμενος ἐναργέως λέγοντας πειρᾶσθαι καταβάλλειν, ἐς τοιάδε πρήγματα ἐσβλέψας.

Bacidis oraculum huc spectans Graeciaeque salutem portendens.

ἵνα τοὺς μὲν περιποιῶσι κ. τ. λ.] Bene cum his Wesseling. contendit Aeschyl. Pers. 540. — Ad παραρτέοντο conf. nott. ad VII, 20. Add. VIII, 81. IX, 29.

Cap. LXXVII.

Χρησμοῖσι δὲ οὐκ ἔχω ἀντιλέγειν κ. τ. λ.] Vel hic locus ostendere potest, Herodotum non ita superstitione fuisse captum, ut omnibus oraculis temere adderet fidem, quam tum demum adhibere posse sibi videbatur, si eventus praedictis responderet. Sunt vero haec coniuncta cum notione de fato et divino numine, quam sibi Noster animo conformavit, quâque etiam omnis nititur vaticiniorum fides omnisque divinationis opinio. Conf. Iaeger. Disputt. Herodd. pag. 48. Ac repetit Noster in fine capitis, ipso oraculo allato, hanc suam sententiam, quo magis illa habeat pondus auctoritatemque; quemadmodum idem ille supra quoque ea, quae contra rerum naturam fieri putabat, in examen vocarat, sedulo inquirens, num revera ista sic accidere potuerint. His addam, quae *Valckenaerius* ad h. l. perscripsit: „Hinc simul aestimare licet, iam tum homines fuisse vulgo perspicaciores, quibus adparuerit, quod Bacidis [de quo conf. VIII, 20 ibiq. nott.] esse ferebatur oraculum istoc articulo temporis, ipsius forte suasu Themistoclis fuisse confictum. Quae bello Peloponnesiaco ad plebem Atticam lactandam ab esurientibus fingebantur demagogis, velut Bacidis aut ipsius Apollinis oracula Athenis decantata, ridet illa magna cum libertate Aristophanes in Avib. 963 seqq. et Equit. 995 etc. Ad veritatis lumen Eusebius istius etiam officinae fraudes retegens lib. IV Praep. Evang. pleraque fuisse putat oracula γοήτων ἀνδρῶν τεχνάσματα, ut Oenomao certe videbantur Gadareno in libro, quem inscripserat Φωρὰ γοήτων. Sed multa potius fuerunt virorum principum, ἀνδρῶν τε σοφῶν τε-

2 *'Αλλ' ὅταν 'Αρτέμιδος χρυσαόρου ἱερὸν ἀκτὴν*
νηυσὶ γεφυρώσωσι, καὶ εἰναλίην Κυνόσουραν,
ἐλπίδι μαινομένῃ λιπαρὰς πέρσαντες 'Αθήνας,
δῖα Δίκη σβέσσει κρατερὸν Κόρον, Ὕβριος υἱὸν,

χνάσματα, ad opinionem imperitorum conficta.“ *καταβάλλειν deiicere*, i.e. *reiicere*, vim auctoritatemque infringere. Cf. IX, 79.

'Αρτέμιδος χρυσαόρου] i. e. *Dianae aureum ensem gestantis*. Eodem cognomine ornatur Ceres in Homeric. Hymn. in Cerer. 4, ad quem locum praeter ea, quae, monente *Cr.*, attulerunt Matthiae (Animadverss. in Hymn. Homer. pag. 350) et Ilgen (Animadverss. in Hymn. Homerr. pag. 504), plura quoque attulit Mitscherlich. de diis ense aut alio modo armatis, nostro loco haud praetermisso, ubi in voce *χρυσαόρου* altius quid inesse magisque reconditum, dubitari nequit. Vid. Creuzer. Symbol. IV pag. 67. II pag. 719. Apollinis *χρυσαόρου* mentio fit in Il. V, 509. Quibus haec adscripsit Creuzerus: „Fallor aut hoc Dianae epitheton pariter pertinet ad splendorem lunae, atque ad vim letiferam, quam antiquitas Dianae-Lunae non minus attribuebat, quam Apollini, quatenus solis radii pestiferi erant.“

λιπαρὰς — 'Αθήνας] Satis constat, Atticos poetas, oratores ita vocasse Athenas *pingues* i. e. *splendidas, illustres*, populo gratificaturos. Vid. Eurip. Troad. 776. Alc. 435. Aristoph. Acharn. 606 ibiq. interprett. Praecipue huc facit Pindar. Nem. IV, 30 (18) ibique Dissen. p. 381 ed. Boeckh., Dithyramb. fragm. apud Schol. Aristoph. l. l., ubi plura dabit Boeckh. p. 579 et Wyttenbach. Bibl. Crit. III, 1 p. 49. *σβέσσει* et *ἐπάγει* per praesens effertur, si quidem, quae futura sunt, ea animo iam tanquam praesentia vates praevidet. Cf. supra VII, 140. 141.

κρατερὸν Κόρον, Ὕβριος υἱὸν] *Κόρον* non *iuvenem* accipio, ut placet Wesselingio et Larchero (quem iuvenem non alium atque ipsum Xerxem esse posse consentaneum), sed *satietatem, arrogantiam*, quae *superbiae* s. *Ὕβριος* est filia, quemadmodum Pindar. Olymp. XIII, 12 *ὕβριν* dixit *κόρου ματέρα*, etsi vulgo *κόρον ὕβριος* perhibent matrem, non filiam, teste Theognid. 153: *τίκτει τοι κόρος ὕβριν κ. τ. λ.* coll. 596. 605. 693. 1175. 1176, ubi conf. Welcker. p. 93: quippe e quibus locis optime apparet, quid veteres Graeci voce *κόρου* significarint. Et conf. quoque Stob. Serm. XLI, [43] pag. 247 s. p. 120 T. II Gaisf. Heinrich. Epimenides pag. 97 seq. a *Cr.* laudatus. Sed quis quaeso in talibus, quae poetarum ex ingeniis fluxerunt, omnia ad unam eandemque normam exigere velit?

δεινὸν μαιμώοντα, δοκεῦντ' ἀνὰ πάντα τίθεσθαι.
3 Χαλκὸς γὰρ χαλκῷ συμμίξεται, αἵματι δ' Ἄρης
πόντον φοινίξει. τότ' ἐλεύθερον Ἑλλάδος ἦμαρ
εὐρύοπα Κρονίδης ἐπάγει, καὶ πότνια Νίκη.

4 Ἐς τοιαῦτα μὲν, καὶ οὕτω ἐναργέως λέγοντι Βάκιδι, ἀντιλογίης χρησμῶν πέρι οὔτε αὐτὸς λέγειν τολμέω, οὔτε παρ' ἄλλων ἐνδέκομαι.

μαιμώοντα] Verbum μαιμόω, quo magnum animi studium concitatusque exprimitur animus (*valde cupio*) frequentat Homer. Il. V, 661. 670. XIII, 78. XV, 542. 742.

δοκεῦντ' ἀνὰ πάντα τίθεσθαι] Ita e Florentino et probabiliter etiam ex Sancrofti libro reposui cum Gaisf. et Schweigh., qui hoc dici putat pro ἀνατίθεσθαι πάντα, assentiente Negris in ed. suâ: *omnia mutare s. evertere, susque deque habere;* quod supra III, 3 est ἄνω κάτω τίθεσθαι; de quâ tmesi conf. E. Wentzel. De praepositt. tmesi apud Herodotum (Vratislav. 1829) pag. 15. Nam quid vulgata πυθέσθαι sibi velit, intelligere me posse nego; quam, probante Larchero, sic Latine reddidit Wesselingius: *opinantem ubique se auditum iri.* Nec magis placet πιθέσθαι, quod a Matth. et Bekkero receptum esse video. Stegerus de lectione a Schweigh. recepta dubitans, de qua eâdem dubitat censor Lipsiensis 1833 pag. 45, proponit (Ephem. Ien. 1828 nr. 186 p. 46): δοκεῦντ' ἂν ἅπαντα πίθεσθ' εὖ: *opinantem cuncta sibi esse obtemperatura,* quod merito durius iudicat idem censor Lipsiensis. — Ad vocem εὐρύοπα vid. nott. ad VII, 141.

Ἐς τοιαῦτα μὲν καὶ οὕτω ἐναργέως λέγοντι Βάκιδι ἀντιλογίης χρησμῶν πέρι κ. τ. λ.] Schweighaeusero in Lex. Herod. corruptus videtur locus, in quo aut ἀντιλογίας reponendum, aut, quod adeo praestare videtur, δι' ἀλογίης ἐλθεῖν, prouti VI, 9: διὰ μάχης ἐλεύσονται. Ac dudum Wesselingius maluerat legi δι' ἀντιλογίης λέγειν (*contradicendo obloqui*), laudans Abreschii emendationem: οὔτε αὐτὸς ἐλθεῖν τολμέω. Steger. (Ephem. Ien. 1828 nr. 186 p. 46) proponit ἀντιλογίην, cum ἀντιλογίην λέγειν idem valeat atque ἀντιλέγειν *obloqui.* Quae tamen ipsi probanda esse, merito monere videtur idem censor Lipsiensis 1833 pag. 47. Libri scripti haud quidquam afferunt auxilii. Itaque vulgatam lectionem retinui, quam sic interpretari liceat: Equidem nec ipse quid enuntiare audeo neque ab aliis quid accipio de contradictione oraculorum Ba-

78 *Graecorum duces inscii adhuc quid Persae molirentur,*

Τῶν δὲ ἐν Σαλαμῖνι στρατηγῶν ἐγίνετο ὠθι- 656
σμὸς λόγων πολλός. ᾔδεσαν δὲ οὔ κω, ὅτι σφέας
περιεκυκλέοντο τῇσι νηυσὶ οἱ βάρβαροι· ἀλλ', ὥσπερ
τῆς ἡμέρης ὥρων αὐτοὺς τεταγμένους, ἐδόκεον κατὰ
79 χώρην εἶναι. Συνεστηκότων δὲ τῶν στρατηγῶν, ἐξ
Αἰγίνης διέβη Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου, ἀνὴρ Ἀθη-
ναῖος μὲν, ἐξωστρακισμένος δὲ ὑπὸ τοῦ δήμου· τὸν
ἐγὼ νενόμικα, πυνθανόμενος αὐτοῦ τὸν τρόπον,
ἄριστον ἄνδρα γενέσθαι ἐν Ἀθήνῃσι καὶ δικαιότα-

primum ab Aristide Atheniensi, claro institiae laude, sed tum exsule, rem accipiunt.

---

cidis. Tum genitivus ἀντιλογίης refertur ad περί; χρησμῶν pendet ab ἀντιλογίης adiunctumque habet dativum Βάκιδι eo ex usu, quem Matth. attigit Gr. Gr. §. 390 quemque ipsi notavimus ad VII, 169. — Ad locutionem οὔτε ἐνδέκομαι conf. III, 115. IV, 25. V, 106. VI, 121.

Cap. LXXVIII.

ὠθισμὸς λόγων] i. e. *conflictus sermonum, altercatio.* Vid. VII, 225 ibiq. allata coll. VIII, 64. Nec differt multum, quod VIII, 81 fin. legitur: τῶν δὲ (στρατηγῶν) — ἐγίνετο λόγων ἀμφισβασίη. In nostro loco genitivum στρατηγῶν refero ad λόγων. — Ad seqq. ᾔδεσαν δὲ οὔ κω κ. τ. λ. vid. Matth. Gr. Gr. §. 631 p. 1301.

Cap. LXXIX.

Συνεστηκότων] Conf. I, 208 ibique allata. Ad verba seqq. ὑπὸ τοῦ δήμου vid. Plutarch. Aristid. 7. Cornel. Nep. Aristid. 1.

πρὸς τὴν Ἀττικὴν] „Mittitur navis in Atticam, ubi haerebat adhuc Xerxes; neque enim hic cum classis aufugit reliquiis; sed cum exercitu suo secedens ex Attica, Graecia peragrata, rediit in Asiam cap. 119 ὁδῷ χρεώμενος ἅμα τῷ ἄλλῳ στρατῷ ἀπενόστησε ἐς τὴν Ἀσίην. conf. cap. 113. 126. 130.“ *Valcken.* — In fine cap. ad verbum κομίζεο conf. VIII, 107.

Cap. CXI.

ἀπέδοξε μήτ' ἐπιδιώκειν] De usu particulae negativae in talibus monuit Matth. Gr. Gr. §. 524, 4 pag. 1048. — In seqq. ad verbum προϊσχομένου conf. I, 164. IV, 165. VIII, 3.

Πειθώ τε καὶ Ἀναγκαίην] *Suadelae* ac *Necessitati*, quam utramque unâ voce alii appel-

3 „τέα εἶναι χρήματα·“ ὑπεκρίναντο πρὸς ταῦτα, λέγοντες ὡς „κατὰ λόγον ἦσαν ἄρα αἱ Ἀθῆναι μεγάλαι τε καὶ εὐδαίμονες, καὶ θεῶν χρηστῶν ἥκοιεν „εὖ· ἐπεὶ Ἀνδρίους γε εἶναι γεωπείνας, ἐς τὰ μέγιστα ἀνήκοντας, καὶ θεοὺς δύο ἀχρήστους οὐκ ἐκ-

---

larunt τὴν Πειθανάγκην (vid. Eustath in Homer. Il. III pag. 309, 14. Synes. De regn. p. 26 A. s. cp. 23 ibiq. Krabinger. pag. 317 coll Abresch. in Miscell. Observv. Vol. V pag. 236. 237, quem laudat *Cr.*) opponunt Andrii Πενίην τε καὶ Ἀμηχανίην i. e. *paupertatem* et *inopiam* sive *impotentiam*, quarum praesidio etiam firmi ac tuti Themistoclem Graecosque re infecta discedere coegerunt, ut legimus VIII, 121 coll. Plutarch. Themist. 21 p. 122 C., qui eadem brevius exponens vocat Βίαν atque Ἀπορίαν deas Andriorum. Ac sane fanum Ἀνάγκης atque Βίας Corinthi fuisse auctor est Pausanias II, 4 §. 7. Neque huc non facit Alcaei dictum apud Stobaeum XCIV (96) p. 518 s. T. III pag. 258 Gaisf., ubi Ἀμηχανίαν dixit sororem Πενίας: de quo conf. Blomfield. in Glossar. ad Aeschyl. S. c. Th. 343. Ac denique muliebres deas μεγάλους θεοὺς recte dici, monstrasse dicitur Elsner. Sched. Crit. pag. 39 a Wesselingio excitatus. Haud aliter infra Andrii protulisse dicuntur θεοὺς ἀχρήστους i. e. malevolos, haud benignos atque utiles ipsis, eo quod nulla ipsis praebent commoda.

ὡς κατὰ λόγον ἦσαν ἄρα αἱ Ἀθῆναι μεγάλαι τε καὶ εὐδαίμονες] κατὰ λόγον cur Schweigh. in Lex. Herod. reddat *merito*, haud exputem. Conf. V, 8. Imperfectum ἦσαν positum videtur, ubi praesens sane tempus exspectasses: de quo usu conf. Heindorf. ad Platon. Phaed. §. 35 pag. 54 et quae alia de eodem usu attulit Stallbaum ad eundem Platonis locum pag. 60. 61. De vocula ἄρα postpositâ conf. allata ad VIII, 8. De voce εὐδαίμονες conf. nott. ad V, 28.

καὶ θεῶν χρηστῶν ἥκοιεν εὖ] Ad locutionem conf. I, 30 VII, 157 et de vocula εὖ in fine orationis positâ, vid. allata ad V, 27. De indicativo (ἦσαν) et optativo (ἥκοιεν) se invicem excipientibus conf. VIII, 100. Caeterum, ait Schweighaeuser., mordaci ironia haec dicta videntur: *magnae et beatae Athenae* scilicet! nempe urbs eversa cremataque et terra omnis vastata: *propitiis in primis utuntur diis* scilicet, qui nec urbem, nec templa tutati sunt!“

ἐπεὶ Ἀνδρίους γε εἶναι γεωπείνας ἐς τὰ μέγιστα ἀνήκοντας] Oratio e directa subito in indirectam accusativi et infini-

„λείπειν σφέων τὴν νῆσον, ἀλλ' αἰεὶ φιλοχωρέειν, 1
„Πενίην τε καὶ Ἀμηχανίην· καὶ τούτων τῶν θεῶν
4 „ἐπηβόλους ἐόντας Ἀνδρίους, οὐ δώσειν χρήματα.
„οὐδέκοτε γὰρ τῆς ἑωυτῶν ἀδυναμίης τὴν Ἀθη-
„ναίων δύναμιν εἶναι κρέσσω.“ Οὗτοι μὲν δὴ ταῦ- 5
τα ὑποκρινάμενοι, καὶ οὐ δόντες τὰ χρήματα, ἐπο-
112 λιορκέοντο. Θεμιστοκλέης δὲ, οὐ γὰρ ἐπαύετο πλεο-
νεκτέων, ἐσπέμπων ἐς τὰς ἄλλας νήσους ἀπειλητη-
ρίους λόγους, αἴτεε χρήματα διὰ τῶν αὐτῶν ἀγγέ-
λων, χρεώμενος λόγοισι τοῖσι καὶ πρὸς Ἀνδρίους

Ab aliis quoque insulanis pecuniae exactae.

---

tivi transit structuram, plane ut VIII, 118, quem locum unâ cum aliis excitavit Matth. Gr. Gr. §. 539, 1 pag. 1059. Vocem γεωπείνης (i. e. *pauper, qui parum terrae agrive possidet*), attigi ad II, 6. Add. Gregor. Corinth. De dialect. Ion. §. 114 pag. 518. — Ad voces ἐς τὰ μέγιστα Schweighaeuser. ex antecedenti γεωπείνας intelligi vult γεωπεινίης, ut intelligantur *maxime egeni, qui ad maximam paupertatem devenerint.* Similia quaedam praebet Noster V, 49. VII, 13. 9 §. 3. 134.

καὶ τούτων τῶν θεῶν ἐπηβόλους ἐόντας Ἀνδρίους] i. e. *atque horum deorum compotes cum facti essent Andrii* s. *quos deos cum nacti essent Andrii.* Vocem ἐπήβολος illustrarunt Blomfield. Glossar. ad Aeschyl. Prometh. 453 coll. ad Agamemn. §. 525. Schaefer. Melett. critt. p. 48. Wyttenbach. ad Plutarch. Mor. I p. 112. Add. Herod. IX, 49.

οὐδέκοτε γὰρ τῆς ἑωυτῶν ἀδυναμίης τὴν Ἀθηναίων δύναμιν εἶναι κρέσσω] Similem quandam sententiam prodit Noster VII, 172. — In proxime seqq. Schweigh. e Florentino addidit τὰ ante χρήματα, intelligens *pecuniam, quam ille postulaverat.* Articulum omiserunt Matth. et Bekker.

Cap. CXII.

πλεονεκτέων] De hoc verbo monui ad VII, 158. Caeterum eadem fere enarrat Plutarch. Themistocl. 21 init. p. 122 C., ubi etiam Timocreontis, qui Themistoclis fuit adversarius exstat carmen in Themistoclem traductum sane ut hominem mendacem, iniustum, proditorem, qui pecuniâ corruptus amicum prodiderit. Add. Pseudo-Plut. II p. 871 C. Herodotea pro more cavillantem.

λόγοισι τοῖσι καὶ πρὸς Ἀνδρίους ἐχρήσατο] Vocem λόγοισι, quae a Florent., Medic., aliis abest, hinc vel deletam vel uncis certe inclusam vult Schweighaeuserus ut suspectam. Iidem codd. pro καὶ πρὸς

ἐχρήσατο· λέγων, ὡς „εἰ μὴ δώσουσι τὸ αἰτεόμενον,
„ἐπάξει τὴν στρατιὴν τῶν Ἑλλήνων, καὶ πολιορκέων
2 „ἐξαιρήσει.“ λέγων ὦν ταῦτα, συνέλεγε χρήματα
μεγάλα παρὰ Καρυστίων τε καὶ Παρίων· οἳ πυν-
θανόμενοι τήν τε Ἄνδρον, ὡς πολιορκέοιτο διότι 673
ἐμήδισε, καὶ Θεμιστοκλέα, ὡς εἴη ἐν αἴνῃ μεγίστῃ
3 τῶν στρατηγῶν, δείσαντες ταῦτα, ἔπεμπον χρήματα.
Εἰ δὲ δή τινες καὶ ἄλλοι ἔδοσαν νησιωτέων, οὐκ
ἔχω εἰπεῖν· δοκέω δέ τινας καὶ ἄλλους δοῦναι, καὶ
4 οὐ τούτους μούνους. καί τοι Καρυστίοισί γε οὐ-
δὲν, τούτου εἵνεκα, τοῦ κακοῦ ὑπερβολὴ ἐγένετο·
Πάριοι δὲ Θεμιστοκλέα χρήμασι ἱλασάμενοι, διέφυ-
5 γον τὸ στράτευμα. Θεμιστοκλέης μέν νυν, ἐξ Ἄν-
δρου ὁρμεώμενος, χρήματα παρὰ νησιωτέων ἐκτέετο
λάθρῃ τῶν ἄλλων στρατηγῶν.

Ἀνδρίους perperam habent πρὸς βασιλέα.

παρὰ Καρυστίων.] De *Carystiis* conf. Herod. IV, 33. VI, 99. Ac refertur *Carystus* inter antiquissimas Euboeae urbes, iam Homero nota et ab Attica vel condita vel incolis repleta; quae adeo post bella Persica cum in Atheniensium devenisset ditionem, a Romanis accepit libertatem. Marmore in viciniis eruto vinique egregii culturâ olim urbs maxime celebrata est, quae adhuc suo nomine vocatur *Carysto* s. *Castel Rosso.* Vid. Mannert. VIII, p. 262 sq. Tzschuck. ad Mel. II, 7, 9 nott. exegg. (Vol. III. P. II pag. 695.) De *Pariis* conf. VIII, 62. In seq. pro Θεμιστοκλῆα dedi Θεμιστοκλέα, quod Florentinus et Sancrofti liber praebuere, itemque εἰπεῖν (pro εἶπαι), ab eodem Florentino allatum. Ad locutionem ἐν αἴνῃ μεγίστῃ εἶναι conf. Matth. §. 95 pag. 207 et nott. ad III, 74.

τοῦ κακοῦ ὑπερβολὴ ἐγένετο] Valla: *Carystiis ne hac quidem re contigit effugere cladem.* Propius ad ipsa verba: *Quamquam Carystiis quidem minime inde dilatio* s. *mora fuit calamitatis*, quâ scil. ipsos affici oportuit. Invenitur vox ὑπερβολὴ (*mora*, *procrastinatio*) apud Polyb. XIV, 9, 8 teste Schweighaeusero, qui de verbo ὑπερβάλλεσθαι *differendi* notione laudat Herod. VII, 206 (ubi conf. nott.) et IX, 51. Tu add. IX, 46. Bene Negris exponit ἀναβολὴ, ὑπέρθεσις τοῦ κακοῦ. — In fine cap. ad formam ἐκτέετο vid. Matth. Gr. Gr. §. 10 pag. 44.

113 Οἱ δ' ἀμφὶ Ξέρξεα, ἐπισχόντες ὀλίγας ἡμέρας
μετὰ τὴν ναυμαχίην, ἐξέλαυνον ἐς Βοιωτοὺς τὴν
αὐτὴν ὁδόν. ἔδοξε γὰρ Μαρδονίῳ, ἅμα μὲν προ-
πέμψαι βασιλέα, ἅμα δὲ ἀνωρίην εἶναι τοῦ ἔτεος
πολεμέειν· χειμερίσαι τε ἄμεινον εἶναι ἐν Θεσσαλίῃ,
καὶ ἔπειτα ἅμα τῷ ἔαρι πειρᾶσθαι τῆς Πελοπον-
2 νήσου. Ὡς δὲ ἀπίκατο ἐς τὴν Θεσσαλίην, ἐνθαῦτα
Μαρδόνιος ἐξελέγετο πρώτους μὲν Πέρσας πάντας
τοὺς ἀθανάτους καλεομένους, πλὴν Ὑδάρνεος τοῦ
στρατηγοῦ· οὗτος γὰρ οὐκ ἔφη λείψεσθαι βασιλέ-
ος· μετὰ δὲ, τῶν ἄλλων Περσέων τοὺς θωρηκοφό-
ρους, καὶ τὴν ἵππον τὴν χιλίην· καὶ Μήδους τε καὶ

Copiae Xerxis terrestres, paucis diebus post pugnam Salaminiam, cum ipso rege Boeotiam, inde Thessaliam repetunt. Data ibi Mardonio CCC millia militum lectissimorum, quibuscum, hieme in Thessalia et Macedonia [c. 126.] transacta, vere proximo Peloponnesum invaderet.

Cap. CXIII.

ἔδοξε γὰρ Μαρδονίῳ] E Florentino Schweigh. inseruit voculam καὶ ante Μαρδονίῳ. Equidem cum Matth. et Bekk. eam denuo exstinxi. Pro ἐξέλαυνον Apetz. rescribi vult ἐξήλαυνον. Mox Sancrofti liber cum aliis, quos secutus sum, ἀνωρίην; Mediceus, Florentinus, alii ἀνωρίῃ, quod postea Schweighaeusero, cui assentitur Stegerus (Ephem. Ien. 1828 nr. 186 pag. 46) melius videbatur. Intelligitur autem *tempus non opportunum*, *importunum*, *intempestivum*. Conf. Hemsterhus. ad Thom. Mag. pag. 136.

χειμερίσαι τὲ] i. e. *hyemare*, *hyemem transigere*. „χειμερίσαι, ait *Valckenaer*. pro vulgari χειμάσαι vel παραχειμάσαι positum VI, 31 infra recurrit c. 126 et 130, ubi classis reliqua Persarum ἐχειμέρισε ἐν Κύμῃ. Formatum illud, ut θερίζειν, *aestatem transigere*; et rarius ἐαρίζειν *tempus vernum*. Ἐχειμέριζε forte dederat Noster etiam c. 133 pro ἐχείμαζε, quod in alium usum adhibet VII, 191. ἡμέρας γὰρ δὴ ἐχείμαζε τρεῖς, *tertio demum die tempestas sedavit.*" Ad locutionem πειρᾶσθαι τῆς Πελοποννήσου conf. VIII, 100.

πρώτους μὲν Πέρσας πάντας τοὺς ἀθανάτους καλεομένους] In Sancrofti libro ante Πέρσας insertum legitur μυρίους, quod idem Valla expressit, quodque ex VII, 83 [ubi vid. nott. et ad VII, 31] irrepsisse recte statuit Wesseling. —

τοὺς θωρηκοφόρους] Conf. VII, 61.

καὶ τὴν ἵππον τὴν χιλίην] Supra VII, 40. προηγεῦντο μὲν δὴ ἱππόται χίλιοι, ἐκ Περσέων πάντων ἀπολελεγμένοι. De *Medis* conf. VII, 62; de *Sacis* et *Bactriis* VII, 64; de *Indis* VII, 65.

Σάκας, καὶ Βακτρίους τε καὶ Ἰνδούς, καὶ τὸν πε-
3 ζὸν, καὶ τὴν ἵππον. ταῦτα μὲν ἔθνεα ὅλα εἵλετο·
ἐκ δὲ τῶν ἄλλων συμμάχων ἐξελέγετο κατ' ὀλίγους,
τοῖσι εἴδεά τε ὑπῆρχε διαλέγων, καὶ εἴ τεοισί τι
4 χρηστὸν συνείδεε πεποιημένον. ἐν δὲ, πλεῖστον ἔθνος
Πέρσας αἱρέετο, ἄνδρας στρεπτοφόρους τε καὶ ψε-

κατ' ὀλίγους] Antecedenti ὅλα opponitur, hoc fere sensu: *e singulis gentibus consociatis paucos singulos elegit*, sive, ut Schweigh. reddit: *e reliquis vero sociis non nisi paucos passim selegit.* Bene quoque Schaefer. ad Dionys. Halicarn. De composit. verbb. p. 44: *ex singulis sociorum copiis seligebat paucos*, et Buttmann. ad Demosthen. Mid. p. 175 ed. sec.: *paucos e singulis ordinibus* (ad instar formulae *centenos*): Ubi etiam plura vid. de distributivo usu praepositionis κατὰ, de quo Wesseling. excitaverat Thucyd. III, 111. IV, 11. VI, 34 ibique Duker. Herod. II, 93 cui add. IX, 102. — Ob sequens ἐν δὲ, praecedente τῶν ἄλλων conf. Winckelmann ad Platon. Euthyd. pag. 136, ubi etiam affert Herod. I, 185. 192. Schweighaeuserus bene illud ἐν δὲ, ad omnem eorum, qui e Xerxis exercitu a Mardonio electi erant, numerum referens interpretatur: *in universo autem numero selectorum.* In uno codice ἕν δέ: quod sane displicet.

τοῖσι εἴδεά τε ὑπῆρχε] i. e. *qui forma fuere praestantes.* Conf. I, 199. VIII, 105. „Sunt, ni fallor (ait *Valcken.*) εἶδος εὖ ἔχοντες, sive σωμάτων ἔχοντες ἄριστα atque adeo εὐεκτικοί. Hos dicitur Mardonius e ceterorum turbâ *διαλέγων secernens* „καὶ εἴ τεοισι etc., ubi forte lectio non esset deterior καὶ ὁτέοισί τι χρηστὸν συνήδεε πεποιημένον.“ Nec tamen quidquam mutandum esse recte statuit Schweighaeuserus. Vid. Matth. Gr. Gr. §. 617 pag. 1251; qui idem §. 151 not. 1 pag. 284 de forma τέοισι consul. Pro vulg. συνήδεε, quod tenent cum Schaefero Matthiae et Bekkerus, reposui cum Schweigh. et Gaisf. e Florentino aliisque libris συνείδεε.

στρεπτοφόρους] Haud neglexit nostrum locum Blomfield. Praefat ad Aeschyl. Pers. p. VI Lips., ubi pluribus docet, ψέλια de *armillis* et στρεπτὰ de *torquibus* dici: quod utrumque inter Persarum ornamenta referri novimus. — Vid. Brisson. De regn. Perss. I, 145. II, 197. — Ad ἐπὶ δὲ vid. nott. ad VIII, 93. — Mox pro ἕσσονες reposui ἥσσονες, a quatuor libris allatum, ut supra VIII, 73.

λιοφόρους· ἐπὶ δὲ, Μήδους. οὗτοι δὲ πλῆθος μὲν οὐκ ἐλάσσονες ἦσαν τῶν Περσέων, ῥώμη δὲ ἥσσονες. ὥστε σύμπαντας τριήκοντα μυριάδας γενέσθαι
14 σὺν ἱππεῦσι. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ ἐν τῷ Μαρδόνιός τε τὴν στρατιὴν διέκρινε, καὶ Ξέρξης ἦν περὶ Θεσσαλίην, χρηστήριον ἐληλύθεε ἐκ Δελφῶν Λακεδαιμονίοισι, Ξέρξεα αἰτέειν δίκας τοῦ Λεωνί-
2 δεω φόνου, καὶ τὸ διδόμενον ἐξ ἐκείνου δέκεσθαι. πέμπουσι δὴ κήρυκα τὴν ταχίστην Σπαρτιῆται· ὃς 674 ἐπειδὴ κατέλαβε ἐοῦσαν ἔτι πᾶσαν τὴν στρατιὴν ἐν
3 Θεσσαλίῃ, ἐλθὼν ἐς ὄψιν τὴν Ξέρξεω, ἔλεγε τάδε· „Ὦ βασιλεῦ Μήδων, Λακεδαιμόνιοί τε σὲ, καὶ Ἡ„ρακλεῖδαι οἱ ἀπὸ Σπάρτης, αἰτέουσι φόνου δίκας
4 „ὅτι σφέων τὸν βασιλέα ἀπέκτεινας, ῥυόμενον τὴν „Ἑλλάδα.“ Ὁ δὲ, γελάσας τε, καὶ κατασχὼν πολλὸν χρόνον, ὥς οἱ ἐτύγχανε παρεστεὼς Μαρδόνιος, δεικνὺς ἐς τοῦτον, εἶπε· „Τοιγάρ σφι Μαρδόνιος

Interim Spartani, oraculi Delphici iussu, ad Xerxem mittunt, qui poenam caedis Leonidae poscat. Legato quid Xerxes responderit. [cf. 9, 64.]

Cap. CXIV.

ἐληλύθεε] Vid. Matth. Gr. Gr. §. 505. IV pag. 960. — In seq. δίκας αἰτέειν τινά τινος est *poenam, satisfactionem alicuius rei ab aliquo repetere*, ut I, 2 alibi. Ad ipsam rem conf. Herodot. IX, 64. τὸ διδόμενον ἐξ ἐκείνου δέκεσθαι sic intelligo: *id quod a Xerxe oblatum esset, s. satisfactionem oblatam, accipere.* Haud male Pavius: *accipere omen, et, quidquid rex diceret, sibi sumere.* Tu conf. quae attulit Wesseling. de hac verbi δέχεσθαι notione, quâ omnino valet *accipere omen*, VIII, 137 (qui locus nostro plane respondet) IX, 90. Aristoph. Plut. 63. Atque hinc in fine cap. de praecone: ὁ μὲν δεξάμενος τὸ ῥηθέν. Redit, observante Cr., locutio apud Platon. Gorg. §. 118 pag. 499 E: τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν καὶ τοῦτο δέχεσθαι τὸ διδόμενον παρὰ σοῦ, quae Heindorfius p. 179 reddit: *res praesentes et quodcumque fuerit oblatum, lucro apponere inque rem suam convertere*, proverbii colorem ista habere subiiciens et aliter Herodoti verba a Wesselingio accipi addens. At equidem ab ea, quam dedi, interpretatione cur recedam, nihil causae video.

κατασχὼν] i. e. *inhibens, cohibens*, ut alibi ἐπισχὼν VIII, 113. 23. 66. I, 132. IX, 49. Hinc etiam VIII, 117 κατεχόμενοι i. e. *retenti, detenti*, coll. VI, 129.

„ὅδε δίκας δώσει τοιαύτας οἵας ἐκείνοισι πρέπει.“ Ὁ μὲν δὴ, δεξάμενος τὸ ῥηθὲν ἀπαλλάσσετο.

115

Xerxis cum caetero exercitu iter versus Hellespontum. Maxima harum copiarum pars fame morbisque absumta. Currus Iovi sacer [7, 40.] a Thracibus surreptus.

Ξέρξης δὲ, Μαρδόνιον ἐν Θεσσαλίῃ καταλιπὼν,
αὐτὸς ἐπορεύετο κατὰ τάχος ἐς τὸν Ἑλλήσποντον·
καὶ ἀπικνέεται ἐς τὸν πόρον τῆς διαβάσιος ἐν πέν-
τε καὶ τεσσεράκοντα ἡμέρῃσι, ἀπάγων τῆς στρατιῆς
2 οὐδὲν μέρος, ὡς εἰπεῖν. ὅκου δὲ πορευόμενοι γι-
νοίατο, καὶ κατ' οὕς τινας ἀνθρώπους, τὸν τούτων
3 καρπὸν ἁρπάζοντες ἐσιτέοντο. εἰ δὲ καρπὸν μηδέ-
να εὕροιεν, οἱ δὲ τὴν ποίην τὴν ἐκ τῆς γῆς ἀνα-
φυομένην, καὶ τῶν δενδρέων τὸν φλοιὸν περιλέ-
ποντες, καὶ τὰ φύλλα καταδρέποντες κατήσθιον,
ὁμοίως τῶν δὲ ἡμέρων καὶ τῶν ἀγρίων, καὶ ἔλει-

Cap. CXV.

ὡς εἰπεῖν] i. e. *ut ita dicam.* εἰπεῖν codd. iubentibus revocavi pro εἶπαι. Conf. nott. ad VIII, 65. De ipsa locutione conf. II, 53. 134 et quae plura excitat Blomfield. Glossar. ad Aeschyl. Pers. 720. Indicatur autem hac formula *exiguus militum numerus*, quem salvum ex immani illa multitudine (VII, 188) in Asiam Xerxes reduxerit.

οἱ δὲ τὴν ποίην τὴν κ. τ. λ.] De particula δὲ in apodosi iteratâ vid. Matth. Gr. Gr. §. 616 pag. 1247 et Werfer. in Actt. phill. Monacc. I pag. 94. Herod. I, 66. — Verbum περιλέποντες affert Suidas III pag. 96, qui idem s. v. Δρέπου I p. 628 conferatur.

τῶν δὲ ἡμέρων καὶ τῶν ἀγρίων] scil. δενδρέων. Quod sequitur ὑπὸ λιμοῦ, valet: *prae fame, fame coacti.* Ac multos Persas mortuos esse δίψῃ τε λιμῷ τε canit quoque Aeschylus Pers. 490 (496 Blomf.), cuius omnis huc spectat narratio inde a vers. 482 (488 Bl.), tragicum in morem exornata. Eodem spectat Tzetz. Chil. I, 995 Persas, qui cum rege secesserint, plerosque narrans obiisse κρυμῷ, λιμῷ, πορείᾳ sive, ut Orosius habet II, 10 p. 114, *labore, fame ac metu distabuerunt.* Addam Iustini locum II, 13 §. 11. 12, qui Xerxis tristi reditu exposito haec subiicit: „Nec pedestribus copiis, quas ducibus adsignaverat, felicius iter fuit: si quidem quotidiano labori (neque enim ulla est metuentibus quies) etiam fames accesserat. Multorum deinde dierum inopia contraxerat et pestem, tantaque foeditas morientium fuit, ut viae cadaveribus implerentur, alitesque et bestiae escae illecebris sol-

4πον οὐδέν· ταῦτα δ' ἐποίευν ὑπὸ λιμοῦ. ἐπιλαβὼν δὲ λοιμός τε τὸν στρατὸν καὶ δυσεντερίη, κατ' ὁδὸν διέφθειρε. τοὺς δὲ καὶ νοσέοντας αὐτῶν κατέλιπε, ἐπιτάσσων τῇσι πόλισι, ἵνα ἑκάστοτε γίνοιτο ἐλαύνων, μελεδαίνειν τε καὶ τρέφειν· ἐν Θεσσαλίῃ τέ τινας, καὶ ἐν Σίρι τῆς Παιονίης, καὶ ἐν Μακε-
5δονίῃ. ἔνθα καὶ τὸ ἱρὸν ἅρμα καταλιπὼν τοῦ Διὸς, ὅτε ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἤλαυνε, ἀπιὼν οὐκ ἀπέλαβε· ἀλλὰ δόντες οἱ Παίονες τοῖσι Θρήϊξι, ἀπαιτέοντος Ξέρξεω, ἔφασαν νεμομένας ἁρπαχθῆναι ὑπὸ τῶν ἄνω Θρηΐκων τῶν περὶ τὰς πηγὰς τοῦ Στρυμόνος οἰκημένων.
16 Ἔνθα καὶ ὁ τῶν Βισαλτέων βασιλεὺς γῆς τε τῆς Κρηστωνικῆς, Θρήϊξ, ἔργον ὑπερφυὲς ἐρ-

Bisaltarum rex quomodo tum filios, Xerxem invito patre in Graeciam secutos, ultus.

---

licitatae exercitum sequerentur."

ἐπιλαβὼν δὲ] Vid. nott. ad VI, 27. Pro seq. λοιμὸς Toup. Emendd. in Suid. P. III pag. 333 s. II p. 399 rescribi vult λιμὸς idque de morbo, quem vulgo dicunt *le scorbut* intelligi vult, comparans Polyb. III, 87.

μελεδαίνειν τε καὶ τρέφειν] scil. αὐτούς, (*aegrotantes*) monente Boeckh. in Corp. Inscriptt. I pag. 20. 21. 875. De verbo μελεδαίνειν, quod etiam affert Suidas s. v. II p. 523 vid. allata ad VII, 31; de *Siri* urbe in seqq. dixi ad V, 15. Romanis dicebantur *Serrae*, nunc vocant *Serres*; quam urbem adhuc commercio florentem inter potiores Macedoniae urbes censeri, sitam ad laetam illam planitiem Strymone irrigatam, ad montis declivitates, brevi spatio remotam a Cercines lacu, cui nunc nomen Takinos, docuit Cousinéry, Voyage en Macedoine I pag. 157 seqq. 173 seqq. Nec fugit censorem Gottingensem 1833 nr. 127 p. 1262. — De sacro Iovis curru vid. nott. ad VII, 40; de *Paeonibus* diximus ad V, 12.

νεμομένας] Ad ἅρμα refertur, quo nomine simul alterum ἵππους comprehendi patet. Vid. G. Hermann. ad Viger. p. 714. Mox pro οἰκεομένων retinui, quod plurimi praebebant codd., οἰκημένων, ut III, 96.

Cap. CXVI.

Βισαλτέων] De *Bisaltia* conf. nott. ad VII, 115, de *Crestonia* regione I, 57. VII, 124.

ἔργον ὑπερφυὲς] i. e. *facinus immane*, *maxime atrox*, *naturam humanam quasi excedens et superans.* In bonam partem adhibuit Herodotus IX, 78. Caeterum eadem enarrans Aelian. V. H. V, 11 in clausula

γάσατο· ὃς οὔτε αὐτὸς ἔφη τῷ Ξέρξῃ ἑκὼν εἶναι
δουλεύσειν, ἀλλ' οἴχετο ἄνω ἐς τὸ οὖρος τὴν Ῥο-
δόπην, τοῖσί τε παισὶ ἀπηγόρευε μὴ στρατεύεσθαι
2 ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. οἱ δὲ ἀλογήσαντες, ἢ ἄλλως σφι
θυμὸς ἐγένετο θεήσασθαι τὸν πόλεμον, ἐστρατεύοντο
3 ἅμα τῷ Πέρσῃ. ἐπεὶ δὲ ἀνεχώρησαν ἀσινέες πάντες, 675
ἓξ ἐόντες, ἐξώρυξε αὐτῶν ὁ πατὴρ τοὺς ὀφθαλμοὺς
διὰ τὴν αἰτίην ταύτην. καὶ οὗτοι μὲν τοῦτον τὸν
μισθὸν ἔλαβον.

117

Pontibus Hellesponti per tempestatem ruptis. Xerxes cum suis Abydum navibus transvehitur, indeque Sardes movet.

Οἱ δὲ Πέρσαι ὡς ἐκ τῆς Θρηΐκης πορευόμενοι
ἀπίκοντο ἐπὶ τὸν πόρον, ἐπειγόμενοι τὸν Ἑλλήσπον-
τον τῇσι νηυσὶ διέβησαν ἐς Ἄβυδον· τὰς γὰρ σχε-
δίας οὐκ εὗρον ἔτι ἐντεταμένας, ἀλλ' ὑπὸ χειμῶνος
2 διαλελυμένας. Ἐνθαῦτα δὲ κατεχόμενοι, σιτία τε
πλέω ἢ κατ' ὁδὸν ἐλάγχανον· οὐδένα τε κόσμον ἐμ-
πιπλάμενοι, καὶ ὕδατα μεταβάλλοντες, ἀπέθνησκον
τοῦ στρατοῦ τοῦ περιεόντος πολλοί. οἱ δὲ λοιποὶ

---

addit Thracem, eo quod filios sex excoecarit, haud fecisse Graeca (μὴ ποιήσας Ἑλληνικά). Ubi bene observat Perizonius excoecationis morem atrocem, quem Graecis abiudicat Aelianus, post tempora Iustiniani Rhinotmeti denuo invaluisse apud Graecos Byzantinos indeque etiam ad Latinos esse propagatum, ut ex exemplo Ludovici Pii, qui fratris filium Bernhardum, Italiae regem, hoc supplicio affecerit, satis constet. Aliud excoecationis exemplum in Phinei liberis affert Wesseling. e Schol. Apollon. Rhod. II, 178.

ἑκὼν εἶναι] Conf. VIII, 30 et de *Rhodope* monte nott. ad IV, 49. De particula μὴ post ἀπηγόρευε illata conf. III, 128 ibiq. nott.

Cap. CXVII.

ἔτι ἐντεταμένας] i. e. rates non amplius invenerunt *ligatas*, *intensas* vinculis, sed tempestatis vi *solutas*, *disiectas*. Sic plane IX, 106. — Mox e Florentino aliisque cum recentt. dedi ἐνθαῦτα δὲ, ubi vulgatum δὴ retinuit Matthiae. Ad κατεχόμενοι vid. nott. ad VII, 114 et ad voces οὐδένα κόσμον allata ad VIII, 60 §. 3. Nam illos tradit *nullo modo ordineque servato* cibis se implevisse; unde mutata simul aquâ, mors insecuta est.

118 ἅμα Ξέρξῃ ἀπικνέονται ἐς Σάρδις. Ἔστι δὲ καὶ ἄλ- Alia de Xerxis reditu narratio,
λος ὅδε λόγος λεγόμενος, ὡς ἐπειδὴ Ξέρξης ἀπελαύ-
νων ἐξ Ἀθηνέων ἀπίκετο ἐπ' Ἠϊόνα τὴν ἐπὶ Στρυ-
μόνι, ἐνθεῦτεν οὐκέτι ὁδοιπορίῃσι διεχρέετο, ἀλλὰ
τὴν μὲν στρατιὴν Ὑδάρνεϊ ἐπιτρέπει ἀπάγειν ἐς τὸν
Ἑλλήσποντον, αὐτὸς δ' ἐπὶ νηὸς Φοινίσσης ἐπιβὰς,
2 ἐκομίζετο ἐς τὴν Ἀσίην. πλώοντα δέ μιν ἄνεμον
Στρυμονίην ὑπολαβεῖν μέγαν καὶ κυματίην· καὶ δὴ,
μᾶλλον γάρ τι χειμαίνεσθαι, γεμούσης τῆς νηὸς,

Cap. CXVIII.

λόγος λεγόμενος] Ita Florentinus cum aliis. Vulgatum λεγόμενος λόγος cum Schaefero retinuit Matthiae. De ipsa locutione, quae redit VIII, 119 init., conf. nott. ad IV, 12. — Mox omnes fere codd., excepto Vallae, ἐξ Ἀθηναίων. — De *Eione* notavimus ad VII, 25.

ἐπὶ νηὸς Φοινίσσης ἐπιβάς] Infra VIII, 120 fin. est: ἐπιβῆναι ἐπὶ τὴν νῆα. Alibi genitivus, omissa praepositione, adstruitur: de quo vid. ad Herod. I, 84 nott. — De verbo κομίζεσθαι conf. VIII, 107. Ad ipsam narrationem confer. Iustin. II, 13 §. 9 sq. „Ipse (Xerxes) cum paucis Abydon contendit. Ubi cum solutum pontem hibernis tempestatibus offendisset, piscatoria scaphâ trepidus traiecit. Erat res spectaculo digna et aestimatione sortis humanae, rerum varietate miranda, in exiguo latentem videre navigio, quem paulo ante vix aequor omne capiebat; carentem etiam omni servorum ministerio, cuius exercitus propter multitudinem terris graves erant.“ Iustinum sequitur Orosius II, 10. Veriora Valckenaerio videntur, quae Tzetzes Chil. I 996 de Xerxis traiectu enarrat.

πλώοντα δέ μιν ἄνεμον Στρυμονίην ὑπολαβεῖν μέγαν καὶ κυματίην] Excidit Noster e structurâ vel potius in aliam transiit accusativi et infinitivi, plane ut VIII, 111. — De verbo ὑπολαβεῖν conf. VIII, 84 fin. VII, 170 et de voce κυματίης nott. ad II, 111. *Strymonium* ventum non alium esse atque *Boream*, a sua velut sede eximie ita vocatum, quem eundem Atheniensium affinem et fautorem (qui inde etiam regem illaesum dimittere haud debuit) supra invenimus VII, 189, recte observat Valckenaerius de hoc Strymonis Borea citans Callimach. in Del. 26 ibiq. Spanhem. et in Dian. 114. — In seqq. ob articuli vim Matth. Gr. Gr. §. 267 pag. 551 excitat verba τῶν σὺν Ξέρξῃ κομιζομένων. — De forma βώσαντα vid. nott. ad I, 11.

ὥστε ἐπὶ τοῦ καταστρώματος ἐπεόντων συχνῶν Περ-
σέων τῶν σὺν Ξέρξῃ κομιζομένων, ἐνθαῦτα ἐς δεῖ-
μα πεσόντα τὸν βασιλέα, εἴρεσθαι βώσαντα τὸν κυ-
3 βερνήτεα, εἴ τις ἐστί σφι σωτηρίη. καὶ τὸν εἶπαι·
„Δέσποτα, οὐκ ἔστιν οὐδεμία, ἢν μὴ τούτων ἀπαλ-
„λαγή τις γένηται τῶν πολλῶν ἐπιβατέων.“ καὶ
4 Ξέρξεα λέγεται ἀκούσαντα ταῦτα εἶπαι· „Ἄνδρες
„Πέρσαι, νῦν τις διαδεξάτω ὑμέων βασιλέος κηδό-
5 „μενος· ἐν ὑμῖν γὰρ οἶκε εἶναι ἐμοὶ ἡ σωτηρίη.“
τὸν μὲν ταῦτα λέγειν· τοὺς δὲ, προσκυνέοντας, ἐκ-
πηδέειν ἐς τὴν θάλασσαν· καὶ τὴν νῆα ἐπικουφι-
6 σθεῖσαν, οὕτω δὴ ἀποσωθῆναι ἐς τὴν Ἀσίην. Ὡς
δὲ ἐκβῆναι τάχιστα ἐς γῆν τὸν Ξέρξεα, ποιῆσαι τοι-
όνδε· ὅτι μὲν ἔσωσε βασιλέος τὴν ψυχὴν, δωρήσα-
σθαι χρυσέῃ στεφάνῃ τὸν κυβερνήτεα· ὅτι δὲ Περ-
σέων πολλοὺς ἀπώλεσε, ἀποταμεῖν τὴν κεφαλὴν αὐ-
119 τοῦ. Οὗτος δὲ ἄλλος λέγεται λόγος περὶ τοῦ Ξέρ- 676
sed parum illa credibilis Herodoto visa.
2 ξεω νόστου, οὐδαμῶς ἔμοιγε πιστὸς, οὔτε ἄλλως,

ἢν μὴ τούτων ἀπαλλαγή τις κ. τ. λ.] Dedi ἢν μὴ a Sancrofti codice allatum et probatum Werfero in Actt. phill. Monacc. I pag. 100. Matth. Gr. Gr. §. 525, 7, b pag. 1020. Vulgo εἰ — μὴ, quod cum Schaefero unus retinuit Bekkerus.

Ξέρξεα λέγεται — εἶπαι] Attigit Matth. Gr. Gr. §. 537 pag. 1056. — Ad verbum διαδεξάτω conf. nott. ad VI, 136. Quae continuo sequuntur, attigit Dio Chrysostom. Or. XIV p. 231 B.

προσκυνέοντας] Vid. citt. ad VII, 136. Mox e duobus codd. pro ἐκπεδᾶν revocavi ἐκπηδέειν, quod hinc attigit Matth. Gr. Gr. §. 10 pag. 44, qui idem pag. 195 conferatur ad formam κυβερνήτεα. De notione vocis ψυχὴ vid. nott. ad VII, 39. Pro χρυσέῃ στεφάνῃ duo codd. χρυσέῳ στεφάνῳ, quod merito respuit Valckenaer., quum Herodotus Homeri more (de quo vid. Eustath. ad Il. XVIII, 597. Casaubon. ad Athen. V, 8 s. 34 ad pag. 202 B.) femininas subinde praetulerit formas. Tu conf. etiam ad I, 9 allata. Supra VI, 69 οἱ στέφανοι.

ἀποταμεῖν τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ] Vid. nott. ad VII, 35.

Cap. CXIX.

οὔτε ἄλλως, οὔτε κ. τ. λ.] i. e. *neque ad caetera quod attinet, neque quod ad Persicam illam cladem*. Mox pro ἐῤῥήθη cum Gaisf. ex uno cod. recepi

οὔτε τὸ Περσέων τοῦτο πάθος. εἰ γὰρ δὴ ταῦτα οὕτω εἰρέθη ἐκ τοῦ κυβερνήτεω πρὸς Ξέρξεα, ἐν μυρίῃσι γνώμῃσι μίαν οὐκ ἔχω ἀντίξοον, μὴ οὐκ ἂν ποιῆσαι βασιλέα τοιόνδε· τοὺς μὲν ἐκ τοῦ καταστρώματος καταβιβάσαι ἐς κοίλην νῆα, ἐόντας Πέρσας, καὶ Περσέων τοὺς πρώτους· τῶν δ' ἐρετέων, ἐόντων Φοινίκων, ὅκως οὐκ ἂν ἴσον πλῆθος τοῖσι Πέρσῃσι ἐξέ-
3 βαλε ἐς τὴν θάλασσαν. Ἀλλ' ὁ μὲν, ὡς καὶ πρότερόν μοι εἴρηται, ὁδῷ χρεώμενος ἅμα τῷ ἄλλῳ στρατῷ, ἀπενόστησε ἐς τὴν Ἀσίην. Μέγα δὲ
120 καὶ τόδε μαρτύριον· φαίνεται γὰρ Ξέρξης ἐν τῇ

Munera Abderitis a Xerxe Asiam repetente data.

εἰρέθη, ut IV, 157. VII, 184. Apud Matth. et Bekkerum etiam invenitur εἰρέθη.

ἐν μυρίῃσι γνώμῃσι μίαν οὐκ ἔχω ἀντίξοον κ. τ. λ.] Sensum loci hunc esse puto: *in pluribus* (quae hac de re proferri possunt) *sententiis ne unam quidem habeo mihi contrariam, contendenti Persarum regem tale quid* (quod scil. navis gubernator illi suasit) *nunquam facturum fuisse, qui potius, Persis in alveum navis descendere iussis, remiges, qui Phoenices fuere, in mare deiectos morti tradidisset.* — De voce ἀντίξοος conf. nott. ad I, 174, et de particulis μὴ οὐκ Matth. Gr. Gr. § 609 p. 1229. 1231.

τῶν δ' ἐρετέων κ. τ. λ.] „Ad id, quod famae illi, de qua hic agitur, opponit Herodotus, responderi poterat: At remigum, qui in navi erant, nautarumque cunctorum opera opus fuit gubernatori, quâ per vim tempestatis ad optatum litus eluctaretur.“ *Schweighaeuser.*

ὅκως οὐκ ἂν — ἐξέβαλε] Vid. Matthiae Gr. Gr. §. 623, 3 pag. 1267 et G. Hermann. Opuscc. Acad. IV p. 52 (de partic. ἂν I, 10) hunc locum laudans, in quo mire dicendi illam formulam mutarit Herodotus, cum pro οὐκ ἔστι hic ad μὴ οὐκ ἂν ποιῆσαι referatur ὅκως s. ὅπως.

Cap. CXX.

φαίνεται γὰρ] Particulam γὰρ attigit Matth. Gr. Gr. §. 630. 2 pag. 1293. — ἡ ὀπίσω κομιδὴ exstat quoque VIII, 108. De *Abderis* vid. nott. ad VII, 109. Add. Prokesch. in Annall. Vienn. T. LIX Anz. Bl. pag. 11 seq. De Herodotei loci argumento conf., notante Valcken., Philostrat. Vit. Sophist. p. 494 [I, X. Protag.].

ὀπίσω κομιδῇ ἀπικόμενος ἐς Ἄβδηρα, καὶ ξεινίην τέ σφι συνθέμενος, καὶ δωρησάμενος αὐτοὺς ἀκινάκῃ 2 τε χρυσέῳ καὶ τιήρῃ χρυσοπάστῳ. καὶ ὡς αὐτοὶ λέγουσι Ἀβδηρῖται, λέγοντες ἐμοί γε οὐδαμῶς πιστά, πρῶτον ἐλύσατο τὴν ζώνην φεύγων ἐξ Ἀθηνέων ὀ- 3 πίσω, ὡς ἐν ἀδείῃ ἐών. τὰ δὲ Ἄβδηρα ἵδρυται πρὸς τοῦ Ἑλλησπόντου μᾶλλον ἢ τοῦ Στρυμόνος καὶ τῆς Ἠϊόνος, ὅθεν δή μιν φασὶ ἐπιβῆναι ἐπὶ τὴν νῆα.

121 Omissa Andri obsidione [c. 111.], quod incolae fortissime resisterent, classis Graecorum Carystum depopulata [c. 112.], Salaminem revertitur. Dona diis data: praedae divisae.

Οἱ δὲ Ἕλληνες, ἐπεί τε οὐκ οἷοί τε ἐγένοντο ἐξελέειν τὴν Ἄνδρον, τραπόμενοι ἐς Κάρυστον, καὶ 2 δηϊώσαντες αὐτῶν τὴν χώρην, ἀπαλλάσσοντο ἐς Σαλαμῖνα. Πρῶτα μέν νυν τοῖσι θεοῖσι ἐξεῖλον ἀκροθίνια, ἄλλα τε, καὶ τριήρεας τρεῖς Φοινίσσας· τὴν μὲν, ἐς Ἰσθμὸν ἀναθεῖναι, ἥπερ ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἦν·

καὶ ξεινίην τέ σφι συνθέμενος] Vid. nott. ad VII, 120 et ad VII, 29 et confer praeterea IX, 135, ubi *ξείνια προτίθεσθαι*. Magis vero huc facit III, 39 ξεινίην Ἀμάσι σ υ ν ε θ ή κ α τ ο. De *Acinace* vid. nott. ad III, 118.

τιήρῃ χρυσοπάστῳ] „Tiaram infrequens fuisse puto regium donum, Acanthios eodem quo Abderitanos honore rex dignatus VII, 116 *ἐδωρήσατο ἐσθῆτι Μηδικῇ*. Nusquam etiam *auro distinctam χρυσόπαστον* memoratam legi *tiaram*: de qua praeter Brisson. multa Gataker. Adv. Misc. posth. c. 24, sed alibi reperies *χρυσόπαστον ἐσθῆτα* et *τὰ χρυσόπαστα τῶν ἐνδυμάτων*.“ V a l c k e n. At *Medicam vestem* qui muneri dedit, cur is *tiaram* dare non potuerit, haud equidem intelligo. Cyrus Syennesi, si fides Xenophonti Anab. I, 2 §. 27 dedit munera, quae honoratissima apud Persas censentur, equum frenis aureis ornatum, torquem aureum ac stolam Persicam. Quae omnia *aurea* fuisse ne mireris, vid. nott. ad VII, 54.

τὰ δὲ Ἄβδηρα ἵδρυται πρὸς τοῦ Ἑλλησπόντου] Ita e Florentino, aliis dedi codd. Vulgatum: *πρὸς τοῦ Ἑλλησπόντου δὲ μᾶλλον τὰ Ἄβδηρα ἵδρυται* retinuit Matthiae. De praepositione *πρὸς* vid. nott. ad VIII, 87 et de verbis *ἐπιβῆναι ἐπὶ τὴν νῆα* cf. nott. ad VIII, 118.

Cap. CXXI.

τὴν Ἄνδρον] Vid. VIII, 111 et de *Carystiis* nott. ad VIII, 112.

τὴν δὲ, ἐπὶ Σούνιον· τὴν δὲ, τῷ Αἴαντι, αὐτοῦ ἐς 3Σαλαμῖνα. μετὰ δὲ τοῦτο διεδάσαντο τὴν ληΐην, καὶ τὰ ἀκροθίνια ἀπέπεμψαν ἐς Δελφούς· ἐκ τῶν ἐγένετο ἀνδριὰς, ἔχων ἐν τῇ χερὶ ἀκρωτήριον νηὸς, ἐὼν μέγαθος δυωκαίδεκα πηχέων· ἑστήκεε δὲ οὗτος

Quid Aeginetae deo Delphico petenti donaverint.

122 τῇ περ ὁ Μακεδὼν Ἀλέξανδρος ὁ χρύσεος. Πέμψαντες δὲ ἀκροθίνια οἱ Ἕλληνες ἐς Δελφοὺς, ἐπειρώτεον τὸν θεὸν κοινῇ, εἰ λελάβηκε πλήρεα καὶ ἀρεστὰ τὰ ἀκροθίνια. ὁ δὲ, παρ' Ἑλλήνων μὲν τῶν 677 ἄλλων, ἔφησε, ἔχειν· παρ' Αἰγινητέων δὲ, οὔ· ἀλλὰ ἀπαίτεε αὐτοὺς τὰ ἀριστήϊα τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίης. Αἰγινῆται δὲ πυθόμενοι, ἀνέθεσαν ἀστέρας χρυσέους, οἳ ἐπὶ ἱστοῦ χαλκέου ἑστᾶσι τρεῖς ἐπὶ τῆς γωνίης, ἀγχοτάτω τοῦ Κροίσεω κρητῆρος.

Per caeterorum ducum livorem stetisse, ne Themistocli, cum in Isthmo ad Neptuni aram suffragia de hac re ferrent, ob res bene gestas primae darentur.

123 Μετὰ δὲ τὴν διαίρεσιν τῆς ληΐης ἔπλωον οἱ Ἕλληνες ἐς τὸν Ἰσθμὸν, ἀριστήϊα δώσοντες τῷ ἀξιωτάτῳ γενομένῳ 2Ἑλλήνων ἀνὰ τὸν πόλεμον τοῦτον. ὡς δὲ ἀπικό-

---

τῷ Αἴαντι αὐτοῦ ἐς Σαλαμῖνα] *αὐτοῦ* est *ibi*, ubi scil. habebant stationem regressi ab expeditione in Andrios atque Carystios facta. Verba *ἐς Σαλαμῖνα* aeque atque *ἐς Ἰσθμὸν* et *ἐπὶ Σούνιον* ad *ἀναθεῖναι* pertinent. Affert Wesselingius ad h. l. similia victoriae reportatae donaria e Thucydid. II, 84. Procop. Bell. Goth. IV, 22. *ἀκροθίνια* sunt primitiae praedae diis consecrandae a victoribus gratum animum testificantibus, ut I, 86. 90. Mox reliqui *ἑστήκεε*, cuius loco Schaef., quem Matth. et Bekker. sequuntur, *ἕστηκε*.

Cap. CXXII.

λελάβηκε] Vid. Matth. Gr. Gr. §. 427. Valckenaer. maluerat *λελαβήκεε* ut III, 42. Attigit Herodotea Pseudo-Plut. II p. 871 C.

τὰ ἀριστήϊα τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίης] Conf. VIII, 93 et Plutarch. Themistocl. 17 pag. 120 C. Aeginetis palmam contributam esse testantur quoque Aelian. V. H. XII, 10. Diodor. XI, 27, notante Wesselingio. — In seqq. ad vocem *ἀστέρας* conf. II, 4, ubi plurimi codd. haud scio an recte *ἀστέρων* pro vulg. *ἄστρων*.

τοῦ Κροίσεω κρητῆρος] Vid. I, 51 et de forma *Κροίσεω* Matth. Gr. Gr. §. 91, 2 pag. 196.

Cap. CXXIII.

ἀνὰ τὸν πόλεμον] Vid. Matth. Gr. Gr. §. 579, 1 pag.

μενοι οἱ στρατηγοὶ διενέμοντο τὰς ψήφους ἐπὶ τοῦ
Ποσειδέωνος τῷ βωμῷ, τὸν πρῶτον καὶ τὸν δεύτερον
κρίνοντες ἐκ πάντων· ἐνθαῦτα πᾶς τις αὐτῶν ἑωυ-
τῷ ἐτίθετο τὴν ψῆφον, αὐτὸς ἕκαστος δοκέων ἄρι-
στος γενέσθαι· δεύτερα δὲ, οἱ πολλοὶ συνεξέπιπτον
3 *Θεμιστοκλέα κρίνοντες. οἱ μὲν δὴ ἐμουνοῦντο· Θε-*
μιστοκλέης δὲ δευτερείοισι ὑπερεβάλλετο πολλόν.

1148. Redit *ἀνὰ* hoc sensu cap. 124.

διενέμοντο] Plures codd. *διένεμον*, duo quoque libri *ἔφερον*, quod idem in locis geminis exstat Plutarchi Themist. 17 p. 120 D. Aristid. II pag. 218, ubi duces ex ara *τὴν ψῆφον φέρειν* narrantur. Equidem medium retinui cum *Valcken.* sic statuente: „Athenis causa utrimque dicta, qui iudicibus distribuebant singulis *τὰς δύο ψήφους*, hi dici poterant *διανέμειν τὰς ψήφους* [Conf. Schoemann et Meier Attisch. Process. p. 676]. Sed apud Herodotum Graeci duces *inter se calculos dividentes*, quibus ferrent suffragia, *διενέμοντο τὰς ψήφους*, et quidem *ἐπὶ τοῦ Ποσειδέωνος τῷ βωμῷ ad altare* Isthmii *Neptuni*; ut Dei maiestate moti sancte iudicarent, *τὸν πρῶτον καὶ τὸν δεύτερον κρίνοντες* (sive *κρινέοντες iudicaturi*), *ἐκ πάντων*. Herodotea Plutarchus interpretatur in Themistocl. 17 p. 120 D. *ἀναχωρήσαντες εἰς τὸν Ἰσθμὸν ἀπὸ τοῦ βωμοῦ τὴν ψῆφον ἔφερον οἱ στρατηγοί*. Hoc Athenis etiam nonnunquam factum liquet ex Demosthen. De Coron. pag. 162 [p. 271] Or. c. Macart. p. 601 [p. 1054, 10]." Atque hoc utroque loco invenies *ἀπὸ τοῦ βωμοῦ φέρειν τὴν ψῆφον*.

αὐτὸς ἕκαστος δοκέων ἄριστος γενέσθαι] i. e. *cum unusquisque sibi videretur optimus fuisse.* Vid. G. Hermann. ad Viger. p. 733. — *δεύτερα δὲ* nil aliud esse puto nisi *tum*, ut v. c. VII. 28. 148, quando praecedit *πρῶτα μὲν* vel simile quid. — Ad verbum *συνεξέπιπτον* conf. citt. ad VIII, 49.

ὑπερεβάλλετο] i. e. *eminuit*, ubi accusativus personae negligitur, sed dativus rei additur, ut I, 61. IX, 71. Unus liber male dat *ὑπερέβαλλε*. Caeterum non dissentit Plutarchus (Themistocl. 17 coll. Pseudo-Plut. II pag. 871 D.) ab Herodoto, narrans duces primum, se quemque virtute praestitisse, post se Themistoclem, statuisse; unde primas ad Themistoclem quamvis invitos ob invidiam detulisse duces haud iniuria censet Plutarchus. Est vero hic Herodoti locus documento, Herodotum nullo ductum timore aut partium stu-

Honor insignis paulo post Spartae eidem habitus.

124 Οὐ βουλομένων δὲ ταῦτα κρίνειν τῶν Ἑλλήνων
φθόνῳ, ἀλλ᾽ ἀποπλωόντων ἑκάστων ἐς τὴν ἑωυτῶν
ἀκρίτων, ὅμως Θεμιστοκλέης ἐβώσθη τε καὶ ἐδοξώ-
θη εἶναι ἀνὴρ πολλὸν Ἑλλήνων σοφώτατος ἀνὰ
2 πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα. Ὅτι δὲ νικῶν οὐκ ἐτιμήθη
πρὸς τῶν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχησάντων, αὐτίκα με-
τὰ ταῦτα ἐς Λακεδαίμονα ἀπίκετο, θέλων τιμη-
θῆναι. καί μιν Λακεδαιμόνιοι καλῶς μὲν ὑπεδέξαν-
3 το, μεγάλως δὲ ἐτίμησαν. ἀριστήϊα μέν νυν ἔδο-
σαν Εὐρυβιάδῃ, ἐλαίης στέφανον· σοφίης δὲ καὶ
4 δεξιότητος, Θεμιστοκλέϊ, καὶ τούτῳ στέφανον ἐλαί-
ης. ἐδωρήσαντο δέ μιν ὄχῳ τῷ ἐν Σπάρτῃ καλλι-
στεύσαντι· αἰνέσαντες δὲ πολλὰ, προέπεμψαν ἀπιόντα
τριηκόσιοι Σπαρτιητέων λογάδες, οὗτοι οἵπερ ἱπ-
πέες καλέονται, μέχρι οὔρων τῶν Τεγεητικῶν. μοῦ-
νον δὴ τοῦτον πάντων ἀνθρώπων, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, 678

---

dio id unum curasse in omnibus, ut verum ubique traderet. Conf. Dahlmann. Herod. pag. 184.

Cap. CXXIV.

ἐβώσθη] Vid. I, 11. VI, 131. Ad verba ἐδοξώθη εἶναι ἀνὴρ — σοφώτατος conf. VIII, 110, ubi: δεδογμένος εἶναι σοφός.

θέλων τιμηθῆναι] „Verisimilius mihi videtur, quod Plutarch. narrat in Themist. 17 pag. 120 D. Spartam vocatum deductumque a Lacedaemoniis fuisse Themistoclem, sibi nempe metuentibus nunc tandem, μή ποτε Θεμιστοκλῆς, ἀγανακτήσας ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι, κακὸν μέγα βουλεύσηται κατ᾽ αὐτῶν καὶ τῶν Ἑλλήνων, ut scribit Diodor. XI, 27 idcirco tum ἐτίμησαν αὐτὸν διπλασίοις δωρεαῖς τῶν τὰ ἄριστα εἰληφότων. Iuxta Libanium I p. 14 C. illum ἐστεφάνουν, τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίας ἀφορμὴν ποιούμενοι τὴν ἐκείνου διάνοιαν. Multiplicem honorem ipsi tum tributum a Lacedaemoniis enarrat et Plutarchus [cap. 17 Vit. Themistocl.]. In Herodoto legerem ex marg. Stephani προέπεμψαν ἀπιόντα [ubi vulgo ἀνιόντα] τριηκόσιοι Σπαρτιητέων λογάδες: quo honore neminem alium dicuntur prosecuti. Hoc apud Thucydid. I, 74 Spartanis in memoriam revocat orator Atticus." *Valcken.* De illis *equitibus*, e flore iuventutis Laconicae electis Themistoclemque, id quod maximum honoris indicium erat, comitantibus vid. Plutarch. Lycurg. 25. Xenoph. De R. L. IV, 3. C. O. Müller. Dorr. II

Timodemus Themistoclis obtrectator quomodo confutatus.

125 Σπαρτιῆται προέπεμψαν. Ὡς δὲ ἐκ τῆς Λακεδαίμονος ἀπίκετο ἐς τὰς Ἀθήνας, ἐνθαῦτα Τιμόδημος Ἀφιδναῖος, τῶν ἐχθρῶν μὲν τῶν Θεμιστοκλέος ἐών, ἄλλως δὲ οὐ τῶν ἐπιφανέων ἀνδρῶν, φθόνῳ καταμαργέων, ἐνείκεε τὸν Θεμιστοκλέα, τὴν ἐς Λακεδαίμονα ἄπιξιν προφέρων, ὡς διὰ τὰς Ἀθήνας ἔχοι τὰ γέρεα τὰ
2 παρὰ Λακεδαιμονίων, ἀλλ' οὐ δι' ἑωυτόν. ὁ δὲ, ἐπεί τε οὐκ ἐπαύετο ταῦτα λέγων ὁ Τιμόδημος, εἶ-

---

p. 241 C. F. Hermann. Hellen. Staatsalterth. §. 29 not. 12 seq. — Ad vocem ὄχῳ vid. Matth. Gr. Gr. §. 91, 3 pag. 196.

Cap. CXXV.

Ἀφιδναῖος] In Sancrofti codice exstat Ἀθηναῖος: quod plures codd. si ferrent, lubenter se recepturum esse ait Wesseling., cum idem Timodemus infra vocetur *Belbinita*. Neque tamen quidquam mutandum, si cum Pavio ac Schweighaeusero Timodemum statuas domo fuisse *Belbinitam* i. e. natum in Belbina insulâ, sed Atticam civitatem nactum *Aphidnaeorum*que demo fuisse adscriptum. *Aphidnae* non multum a Decelea videntur fuisse remotae: quamquam accuratiora de eius situ desunt. Conf. Herod. IX, 73. Strabon. VIII p. 362 s. p. 557 A. Pausan. II, 22 §. 7.

ἄλλως δὲ οὐ τῶν ἐπιφανέων ἀνδρῶν] i. e. *caeteroqui non illustribus viris adnumeratum*. Loco vili ignobilique gente eum prognatum fuisse haec verba declarant. Vid. Sintenis ad Plutarch. Themistocl. p. 2.

φθόνῳ καταμαργέων] In Florentino aliisque exstat καταμαρπτέων. Bene autem ad h. l. *Wesseling.*: καταμαργᾶν et more Ionico καταμαργέειν, protervi hominis et invidia rumpentis *insaniam* egregie declarat. Quo qui ingenio μεμαργωμένοι κυνοθρασεῖς Aeschylo Suppl. 766." Qui idem Wesseling. in Diss. Herod. IX p. 205, ubi h. l., quem Latine reddit: *ira furens rixabatur*, tractat, comparat Euripid. Troad. 992: ἐξεμαργώθης φρένας *animo furis*, itemque μαργαίνειν apud Clement. Alex. Protrept. p. 75 et ἐπιμαργαίνειν apud Arat. Diosem. 386 de suibus. Add. Pindar. Nem. IX, 46. Ac pertinent huc quoque voces μάργος (*vesanus*, *avidus*) et ὑπόμαργος apud Herodot. VI, 75, ubi vid. nott. — Ad verbum προφέρων vid nott. ad IV, 151. Pro ἔχει, quod Schaeferus et Matthiae retinuerunt, equidem cum reliquis dedi ἔχοι, quod plerique dabant codd.

πε· „Οὕτω ἔχει τοι· οὔτ' ἂν ἐγώ, ἐὼν Βελβινίτης, „ἐτιμήθην οὕτω πρὸς Σπαρτιητέων· οὔτ' ἂν σύ, „ὤνθρωπε, ἐὼν Ἀθηναῖος." Ταῦτα μέν νυν ἐς το- 1 σοῦτο ἐγένετο.

126 Ἀρτάβαζος δὲ ὁ Φαρνάκεος, ἀνὴρ ἐν Πέρσῃσι λόγιμος καὶ πρόσθε ἐών, ἐκ δὲ τῶν Πλαταιϊκῶν καὶ μᾶλλον ἔτι γενόμενος, ἔχων ἓξ μυριάδας στρατοῦ 2 τὸν Μαρδόνιος ἐξελέξατο, προέπεμπε βασιλέα μέχρι τοῦ πόρου. ὡς δὲ ὁ μὲν ἦν ἐν τῇ Ἀσίῃ, ὁ δέ, ὀπίσω πορευόμενος, κατὰ τὴν Παλλήνην ἐγίνετο· ἅτε Μαρδονίου τε χειμερίζοντος περὶ Θεσσαλίην τε καὶ

Expeditio Persarum Pallenensis. Artabazus cum parte copiarum Mardonii regem ad Hellespontum prosecutus, indeque rediens, Pallenenses, qui interea Persarum se iugo subtraxerant, expugnare constituit.

ἐὼν Βελβινίτης] *Belbina* exigua fertur esse insula prope Sunium promontorium teste Scylac. §. 52 p. 20 Huds. p. 268 Gail. (ubi verba κατὰ τοῦτο ad proxime antecedentia verba ἀκρωτήριον Σούνιον refero, aliter atque Gail. p. 408), Stephan. Byz. s. v. pag. 214. Strabon. VIII p. 375 C. s. 576 et IX pag. 398 D. s, 611 A. Plin. H. N. IV, 12. Inter recentiores geographos non prorsus constare videtur de hac insula, quam sunt qui ad insulam *St. Giorgio d'Arbora*, ut nunc vocant, perperam referant, quum istaec insula multum hinc meridiem versus remota sit. Utut est, exiguae insulae incolas haud magno loco habitos esse apud Graecos, satis hoc ex dicto perspicitur, quocum conferantur quae exstant similia apud Platon. De republ. I, 4 pag. 330 A., ubi cf. Astii commentt. p. 334. Plut. Themist. 18. I pag. 121 A. II pag. 185 C. Cicer. De Senectut. 3, ubi vid. interprett. — Ad locutionem ἐς τοσοῦτο cf. VIII, 107. Quod antecedit νυν, a Florentino, Mediceo, aliis codd. abest. De quo conferunt Miscell. Observv. III p. 146.

Cap. CXXVI.

Ἀρτάβαζος] Idem est, qui VII, 66 dux Chorasmiorum et Parthorum appellatur. Respicit autem Herodotus hic ad ea, quae IX, 41 seq. 66. 89 traduntur. — Mox reieci, quod plures codd. afferebant, τοῦ Μαρδονίου, quum unum τὸν verum esse possit. Namque ex eo exercitu, quem ex omnibus Persarum copiis sibi elegerat Mardonius regis iussu VIII, 107, sexaginta mille cum Artabazo qui regem comitarentur, missos fuisse intelligit. — De *Pallene* dixi ad VII, 123 et de voce χειμερίζειν conf. nott. ad VIII, 113.

Μακεδονίην, καὶ οὐδέν κω κατεπείγοντος ἥκειν ἐς
τὸ ἄλλο στρατόπεδον· οὐκ ἐδικαίου, ἐντυχὼν ἀπε- 679
στεῶσι Ποτιδαιήτῃσι, μὴ οὐκ ἐξανδραποδίσασθαί
3 *σφεας. Οἱ γὰρ Ποτιδαιῆται, ὡς βασιλεὺς παρεξε-*
ληλάκεε, καὶ ὁ ναυτικὸς τοῖσι Πέρσῃσι οἰχώκεε φεύ-

καὶ οὐδέν κω κατεπείγοντος] Absolute dictum accipio: *cum nihil opus esset festinatione.* Valla reddiderat: *nec etiamdum urgente venire*, non improbante Frommelio meo in Creuzeri Melet. III pag. 169, ubi alia quaedam attulit, ad verbi *κατεπείγειν* usum, ubi accusativus obiecti reticetur, spectantia, *πρᾶγμα* hic omitti solere cum Wesselingio statuens. At vix mea quidem sententia opus erit tali supplemento. Idem observat Frommel, hoc uno apud Herodotum loco inveniri *κατεπείγειν*, qui multo frequentius medio verbo *ἐπείγεσθαι* (*contendere, festinare ad aliquid, studio quodam trahi ad aliquid*), utatur. Cf. IV, 139. VI, 112. VII, 223. IX, 69 itemque III, 135. VI, 43. IX, 89. De structura ea, qua modo participium, modo infinitivum adsciscit, ipsi quaedam annotavimus ad VIII, 68 §. 2. — Quae sequuntur: *οὐκ ἐδικαίου ἐντυχὼν κ. τ. λ.* Latine ita reddam: *haud dignum iudicavit, si Potidaeatas, in quos inciderat, rebelles in servitutem non redigeret.* Sic οὐ δικαιοῦν VI, 82. 86. 15. III, 148. IV, 186. IX, 19. 26.

Ποτιδαιήτῃσι] Sic mox *Ποτιδαιῆται.* Tu vid. de hac urbe nott. ad VII, 123. De nominis scripturâ ad h. l. ita disseruit *Cr.* „Ita cod. Florentinus. Vid. Schweigh. Var. Lect. et ad VIII, 129. Cf. de longa *α* in antepenultima Thiersch. in Actt. phill. Monacc. II pag. 416. 417, nimirum scribendum *Ποτιδαιᾶται* in scriptoribus non Ionicis. Idem tamen in eo nimius novator, quod ubivis *Ποτείδεια* vult et qui ei suffragatur Osann. in Syllog. Inscriptt. I p. 19. Nam in pedestri oratione videtur *Ποτίδαια* valuisse docentibus codd. Vid. var. lect. supra laud. et adde Platon. Sympos. pag. 221 p. 464 Bekk. et Baehr. ad Plutarch. Alcibiad. p. 99. Quin etiam in numis Paesti sunt, qui *ΠΟΣΙΔ* aut certe *ΠΟΣΙ* offerant, testibus Froelich. Not. Comp. Gr. p. 153 et Eckhel. D. N. V. I p. 157. Add. Valckenaer. ad Eurip. Phoen. vs. 196 et Etymol. Gud. p. 476 et p. 530 de formis Aeolicis et Doricis.“ — Ad formulam dicendi *οἰχώκεε φεύγων* conf. VIII, 72. Ante *Σαλαμῖνος* delevi articulum *τῆς*, quem libri scripti ignorant quemque retinuerunt post Schaefer. Matth. et Bekker.

γων ἐκ Σαλαμῖνος, ἐκ τοῦ φανεροῦ ἀπέστασαν ἀπὸ
τῶν βαρβάρων· ὣς δὲ καὶ ὧλλοι οἱ τὴν Παλλήνην
127 ἔχοντες. Ἐνθαῦτα δὴ ὁ Ἀρτάβαζος ἐπολιόρκεε τὴν
Ποτιδαίην. Ὑποπτεύσας δὲ καὶ τοὺς Ὀλυνθίους
ἀπίστασθαι ἀπὸ βασιλέος, καὶ ταύτην ἐπολιόρκεε.
εἶχον δὲ αὐτὴν Βοττιαῖοι, οἱ ἐκ τοῦ Θερμαίου κόλ-
2 που ἐξαναστάντες ὑπὸ Μακεδόνων. ἐπεὶ δέ σφεας
εἷλε πολιορκέων, κατέσφαξε ἐξαγαγὼν ἐς λίμνην·
τὴν δὲ πόλιν παραδιδοῖ Κριτοβούλῳ Τορωναίῳ ἐπι-
τροπεύειν, καὶ τῷ Χαλκιδικῷ γένεϊ. καὶ οὕτω Ὄ-
128 λυνθον Χαλκιδέες ἔσχον. Ἐξελὼν δὲ ταύτην ὁ Ἀρ-
τάβαζος, τῇ Ποτιδαίῃ ἐντεταμένως προσεῖχε. προσέ-
χοντι δέ οἱ προθύμως συντίθεται προδοσίην Τιμό-
ξεινος, ὁ τῶν Σκιωναίων στρατηγός· ὅντινα μὲν
τρόπον ἀρχὴν, ἔγωγε οὐκ ἔχω εἰπεῖν, οὐ γὰρ ὦν
2 λέγεται· τέλος μέντοι τοιάδε ἐγίνετο. ὅκως βυβλίον
γράψειε ἢ Τιμόξεινος, ἐθέλων παρὰ Ἀρτάβαζον πέμ-

Primum Olynthii, quod et horum fides dubia videretur, oppressi: Olynthus tradita Chalcidensibus.

Tum Potidaea oppugnata. Timoxeni proditionem urbis cum Persis pacti fraus qua re detecta.

ἐκ τοῦ φανεροῦ] i. e. *aperte*, ut IX, 1. Conf. citt. ad III, 150. Ad particulas ὣς δὲ καὶ vid. III, 13.

Cap. CXXVII.

ὁ Ἀρτάβαζος] Articulum ὁ e Florent. adieci cum Schwgh. et Gaisf. Reliqui omiserunt. — De *Olynthiis* vid. nott. ad VII, 122; de *Bottiacis* nott. ad VII, 123 et de *Thermaico* sinu nott. ad VII, 121. In Gaisfordii editione impressum exstat Θερμίου, operarum credo vitio. — De verbo ἐπιτροπεύειν vid. nott. ad VII, 62 et de gente *Chalcidica* VII, 185. Attigit monente Wesselingio Herodotea Casaubon. ad Strabon. X p. 447 s. 685.

Cap. CXXVIII.

ἐντεταμένως] Vid. nott. ad VII, 53. προδοσίην συντίθεσθαί τινι interpretor: *de proditione cum aliquo agere s. pacisci*. VIII, 140 §. 1. ὁμαιχμίην συντίθεσθαι, ut VII, 145. Alia vid. supra ad VIII, 120 nott. Caeterum eandem narrationem de Timoxeno, qui prave Sicyonius vocatur, cum sit *Scionaeus*, id est *Scione* urbe oriundus, (de qua vid. ad VII, 123) exhibet Polyaen. VII, 33 §. 1 atque Aeneas Tact. Poliorcet. p. 31. — In proxime seqq. ἀρχὴν (*ab initio*) et τέλος (*ad extremum*) sibi opponi bene observat Valcken. — εἰπεῖν dedi pro εἶπαι, libris iubentibus, ut VIII, 65, ubi vid. In verbis proximis οὐ γὰρ ὦν λέγεται, particula ὦν negationis vim auget, ut VIII, 133.

ψαι, ἢ Ἀρτάβαζος παρὰ Τιμόξεινον, τοξεύματος
περὶ τὰς γλυφίδας περιειλίξαντες καὶ πτερώσαντες
3 τὸ βυβλίον, ἐτόξευον ἐς συγκείμενον χωρίον. ἐπάϊ-
στος δὲ ἐγίνετο ὁ Τιμόξεινος προδιδοὺς τὴν Ποτί-
δαιαν. τοξεύων γὰρ ὁ Ἀρτάβαζος ἐς τὸ συγκείμε-
νον, ἁμαρτὼν τοῦ χωρίου τούτου, βάλλει ἀνδρὸς
4 Ποτιδαιήτεω τὸν ὦμον. τὸν δὲ βληθέντα περιέδραμε
ὅμιλος, οἷα φιλέει γίνεσθαι ἐν πολέμῳ· οἳ αὐτίκα
τὸ τόξευμα λαβόντες, ὡς ἔμαθον τὸ βυβλίον, ἔφερον
ἐπὶ τοὺς στρατηγούς. παρῆν δὲ καὶ τῶν ἄλλων
5 Παλληναίων συμμαχίη. τοῖσι δὲ στρατηγοῖσι ἐπιλε-
ξαμένοισι τὸ βυβλίον, καὶ μαθοῦσι τὸν αἴτιον τῆς
προδοσίης, ἔδοξε μὴ καταπλέξαι Τιμόξεινον προδο-
σίῃ, τῆς Σκιωναίων πόλιος εἵνεκα, μὴ νομιζοίατο
εἶναι Σκιωναῖοι ἐς τὸν μετέπειτα χρόνον αἰεὶ προ-
δόται. ὁ μὲν δὴ τοιούτῳ τρόπῳ ἐπάϊστος ἐγεγόνεε.

IX, 31. 32. 96. Monuit, his locis allatis Wentzel. De praepos. tmesi ap. Herodot. p. 30.

τοξεύματος περὶ τὰς γλυφίδας περιειλίξαντες] περὶ reposui iubente Valckenaerio ex Aenea Tactic. l. l., ut sensus enascatur: *circa sagittae crenas epistolam volventes et alas ei applicantes.* Vulgo παρὰ, quod tuentur Schaefer., Matth. et Bekker. τόξευμα hic *sagittam* denotat, ut IV, 132 coll. 131; γλυφίδας, quas vulgo accipiunt *crenas*, quae sunt in infima et extrema sagittae parte, Schweighaeuser. in Lexic. Herod. s. v. πτεροῦν intelligi vult *quatuor illas incisuras*, in inferiore sagittae parte in longum decurrentes, quibus pennae s. alae inferantur, unde apud Euripid. Orest. 274: πτερωταὶ γλυφίδες.

ἐπάϊστος δὲ ἐγίνετο] Aeneas Tacticus l. l. habet καταφανής. Tu cf. II, 119. VI, 74. ἐγίνετο debetur Florentino; vulgatam ἐγένετο cum Schaefero tenent Matth. et Bekker.

οἳ αὐτίκα τὸ τόξευμα λαβόντες] οἳ ad praegressum ὅμιλος spectat, structurâ satis notâ. De verbo ἐπιλέγεσθαι (*legere*) conf. citt. ad III, 41. — In seqq. dedi cum recentt. καταπλέξαι, quod praebet Sancrofti liber, pro vulg. καταπλῆξαι, quod tenent Schaeferus et Bekk., probante Schneidero in Lexico Gr. Interpretantur: *implicare proditionis crimine, proditionis litem intendere.* Conf. VIII, 83 ibiq. nott. — In fine cap. pro vulg. ἐγένετο, quod cum Schaefero tuetur

129 Ἀρταβάζῳ δὲ ἐπειδὴ πολιορκέοντι ἐγεγόνεσαν τρεῖς μῆνες, γίνεται ἄμπωτις τῆς θαλάσσης μεγάλη, καὶ 680
2 χρόνον ἐπὶ πολλόν. ἰδόντες δὲ οἱ βάρβαροι τέναγος γενόμενον, παρήϊσαν ἐς τὴν Παλλήνην. ὡς δὲ τὰς δύο μὲν μοίρας διοδοιπορήκεσαν, ἔτι δὲ τρεῖς ὑπόλοιποι ἦσαν, τὰς διελθόντας χρῆν ἔσω εἶναι ἐν τῇ Παλλήνῃ, ἐπῆλθε πλημμυρὶς τῆς θαλάσσης μεγάλη, ὅση οὐδαμά
3 κω, ὡς οἱ ἐπιχώριοι λέγουσι, πολλάκις γινομένη. οἱ μὲν δὴ νέειν αὐτῶν οὐκ ἐπιστάμενοι διεφθείροντο τοὺς δὲ ἐπισταμένους οἱ Ποτιδαιῆται ἐπιπλώσαντες πλοίοισι
4 ἀπώλεσαν. Αἴτιον δὲ λέγουσι οἱ Ποτιδαιῆται τῆς τε ῥηχίης καὶ τῆς πλημμυρίδος καὶ τοῦ Περσικοῦ πάθεος γενέσθαι τόδε, ὅτι τοῦ Ποσειδέωνος ἐς τὸν νηὸν καὶ τὸ ἄγαλμα τὸ ἐν τῷ προαστείῳ ἠσέβησαν οὗτοι τῶν Περσέων οἵ περ καὶ διεφθάρησαν ὑπὸ τῆς θαλάσσης· αἴτιον δὲ τοῦτο λέγοντες, εὖ λέγειν ἔμοιγε
5 δοκέουσι. τοὺς δὲ περιγενομένους ἀπῆγε Ἀρτάβαζος ἐς Θεσσαλίην παρὰ Μαρδόνιον. Οὗτοι μὲν οἱ προπέμψαντες βασιλέα, οὕτω ἔπρηξαν.

Post mensium trium obsidionem magna clade accepta rebusque infectis Artabazus in Thessaliam revertitur.

Matthiae et Bekker. dedi cum Schweigh. et Gaisf. ἐγεγόνεε, quod Sancrofti liber, Florentinus, alii afferebant.

Cap. CXXIX.

γίνεται ἄμπωτις] ἄμπωτις notante Valcken. dicitur *maris recessus*, quum aqua velut resorbetur, ut VII, 198, ubi cf. nott., sed πλημμυρὶς vocatur *aestus* vel *aestuantis maris accessus*; quod idem cum Ionibus quoque diceretur ῥηχίη (vid. VII, 198 et Wasse ad Thucydid. IV, 10), paulo inferius verba καὶ τῆς πλημμυρίδος ab aliena manu invecta vult Valckenaerius, quippe ad explicandam vocem Ionicam ῥηχίης olim margini adscripta. Libri scripti non addicunt. Vid. Diodor. III, 40. Suid. s. v. ῥαχία III p. 253. Nonnus ad Gregor. Naz. Stelit. II p. 163.

πολλάκις γινομένη] Ita codd. iubentibus dedi pro γενομένη, quod praeter Schaeferum retinuerunt Matth. et Bekker. Ad locutionem: ἐς τὸν νηὸν — ἠσέβησαν conf. Matth. Gr. Gr. §. 413, 11 coll. 411, 2 nott. Pro τοίπερ e melioribus libris revocavi οἵπερ, ut VIII, 68 §. 1. Sic VIII, 124 omnes codd. οὗτοι οἵπερ.

εὖ λέγειν ἔμοιγε δοκέουσι] Fluxit hoc Herodoti iudicium ex ea, quam habuit sententia de divina vindicta homines impios, qui iura divina atque humana laeserint, persequente. Sed ea de re saepius supra iam

130 Classis Persarum cum Cymae, partimque Sami hibernasset, vere ineunte [c.479.], ad Samum tota colligitur, Ioniam inde, ne deficeret, observatura. Eius praefecti.

Ὁ δὲ ναυτικὸς στρατὸς ὁ Ξέρξεω περιγενόμενος, ὡς προσέμιξε τῇ Ἀσίῃ φεύγων ἐκ Σαλαμῖνος, καὶ βασιλέα τε καὶ τὴν στρατιὴν ἐκ Χερσονήσου διεπόρ-
2 θμευσε ἐς Ἄβυδον, ἐχειμέριξε ἐν Κύμῃ. ἔαρος δὲ ἐπιλάμψαντος, πρώϊος συνελέγετο ἐς Σάμον· αἱ δὲ 70
3 τῶν νηῶν καὶ ἐχειμέρισαν αὐτοῦ. Περσέων δὲ καὶ Μήδων οἱ πλεῦνες ἐπεβάτευον· στρατηγοὶ δέ σφι ἐπῆλθον, Μαρδόντης τε ὁ Βαγαίου, καὶ Ἀρταΰντης ὁ Ἀρταχαίου· συνῆρχε δὲ τούτοισι καὶ ἀδελφιδέος, 681
4 αὐτοῦ Ἀρταΰντεω προσελομένου, Ἰθαμίτρης. Ἅτε 76

---

monuimus. — Ad verba οὕτω ἔπρηξαν conf. III, 25 ibiq. nott. IV, 77. VI, 44. Apitz. Adverss. in Sophocl. Trachinn. v. 142 p. 111.

Cap. CXXX.

ὁ δὲ ναυτικὸς στρατὸς] Plures codd. omittunt στρατὸς, plane ut VIII, 131. IX, 96. Sed additur nomen quoque VII, 203. Ad verbum προσέμιξε conf. allata ad VI, 96. ἐχειμέριξε e melioribus codd. dedi pro ἐχειμέρισε, quod cum Schaefero tuentur Matthiae et Bekker. De ipso verbo conf. nott. ad VIII, 113, de *Cyma* vid. nott. ad I, 149.

ἔαρος ἐπιλάμψαντος] i. e. *ineunte vere.* Conf. nott. ad VII, 13. Afferunt Livium XXII init. „*Iam* ver *appetebat et* Hannibal ex hibernis movit.“ Mox πρώϊος (*maturus*) dixit, notante Valcken., ubi exspectabas πρωΐ. Tu vide de talibus, si tanti est, Matth. Gr. Gr. §. 446, 8. Ad verbum ἐπεβάτευον conf. nott. ad VII, 96.

Μαρδόντης] Vid. VII, 80. *Artayntes* Artachaei filius nuspiam memoratur, nisi huc pertinet *Artyntes,* Ithamatrae filius VII, 67. Sed IX, 102 *Artayntes* atque *Ithamitres* vocantur; unde etiam h. l. pro Ἀμίτρης, quod cum Schaefero tuetur Matthiae, reliqui edd. receperunt Ἰθαμίτρης, itemque τούτοισι pro vulg. τοῖσι. Sed differre posse ait Pott Etymolog. Forsch. p. LII Ἰθαμίτρης (ubi ei in mentem venit Sanscrit. *Iuddha* i. e. pugna) et Ἰθαμάτρης, plura recensens vocabula, cum voce Μίθρας composita. Vocem Ἀμίτρης probabiliter valere *bonum amicum* idem l. l. ponit. ἀδελφιδέος ubivis dici Gallorum *neveu* observat Larcherus.

προσελομένου] i. e. *ab ipso Artayntâ adscitus,* ut IX, 10. — In seqq. pro οὐδ' εἷς, quod Schaeferus et Bekkerus tuentur, equidem cum reliquis revocavi οὐδεὶς (*Neque eos* [Persas] *quisquam cogit progredi meridiem versus*) itemque retinui οὐ μὲν οὐδὲ, ubi μὴν induxerant e Florent. aliisque Schwgh. et Gaisford. Tu vid. allata ad

δὲ μεγάλως πληγέντες, οὐ προήϊσαν ἀνωτέρω τὸ
πρὸς ἑσπέρης, οὐδ' ἐπηνάγκαζε οὐδείς· ἀλλ' ἐν τῇ
Σάμῳ κατήμενοι, ἐφύλασσον τὴν Ἰωνίην μὴ ἀπο-
5 στῇ, νῆας ἔχοντες σὺν τῇσι Ἰάσι τριηκοσίας. οὐ
μὲν οὐδὲ προσεδέκοντο τοὺς Ἕλληνας ἐλεύσεσθαι ἐς
τὴν Ἰωνίην, ἀλλ' ἀποχρήσειν σφι τὴν ἑωυτῶν φυ-
λάσσειν· σταθμεύμενοι ὅτι σφέας οὐκ ἐπεδίωξαν
φεύγοντας ἐκ Σαλαμῖνος, ἀλλ' ἄσμενοι ἀπαλλάσσον-
6 το. Κατὰ μέν νυν τὴν θάλασσαν ἑσσωμένοι ἦσαν
τῷ θυμῷ, πεζῇ δὲ ἐδόκεον πολλὸν κρατήσειν τὸν
7 Μαρδόνιον. ἐόντες δὲ ἐν Σάμῳ, ἅμα μὲν ἐβουλεύ-
οντο εἴ τι δυναίατο κακὸν τοὺς πολεμίους ποιέειν,
ἅμα δὲ καὶ ὠτακούστεον ὅκη πεσέεται τὰ Μαρδο-
31 νίου πρήγματα. Τοὺς δὲ Ἕλληνας τό τε ἔαρ γι-
νόμενον ἤγειρε, καὶ Μαρδόνιος ἐν Θεσσαλίῃ ἐών.
ὁ μὲν δὴ πεζὸς οὔ κω συνελέγετο· ὁ δὲ ναυτικὸς
ἀπίκετο ἐς Αἴγιναν, νῆες ἀριθμὸν δέκα καὶ ἑκατόν.
2 στρατηγὸς δὲ καὶ ναύαρχος ἦν Λευτυχίδης ὁ Με-

Sub idem tempus et Graeci ad res se gerendas parant. Et naves quidem, duce Leotychide Spartiata [6, 65. 67.], cuius hic stemma ab Hercule repetitum traditur, Aeginam

---

VI, 45 et add. IX, 7 §. 1. Baguet ad Dion. Chrysost. Orat. Specim. p. 50, ubi hanc formulam epicam esse vult citans Iliad. XII, 212. II, 703, alia.

ἑσσωμένοι ἦσαν τῷ θυμῷ] Vulgo reddunt: *fracti erant animis.* Haud infrequens apud Herodotum ἡσσοῦσθαι τῇ μάχῃ *proelio superari*, V, 46. VI, 9. 108. IV, 97. Quin etiam IX, 122: ἑσσωθέντες τῇ γνώμῃ πρὸς Κύρου *prudentia superati a Cyro.*

πολλὸν κρατήσειν] Pro πολλὸν plures codd. πολλῷ. Sed vid. VIII, 13. VII, 7, ne plura. Verbum ὠτακουστεῖν, quo utitur Xenophon Cyrop. V, 3, 57. VIII, 2, 10, et Plutarch. Caes. 49. Add. Aristid. I p. 62 s. 105 Dind. Schweighaeuserus interpretatur: *arrectis auribus auscultare, cupide observare.* Supra I, 100 ὠτακουσταί, ubi conf. nott. — Ad verba ὅκη πεσέεται (de qua formâ cf. Matth. Gr. Gr. §. 183) vid. nott. ad VII, 168.

Cap. CXXXI.

τό τε ἔαρ γινόμενον] Ita pro γενόμενον (quod cum Schaefero retinuit Matthiae) equidem cum reliquis edd. recepi e Florentino.

Λευτυχίδης ὁ Μενάρεος] Idem supra VI, 65. 67. De ipso nomine vid. Matth. Gr. Gr. §. 68. De *Anaxilao* conf. Plutarch. II pag. 217 C. ibique Wyttenbach. pag. 1161 seqq. Animadverss. notante Cr. He-

tendunt. Atheniensium dux Xanthippus [6, 1 1.].

νάρεος, τοῦ Ἡγησίλεω, τοῦ Ἱπποκρατίδεω, τοῦ Λευτυχίδεω, τοῦ Ἀναξίλεω, τοῦ Ἀρχιδήμου, τοῦ Ἀνα-

---

rodotus, qui supra VII, 204 Eurysthenidas recensuerat, h. l. Proclidas, alteram Heraclidarum stirpem enumerat regiam, non prorsus ille quidem consentiens cum Pausan. III, 7, Proclis successionem aliter digerente. Nam qui post Theopompum h. l. recensentur reges, eorum in regum Spartanorum indice nemo memoratur, ita ut non *duo*, ut Noster paulo post statuit, sed *septem* potius ex hoc Proclidarum regum catalogo eliminari debeant. Quare Palmerio Exercitt. pag. 39 placuit rescribere: *πλὴν τῶν ἑπτὰ* (pro vulg. *δυῶν*) *τῶν μετὰ Λευτυχίδεα πρώτων καταλεχθέντων*; quod quamvis receptum ab editore nuperrimo Negris, equidem tamen, invitis codicibus, recipere non ausim, quum quantum in talibus variari soleat, haud sim nescius. Nec minus constat, in huiuscemodi indicibus haud raro singulos viros omitti; quâ de re sufficiat contulisse, quae ad Evangel. Matth. I, 8 a viris doctis allata sunt. *) Neque enim apud veteres in talibus ea, quam nos requirimus, diligentia. Ac denique hunc ad locum quod attinet, potuit utique ex alio fonte sua ducere Pausanias, ex alio Herodotus, quem, in Spartanorum urbe cum commoraretur, ab ipsis Spartanis, ad quos haud semel provocat testes (cf. Heyse l. l. pag. 119 seq.), sua accepisse probabile fit. Quamquam in illo catalogo hoc etiam offendit, quod Charilli pater vocatur *Eunomus*, qui si Meursium (Regn. Lacon. 16) aliosque sequamur auctores, *Polydectis* potius pater indeque Charilli avus fuit; ita ut rescribendum videatur: *Χαρίλλου, τοῦ Πολυδέκτεος, τοῦ Εὐνόμου*. Praeterea prorsus reticetur *Sous*, Euryphontis pater et Proclis filius, eodem monente Meursio l. l. cap. 15, quocum conf. indices regum Laconiae a Larchero confectos Chronolog. d'Herod. (VII) pag. 495. 513. Nec tamen accesserim ob rationes ante prolatas Wessel. ita statuenti: „omnes hae turbae et errores iniuriae temporum et librariorum debentur; expeditu, silentibus codicibus, inextricabiles." Nihilominus Negris de suo post voces *τοῦ Εὐρυφῶντος* inseruit verba *τοῦ Σόου*, sed uncis inclusa, et post verbum *καταλεχθέντων* itidem uncis inclusa exhibet: *καὶ*

---

*) Conf., alios ut taceam, Paulus in Commentarr. ad Matth. l. l. T. I p. 255. Eichhorn. Einleit. in d. alt. Testam. II p. 449 III p. 310.

ξανδρίδεω, τοῦ Θεοπόμπου, τοῦ Νικάνδρου, τοῦ Χαρίλλου, τοῦ Εὐνόμου, τοῦ Πολυδέκτεος, τοῦ Πρυτάνιος, τοῦ Εὐρυφῶντος, τοῦ Προκλέος, τοῦ Ἀριστοδήμου, τοῦ Ἀριστομάχου, τοῦ Κλεο- 682
δαίου, τοῦ Ὕλλου, τοῦ Ἡρακλέος· ἐὼν τῆς
3 ἑτέρης οἰκίης τῶν βασιλέων. οὗτοι πάντες, πλὴν 2
τῶν δυῶν τῶν μετὰ Λευτυχίδεα πρώτων καταλεχθέντων, οἱ ἄλλοι, βασιλέες ἐγένοντο Σπάρτης.
132 Ἀθηναίων δὲ ἐστρατήγεε Ξάνθιππος, ὁ Ἀρίφρονος.

Ibi dum in ancoris stant duces a legatis Ionum sollicitantur, ut Ioniae liberandae animum adiiciant. Sic classis ad Delum usque provecta, Graecis ob metum barbarorum ulterius ire recusantibus.

Ὡς δὲ παρεγένοντο ἐς τὴν Αἴγιναν πᾶσαι αἱ νῆες, ἀπίκοντο Ἰώνων ἄγγελοι ἐς τὸ στρατόπεδον τῶν Ἑλλήνων· οἳ καὶ ἐς τὴν Σπάρτην ὀλίγῳ πρότερον τούτων ἀπικόμενοι, ἐδέοντο Λακεδαιμονίων ἐλευθεροῦν τὴν Ἰωνίην· τῶν καὶ Ἡρόδοτος ὁ Βασιληΐδεω
2 ἦν. οἳ στασιῶταί σφι γενόμενοι, ἐπεβούλευον θάνατον Στράττι τῷ Χίου τυράννῳ, ἐόντες ἀρχὴν ἑπτά· ἐπιβουλεύοντες δὲ ὡς φανεροὶ ἐγένοντο, ἐξενείκαντος τὴν ἐπιχείρησιν ἑνὸς τῶν μετεχόντων, οὕτω δὴ οἱ λοιποὶ, ἓξ ἐόντες, ὑπεξέσχον ἐκ τῆς Χίου, καὶ ἐς Σπάρτην τε ἀπίκοντο, καὶ δὴ καὶ τότε ἐς τὴν Αἴγιναν, τῶν Ἑλλήνων δεόμενοι καταπλῶσαι

τῶν πέντε τῶν ὑστάτων.— Ad usum praepositionis in verbis μετὰ Λευτυχίδεα conf. Matth. Gr. Gr. §. 91, 1 pag. 195. De *Xanthippo* vid. VI, 131. Cum voce Ξάνθιππος Pott l. l. pag. LX comparat, quod apud Curtium IX, 10 exstat *Zariaspes, nobilis Persa*. Nam huius nominis eadem vis ac potestas, cum vocula subsit *esp* s. *asp*, *equum* designans.

Cap. CXXXII.

τῶν καὶ Ἡρόδοτος ὁ Βασιληΐδεω ἦν] Huncce *Herodotum* eo consilio a patre historiae nominari putat Dahlmann., ut ne hominis cognati memoria intereat. Quod sane multum videtur probabile, quamquam nulla alia huius Herodoti mentio. Tu vide sis quoque Heyse l. l. pag. 20. — De *Stratti*, Chiorum tyranno, cf. IV, 138 et de *tyrannis* nott. ad VII, 137. Voculam ἀρχὴν hic cum Larchero intelligo: *initio*, cum alias vulgo sit: *omnino*.

ἐξενείκαντος] De significatione verbi ἐκφέρειν dixi ad III, 71, ad verbum ὑπεξέσχον vid. V, 72 ibique nott. Post vocem Σπάρτην cum Schwgh. et Gaisf. inserui τε e cod. Flor., quam voculam reliqui edd. ne-

ἐς τὴν Ἰωνίην· οἳ προήγαγον αὐτοὺς μόγις μέχρι
3 Δήλου. τὸ γὰρ προσωτέρω πᾶν δεινὸν ἦν τοῖσι Ἕλλησι, οὔτε τῶν χώρων ἐοῦσι ἐμπείροισι, στρατιῆς τε πάντα πλέα ἐδόκεε εἶναι· τὴν δὲ Σάμον ἐπιστέα-
4 το δόξῃ καὶ Ἡρακλέας στήλας ἴσον ἀπέχειν. συνέπιπτε δὲ τοιοῦτο, ὥστε τοὺς μὲν βαρβάρους τὸ πρὸς ἑσπέρης ἀνωτέρω Σάμου μὴ τολμᾶν καταπλῶσαι, καταῤῥωδηκότας· τοὺς δὲ Ἕλληνας, χρηΐζόντων Χίων, τὸ πρὸς τὴν ἠῶ κατωτέρω Δήλου. οὕτω δέος τὸ μέσον ἐφύλασσέ σφεων.

133 Consulta inter hibernandum a

Οἱ μὲν δὴ Ἕλληνες ἔπλωον ἐς τὴν Δῆλον· Μαρδόνιος δὲ περὶ τὴν Θεσσαλίην ἐχείμαζε. ἐνθεῦ-

---

glexerunt. — In seqq. ad particulas οὔτε —τε vid. nott. ad VI, 1.

τὴν δὲ Σάμον ἐπιστέατο κ. τ. λ.] i. e. *Samum opinabantur aeque distare* (ab ipsorum scil. patriâ) *atque columnas Herculeas*, quas nemo nescit remotissimas fingi ad extremum occidentem in extrema orbis terrarum orâ. — Ad συνέπιπτε ὥστε conf. nott. ad VIII, 15.

οὕτω δέος τὸ μέσον ἐφύλασσέ σφεων] Bene Schweighaeuserus: „*Ita quae in medio utrorumque erant, ob illorum metum in tuto fuerunt.*" De argumento loci sic disputat *Wessel.*: „Formido urgebat ex Persarum maximo potentatu, tum etiam, quod Graecorum multi accuratâ ulteriorum locorum notitia deficerentur. De multis loquor: nam Atheniensibus ora Asiae et Thraciae ad Hellespontum navigationibus in Sigeum, Ephesum, Chersonesumque exploratissima erat; neque Spartanis ignotus Sami viciniaeque situs III, 46. Haud districte ergo haec sumenda, nec de omnibus omnino Graecis, sicuti accepisse videtur Libanius Or. XIX p. 480." Verisimile videtur vernaculo interpreti, Schoell, Herodotum haec scripsisse, quo tempore nondum eam sibi acquisivisset Graecorum in Europa habitantium eorumque rei navalis cognitionem, quam posthâc illum assecutum esse, alii Musarum loci egregie docent. Ac satis cognitum, non uno eodemque tenore ab initio usque ad finem Herodoti libros esse conscriptos, sed alias partes prius, alias serius exaratas. Sami autem et a Samiis haec probabiliter accepisse Herodotum itidemque literis consignasse idem statuit Schoell.

Cap. CXXXIII.

ἐχείμαζε] Vid. nott. ad VIII, 113. Quae sequuntur: ἐν-

Mardonio oracula, adhibitusque ad hanc rem Mys natione Car.

τεν δὲ ὁρμεώμενος, ἔπεμπε κατὰ τὰ χρηστήρια ἄνδρα Εὐρωπέα γένος, τῷ οὔνομα ἦν Μῦς· ἐντειλάμενος πανταχῇ μιν χρησόμενον ἐλθεῖν, τῶν οἷά τε
2 ἦν σφι ἀποπειρήσασθαι. ὅ τι μὲν βουλόμενος ἐκμαθέειν πρὸς τῶν χρηστηρίων ταῦτα ἐνετέλλετο, οὐκ ἔχω φράσαι· οὐ γὰρ ὦν λέγεται· δοκέω δ' ἔγωγε περὶ τῶν παρεόντων πρηγμάτων, καὶ οὐκ ἄλλων

θεῦτεν ὁρμεώμενος, Schweighaeusero iudice in Lex. Herod. non tam valent: *inde movens* s. *inde quum instituerct movere*, quam scriptoris sententiam declarant dicentis: „*dum in Thessalia hiemabat*, *inde* (ex Thessalia) *legatum misit*.“ Equidem cur a vulgata recedam interpretatione, nihil habeo causae. Ac magis huc pertinet IX, 1: ὁρμηθεὶς ἐκ Θεσσαλίης, ἦγε τὴν στρατιὴν κ. τ. λ., quod Gail (Le philolog. IV p. 335) bene reddit: „*s' étant mis en mouvement*.“ Add. IX, 31 fin. coll. 52.

ἄνδρα Εὐρωπέα γένος] *Europensis* fuit genere, i. e. civis *Europi*, quae si eadem fuit atque *Euromus*, Cariae habetur urbs, teste Stephano Byz. s. v. p. 363, Etymol. M. p. 397 s. 360. Hinc *Euromum* et *Euromenses* habet Livius XXXIII, 30 et XXXII, 23. Ex Herodoto autem sua habet Pausan. IX, 13 §. 3. De reliquis ita *Valckenaer.*: Hominem e Caria cur Persa miserit Mardonius ad oracula Graecorum, illi non erit obscurum, qui Cares fuisse noverit minimum διγλώσσους: Graece intelligentes non tantum, sed etiam Persis Graeca interpretantes. Apud Thucydid. VIII, 85 Spartano Mindaro Tissaphernes ξυνέπεμψε πρεσβευτὴν τῶν παρ' ἑαυτοῦ, Γαυλείτην ὄνομα, Κᾶρα δίγλωσσον. Cum Graecis ducibus agens Cyrus minor Caribus utitur interpretibus in Xenophontis Anabasi [I, 2, 17] quumque ventitabant in aulam Persicam Graeci, tales et illic habuerunt interpretes. Vid. Aelian. V. H. I, 21.“

τῶν οἷά τε ἦν σφι ἀποπειρήσασθαι] i. e. *cui mandatum erat, ut ubivis iret sciscitaturus oracula, quae in ipsorum commoda* (i. e. sibi suisque Persis) *explorare posset*. Supra I. 46 ἀποπειρᾶσθαι τῶν μαντηΐων, coll. III, 119. Pro σφι, quod etiam Valckenaerio minus commodum videbatur, Koenius rescribi vult οἱ, probante Larchero; Stegerus (Ephem. Ien. 1828 nr. 186 p. 46) reiecerat σφε: quod utrumque merito displicet censori Lipsiensi (1833 pag. 47), e cuius sententia σφι ad Mardonium suosque (i. e. Persas), in universum spectat. Non aliter IX, 13 fin. (ὁ Μαρδόνιος) ἐξήλαυνε — ὥστε καὶ

Quae Boeotiae Phocidisque oracula Mys adierit. Amphiaraum interrogare cur Thebani vetiti.

134 πέρι πέμψαι. Οὗτος ὁ Μῦς ἔς τε Λεβάδειαν φαί-
νεται ἀπικόμενος, καὶ μισθῷ πείσας τῶν ἐπιχωρίων 683
ἄνδρα, καταβῆναι παρὰ Τροφώνιον· καὶ ἐς Ἄβας
2 τὰς Φωκέων ἀπικόμενος ἐπὶ τὸ χρηστήριον. καὶ
δὴ καὶ ἐς Θήβας πρῶτα ὡς ἀπίκετο, τοῦτο μὲν, τῷ
Ἰσμηνίῳ Ἀπόλλωνι ἐχρήσατο· ἔστι δὲ, κατά περ ἐν

ὀλίγους σφέας ἀνθρώπους ἴσχειν: *ita ut pauci tantum homines ipsum cum Persis arcere possint.* — Ad sequens οὐ γὰρ ὦν λέγεται vid. citt. ad VIII, 109.

Cap. CXXXIV.

φαίνεται ἀπικόμενος] Ita cum recentt. posui, cum vulgo legeretur ἀπικόμενος φαίνεται, quod cum Schaefer. retinuit Matthiae. *Lebadea*, quod nemo fere nescit, Boeotiae fuit urbs, Pausaniae tempore quae adhuc floruit, multis ornata artis operibus itemque Iovis Trophonii oraculo insignis, quod qui consulere vellent, ii in antrum descendebant subterraneum, ubi divinorum oraculorum fierent participes. Atque hoc est καταβῆναι παρὰ Τροφώνιον, sive, ut crebrius invenitur, iudice Hemsterhus. ad Lucian. Diall. Mortt. III, 2 pag. 410 T. II Bip., καταβῆναι εἰς Τροφωνίου; quamquam Herodotum sequitur Pausanias IX, 39 §. 4 et 40 §. 1: qui locus de hoc oraculo inprimis consulatur. Etiamnum ostenditur antrum; nec tamen introire amplius licet; situm est ad septentrionem urbis, quae in veteris *Lebadeae* locum venit, *Livadiae*, quamque eodem fere loco, quo olim Trophonii fuit lucus, exstructam esse scribit Gell. Exhibuit antri huius imaginem aeri incisam Clarke Travels II, 3 chap. 4 pag. 126. Cf. Kruse Hell. II, 1 pag. 643 — 647 et nott. ad Herodot. I, 46, ubi etiam de *Abis* notavimus. De *Apolline Ismenio* vid. nott. ad V, 49.

ἔστι δὲ, κατάπερ ἐν Ὀλυμπίῃ, ἱροῖσι αὐτόθι χρηστηριάζεσθαι] Pro ἱροῖσι Valcken. coniicit ἐμπύροισι, ut haec loci evadat sententia: *licet vero ignem victimarum vaticinum illic* (Thebis scil. in Apollinis Ismenii aede) *consulere, quemadmodum Olympiae.* Namque Olympiae ignispicio (i. e. ἐμπύροις) usos esse sacerdotes Iamidas ex mactatarum victimarum inque arâ concrematarum flammâ divinantes satis constat ex Pindari Olymp. VIII, 3 coll. Schol. ad Pind. Olymp. VI, 112 et Pausan. V, 15 §. 4. Idem vero etiam in Apollinis Ismenii templo factum esse docet Schol. ad Sophocl. Oed. Tyr. 21, quod bene ad h. l. affert Valckenaer. Neque tamen, invitis libris scriptis, ἐμπύροισι receperim, ἱ-

'Ολυμπίῃ, ἱροῖσι αὐτόθι χρηστηριάζεσθαι· τοῦτο
δὲ, ξεῖνόν τινα καὶ οὐ Θηβαῖον χρήμασι πείσας,
3 κατεκοίμησε ἐς Ἀμφιάρεω. Θηβαίων δὲ οὐδενὶ ἔξεστι
μαντεύεσθαι αὐτόθι, διὰ τόδε. ἐκέλευσέ σφεας ὁ Ἀμφι-
άρεως, διὰ χρηστηρίων ποιεύμενος, ὁκότερα βούλονται
ἑλέσθαι τούτων, ἑωυτῷ ἢ ἅτε μάντι χρέεσθαι, ἢ ἅτε συμ-
μάχῳ, τοῦ ἑτέρου ἀπεχομένους· οἱ δὲ σύμμαχόν μιν εἵ-
λοντο εἶναι. διὰ τοῦτο μὲν οὐκ ἔξεστι Θηβαίων οὐ-

ροῖσι χρηστηριάζεσθαι· cum Schweighaeusero exponens *oracula e victimis petere*, quod ut in universum de quovis genere τῆς μαντικῆς accipi potest, ita etiam sigillatim de ignispicio, neque de extispicio intelligere licet. Cogitemus igitur ἱερὰ καιόμενα: quibus iisdem Hesych. I p. 1206 interpretatur vocem ἔμπυρα. Ad locutionem ἱροῖσι χρηστηριάζεσθαι similia quaedam bene attulit Wesseling. χρηστηριάζεσθαι αἰξὶ (*e capris mactatis responsa petere*) apud Diodor. XVI, 26 et ὑσὶ μαντεύεσθαι apud Pausan. VI, 2 §. 2. Refero ad idem dicendi genus, quo dicitur τεκμαίρεσθαι, σταθμοῦσθαί τινι.

ξεῖνόν τινα καὶ οὐ Θηβαῖον χρήμασι πείσας] *Lydum* fuisse dicit Plutarch. Aristid. 19 I p. 330 C. coll. II p. 412 A. Mox dedi e Florent. κατεκοίμ η σε pro κατεκοίμ ι σε, quod cum Schaefero retinuit Matthiae. Neque enim ipse pernoctavit, sed peregrino cuidam persuasit, *ut is* (ipsius quasi loco) *in Amphiarai aedem iret cubitum*. Conf. IX, 93 ibique nott. Negris itidem exhibuit κατεκοίμησε. Ad locutionem ἐς Ἀμφιάρεω, vid., ne plura, citt. ad V, 51 et de ipso oraculo conf. nott. ad I, 46.

μαντεύεσθαι] i. e. *oraculum consulere*, ut I, 46. VIII, 36. IX, 33. Wesselingius conferri vult Leopard. Emendd. VIII, 1. — Quod sequitur διὰ χρηστηρίων ποιεύμενος Schweighaeuser. reddit: *edito oraculo*; propius ad ipsa verba: *per oraculum cum iis agens*. Tu conf. VI, 4. De indicativo βούλεται conf. I. 163. V, 6 et ad verba: εἵλοντο εἶναι conf. Matth. Gr. Gr. §, 420 c.

οὐδενὶ—ἐγκατακοιμηθῆναι] Sic duo codd. pro κατακοιμηθῆναι, quod verbum invenitur I, 31. IV, 7. Alterum illud solemne de iis, qui in Amphiarai aede oraculum sciscitaturi pellibus incumbebant stratis somnumque petentes somnia fatidica exspectabant. Vid. Pausan. II, 13, 6, ubi editor bene attulit Nostri locum, Diodor. I, 53 ibique Wessel. coll. Davis. ad Ciceron. De div. I, 43.

135 δενὶ αὐτόθι ἐγκατακοιμηθῆναι. Τόδε δὲ θῶυμά μοι μέγιστον γενέσθαι λέγεται ὑπὸ Θηβαίων. ἐλθεῖν ἄρα τὸν Εὐρωπέα Μῦν, περιστρωφώμενον πάντα

Apollo Ptous, Myï lingua Carica respondens.

2 τὰ χρηστήρια, καὶ ἐς τοῦ Πτώου Ἀπόλλωνος τὸ τέμενος. τοῦτο δὲ τὸ ἱρὸν καλέεται μὲν Πτῶον, ἔστι δὲ Θηβαίων, κέεται δὲ ὑπὲρ τῆς Κωπαΐδος λίμνης πρὸς οὔρεϊ, ἀγχοτάτω Ἀκραιφίης πόλιος. ἐς τοῦτο 684
τὸ ἱρὸν ἐπεί τε παρελθεῖν τὸν καλεόμενον τοῦτον Μῦν, ἕπεσθαί οἱ τῶν ἀστῶν αἱρετοὺς ἄνδρας τρεῖς ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, ὡς ἀπογραψομένους τὰ θεσπιέειν ἔμελ-

---

Cap. CXXXV.

Τόδε δὲ θῶυμά μοι μέγιστον γενέσθαι λέγεται] *θῶυμα* reposui pro *θῶμα*. Pronomen *μοι* ad *θῶυμα*, non ad *λέγεται* spectare monet Larcherus vertens *à mon avis*.

ἐς τοῦ Πτώου Ἀπόλλωνος τὸ τέμενος] Quod sequitur *τοῦτο δὲ τὸ ἱρὸν*, ex eo satis perspicitur, h. l. sic satis convenire *τὸ τέμενος* atque *τὸ ἱρὸν* cum ad unum idemque templum utraque vox pertineat. Auctor est Paus. IX, 23 §. 3, in *monte Ptoo* situm esse *Acraephnium* oppidum, unde quindecim stadiorum itinere ad dextram inveniatur *Apollinis Ptoi* templum, a Ptoo, prisco heroë, Athamantis et Themistûs filio, qui et monti dederit nomen, ita cognominatum. Add. Plutarch. Pelop. 16 et II pag. 414 A. Etymol. p. 413, 28. Pausan. IV, 32 §. 5. Strab. IX p. 413 s. 633 B. et quae alia attulit Siebelis ad priorem Pausaniae locum p. 74, de diversa urbis appellatione disputans, quae ab aliis dicitur *Ἀκραίφιον* et *Ἀκραιφίαι*, ab Herodoto *Ἀκραιφίη*, a Pausania *Ἀκραίφνιον*. Nunc ibi pagum *Kortitza* s. *Karditza* esse perhibent, alii vocant *Proscina*, alii *Cachino*, quo nomine nunc etiam Ptoum montem appellari dicunt: ibi enim quaedam veteris urbis reliquiae idque etiam placet Kruse Hell. II, 1 p. 572 seqq. coll. 635. Locum aedis Apollinis nondum inventum esse idem addit, de Copaide lacu consulendus l. l. pag. 449 seqq.

ἀπὸ τοῦ κοινοῦ] i. e. *publice missos*. Ad sequens *ἀπογραψομένους* conf. VII, 100 ibique allata. *θεσπιέειν* e duobus codd. repositum pro vulg. *θεσπιεῖν*. Ad argumentum loci bene *Valckenaerius*: „Iuxta Herodotum aderant Cari *ἀπογραψόμενοι τὰ θεσπιεῖν ἔμελλε* Deus: tales *ταχυγραφοῦντες καὶ τὰ μαντικὰ ἔπη μεταλαμβάνοντες* Eustathio memorantur ad Od. VIII p. 323,

3λε. καὶ πρόκα τε τὸν πρόμαντιν βαρβάρῳ γλώσσῃ χρᾶν· καὶ τοὺς μὲν ἑπομένους τῶν Θηβαίων ἐν θώυματι ἔχεσθαι ἀκούοντας βαρβάρου γλώσσης ἀντὶ Ἑλλάδος, οὐδὲ ἔχειν ὅ τι χρήσονται τῷ παρεόντι πρήγματι· τὸν δὲ Εὐρωπέα Μῦν ἐξαρπάσαντα παρ' αὐτῶν τὴν ἐφέροντο δέλτον, τὰ λεγόμενα ὑπὸ τοῦ προφήτεω γράφειν ἐς αὐτήν· φάναι δὲ, Καρίῃ μιν γλώσσῃ χρᾶν· συγγραψάμενον δὲ, οἴχεσθαι ἀπιόντα ἐς Θεσσαλίην.

136 Μαρδόνιος δὲ ἐπιλεξάμενος ὅ τι δὴ ἦν λέγοντα τὰ χρηστήρια, μετὰ ταῦτα ἔπεμψε ἄγγελον ἐς Ἀθή- Acceptis oraculorum responsis, Mardonius Alexandrum Amyn-

---

35. Hi boni Thebani, solam intelligentes, ut istis temporibus plerique omnes, linguam patriam, mirabantur procul dubio linguâ Carica respondentem: neque enim verisimile, deorum in oraculis administros diversis linguis respondisse, prout quaeque consulentibus esset patria; et figmentum arbitror grammaticorum, quod nobis narratur in Schol. ad Soph. Trach. 1184. Hic narrata respexisse videtur Plutarchus De Oracc. defect. p. 412 A. coll. Gryll. p. 990 E."

καὶ πρόκα τε τὸν πρόμαντιν βαρβάρῳ γλώσσῃ χρᾶν] De voce πρόκα vid. nott. ad I, 111. De voce πρόμαντις cf. nott. ad I, 182. VI, 66. Ac vulgo cum differant ἡ πρόμαντις (*mulier fatidica*) atque προφήτης (*templi antistes, praesul*), h. l. ὁ πρόμαντις idem videtur esse, qui post vocatur ὁ προφήτης, praesertim cum Strabo IX p. 633 B. s. 413 in eiusdem rei narratione atque Plutarch. Aristid. 19 et II p. 412 A. unum norint προφήτην Apollinis Ptoi: quo eodem spectant Pausaniae verba X, 33 §. 5 a Wesselingio bene allata: πρόμαντις δὲ ὁ ἱερεύς ἐστι· χρᾷ δὲ ἐκ τοῦ θεοῦ κάτοχος. Scribit autem idem Pausanias, consentiente Plutarcho l. l., non Graeca sed *Carica* (igitur *barbarica*) dialecto respondisse deum. De Carum lingua conf. Herod. I, 171 fin. 172.

ἐν θώυματι ἔχεσθαι] Conf. allata ad VIII, 52 et ad locutionem οὐδὲ ἔχειν ὅ, τι χρήσονται τῷ παρεόντι πρήγματι conf. nott. ad V, 12. De voce δέλτον vid. nott. ad VII, 239.

Cap. CXXXVI.

ἐπιλεξάμενος] i. e. *cum legisset*, ut VIII, 22. προσκηδέες sunt *affinitate coniuncti*; vid. Pollux III, 7. 30. Respicit autem scriptor ad ea, quae V, 21 narrata sunt. Ad vocem μητροπάτωρ vid. nott. ad VI, 131.

tae fil. [5, 19.] cum pacis conditionibus Athenas mittit. Alexandri cum Persis necessitudo [5, 21.].

νας Ἀλέξανδρον τὸν Ἀμύντεω, ἄνδρα Μακεδόνα
ἅμα μὲν ὅτι οἱ προσκηδέες οἱ Πέρσαι ἦσαν· Ἀλεξάν-
δρου γὰρ ἀδελφεὴν Γυγαίην, Ἀμύντεω δὲ θυγατέρα,
Βουβάρης ἀνὴρ Πέρσης ἔσχε, ἐκ τῆς οἱ ἐγεγόνεε
Ἀμύντης ὁ ἐν τῇ Ἀσίῃ, ἔχων τὸ οὔνομα τοῦ μη-
τροπάτορος· τῷ δὴ ἐκ βασιλέος τῆς Φρυγίης ἐδόθη
Ἀλάβανδα πόλις μεγάλη νέμεσθαι· ἅμα δὲ ὁ Μαρ-
δόνιος, πυθόμενος ὅτι πρόξενός τε εἴη καὶ εὐεργέ-
2 της ὁ Ἀλέξανδρος, ἔπεμπε. τοὺς γὰρ Ἀθηναίους
οὕτω ἐδόκεε μάλιστα προσκτήσεσθαι, λεών τε πολ-
λὸν ἄρα ἀκούων εἶναι καὶ ἄλκιμον· τά τε κα-
τὰ τὴν θάλασσαν συντυχόντα σφι παθήματα κατερ-
3 γασαμένους μάλιστα Ἀθηναίους ἐπίστατο. τούτων

Ἀλάβανδα—νέμεσθαι] Vid. VII, 195 ibique nott. Stephanus Byz. p. 87 hic invenisse videtur Ἀλάβαστρα; quae mihi ignota est urbs. — De verbo νέμεσθαι vid. nott. ad III, 160.

ὅτι πρόξενός τε εἴη καὶ εὐεργέτης] Cum his conferenda sunt, quae VIII, 143 exstant. Hinc enim Alexander, qui Atheniensium πρόξενος καὶ εὐεργέτης sive φίλος erat, aptissimus Mardonio videbatur ad hocce legationis officium. Ac πρόξενοι, ut Valckenaerii utar verbis Animadverss. ad Ammon. III, 10 p. 201, homines dicebantur privati, quibus in patria urbe degentibus honorificum hospitii ius cum alia civitate publicitus intercedebat: his id muneris erat praecipue iniunctum, ut sedulo prospicerent, ne quid publica istius civitatis res a civibus suis caperet detrimenti; legatos illinc venientes hospitio exciperent, ad populum deducerent utque iis bene esset procurarent. Tu vid. etiam Herodot. IX, 43. 85. VI, 57, ibique nott. et add. Ullrich. De proxenia (Berolin. 1832) pag. 22 seq. 43 seq. 51, unde hoc quoque discimus, προξενίαν et εὐεργεσίαν haud raro coniunctam reperiri, in praemiis numeratam aut honoribus publice in aliquem collatis. Hunc enim utrumque honorem concedere solebant civitates vel beneficia sive munera accepta ut remunerarentur vel potentissimorum principum gratiam ut aucuparentur. Unde non mirum, Alexandrum hic simul vocari πρόξενον atque εὐεργέτην.

τοὺς γὰρ Ἀθηναίους οὕτω ἐδόκεε κ. τ. λ.] Oratio scriptoris valde turbata multis vocibus interiectis. Vid. Matth. Gr. Gr. p. 1300. Nam ita singula cohaerent: Μαρδόνιος — ἔπεμψε, ἅμα μὲν ὅτι — ἅμα δὲ ὁ

δὲ προσγενομένων, κατήλπιζε εὐπετέως τῆς θαλάσσης κρατήσειν, τά περ ἂν καὶ ἦν· πεζῇ τε ἐδόκεε πολλὸν εἶναι κρέσσων· οὕτω τε ἐλογίζετο κατύπερθέ
4 *οἱ τὰ πρήγματα ἔσεσθαι τῶν Ἑλληνικῶν. τάχα δ' ἂν καὶ τὰ χρηστήρια ταῦτά οἱ προλέγοι, συμβουλεύοντα σύμμαχον τὸ Ἀθηναῖον οἱ ποιήσασθαι· τοῖσι δὴ πειθόμενος ἔπεμπε.*

Digressio de Macedoniae regibus Argivis [5, 22.] Perdiccas, Temenida, primus ex hac familia Macedonum rex, quomodo regnum adeptus

137 *Τοῦ δὲ Ἀλεξάνδρου τούτου ἕβδομος γενέτωρ Περδίκκης ἐστὶ, ὁ κτησάμενος τῶν Μακεδόνων τὴν*

Μαρδόνιος πυθόμενος — ἔπεμπε. — De particula *ἄρα* postposita vid. allata ad VIII, 8 et de usu particulae *τε* nott. ad VIII, 188. Ad locutionem *κατύπερθε—ἔσεσθαι* vid. nott. ad VIII, 19.

τάχα δ' ἂν — προλέγοι] Vid. Matth. Gr. Gr. §. 514, 2 pag. 977. G. Hermann. Opuscc. Acadd. IV p. 44. 169 hunc quoque locum affert, de eo Herodoti usu monens, ex quo de re praeterita, quae vel diuturnior sit vel saepius repetita, praesentis optativum ille ponit. Mox cum Schweigh. et Gaisf. dedi *ποιήσασθαι*, ubi vulg. *ποιέεσθαι*, quod cum Schaefero retinuerunt Matth. et Bekker.

Cap. CXXXVII.

ἕβδομος γενέτωρ] Vid. infra VIII, 139 coll. Thucydid. II, 99. Iustin. VII, 2, qui in eo ab Herodoto a Perdicca regni initium constituente dissentit, quod alios secutus auctores, primum, qui toti Macedoniae imperaverit, vocat *Caranum* eiusque successorem facit *Perdiccam*, quintum vero in serie Herodotea omittit *Alcetam*, memoratum quoque apud Theophil. Antioch. II p. 98, ubi tamen *Argaei* deest mentio. Caranus enim et ipse Temenida fuisse fertur, qui Edessam cepit eamque Aegas vocavit, sedem inde constitutam regum Macedoniae; unde cum hisce fabulis Macedonicis Argivas quoque coaluisse fabulas ponit C. O. Müller. Ueber d. Macedd. p. 25, qui idem p. 51 contendit Macedones, quos Illyricae originis esse vult (cf. l. l. p. 37—49. Dor. I p. 2), cum semel e superioribus locis, quae primitus tenuerint, descenderint, proxime occupasse terram Phrygum vicinorum, qui ad Bermium antiquitus consederint, ubi Midae, Phrygum regis, horti, in quibus olim Silenus captus dicebatur. Ac facit huc, quod VII, 73 narratur, Phryges olim Macedonum fuisse accolas indeque in Asiam esse transgressos. Ut ad Herodoti locum revertar, *septimus* ibi dicitur Perdiccas eo Graecorum more, quo pater semper

2 τυραννίδα τρόπῳ τοιῷδε. Ἐξ Ἄργεος ἔφυγον ἐς Ἰλ- 685
λυριοὺς τῶν Τημενοῦ ἀπογόνων τρεῖς ἀδελφεοὶ, Γαυά-
νης τε καὶ Ἀέροπος καὶ Περδίκκης· ἐκ δὲ Ἰλλυριῶν
ὑπερβαλόντες ἐς τὴν ἄνω Μακεδονίην, ἀπίκοντο ἐς
3 Λεβαίην πόλιν. ἐνθαῦτα δὲ ἐθήτευον ἐπὶ μισθῷ
παρὰ τῷ βασιλέϊ· ὁ μὲν, ἵππους νέμων· ὁ δὲ, βοῦς· 95
ὁ δὲ νεώτατος αὐτῶν Περδίκκης, τὰ λεπτὰ τῶν
προβάτων. ἦσαν δὲ τὸ πάλαι καὶ αἱ τυραννίδες
τῶν ἀνθρώπων ἀσθενέες χρήμασι, οὐ μοῦνον ὁ δῆ-

---

censetur *secundus*, avus *tertius* etc., quod bene observat Larcher. ad Herod. I, 91, ubi vid. not. Inde haec existit regum Macedoniae successio: *Perdiccas*, *Argaeus*, *Philippus*, *Aeropus*, *Alcetas*, *Amyntas*, *Alexander*. — De *Temeno*, Aristomachi filio, qui cum duobus fratribus Cresphonte et Aristodemo Peloponnesum victam et occupatam divisit ipseque Argolidem accepit sortem; vid. Pausan. II, 18 §. 6. Apollodor. II, 8 §. 4.

ὑπερβαλόντες] i. e. *transgressi ex Illyriis in superiorem Macedoniam*, superatis scil. montibus, qui utramque disterminant terram. Cf. VII, 168. Plut. Pyrrh. 15. Mar. 18 in. Lucull. 27 init. Comp. Cim. et Lucull. 3 init. Crass. 9. Anton. 18 fin. Urbem *Lebaeam* nemo, quantum scio, memoravit. Unus Hesychius, a Wesselingio allatus II p. 437. *Λέβα, πόλις ὑπὸ Θρακῶν.* — In seqq. *τὰ λεπτὰ τῶν προβάτων* sunt *oves* et *caprae*, ut supra I, 133, ubi vid. nott. et apud Pausan. IX, 3 §. 4, ubi *τὰ λεπτότερα τῶν προβάτων*.

ἦσαν δὲ τὸ πάλαι καὶ αἱ τυραννίδες κ. τ. λ.] *τυραννίδας* h. l. omnino indicare *regna*, *δῆμον* liberum populi statum s. liberam rempublicam, monitu vix opus. Ad ipsam sententiam bene sic *Wesselingius*: „Connexa de antiquissimorum regum ac tyrannorum tenui conditione observatio veritate nititur. *Intra suam cuique patriam regna finiebantur* scribit Iustinus. Reges regumque filii armenta pascere haud dedignabantur. Hectoris Andromaches querela super fratribus, dum armentis ovibusque pascentibus attenderent, trucidatis, ex Iliad. VI, 422 in luce versatur; notissima quoque regum Palaestinae vetustissimorum in sacris Pandectis tenuitas.“ Nos hoc quoque attendi volumus, quod pro insigni illa prisci aevi simplicitate ipsa regis uxor panes coquere dicitur; id enim mulierum olim fuisse negotium, ad VII, 187 monuimus. Hinc quoque Croesi illa *ἀρτοκόπος* I, 51, ubi cf. nott. De ipsis Herodoti verbis si quaeramus, haec reliquis, quorum causam contineant, praeponen-

μος· ἡ δὲ γυνὴ τοῦ βασιλέος, αὐτὴ τὰ σιτία σφι
4 ἔπεσσε. ὅκως δὲ ὀπτῷτο ὁ ἄρτος τοῦ παιδὸς τοῦ θητὸς
Περδίκκεω, διπλήσιος ἐγίνετο αὐτὸς ἑωυτοῦ. ἐπεὶ δὲ
5 αἰεὶ τὠυτὸ τοῦτο ἐγίνετο, εἶπε πρὸς τὸν ἄνδρα τὸν ἑωυτῆς. τὸν δὲ ἀκούσαντα ἐσῆλθε αὐτίκα, ὡς εἴη τέρας, καὶ φέροι ἐς μέγα τι. καλέσας δὲ τοὺς θῆτας, προηγόρευέ σφι ἀπαλλάσσεσθαι ἐκ γῆς τῆς ἑωυτοῦ. οἱ δὲ τὸν
6 μισθὸν ἔφασαν δίκαιοι εἶναι ἀπολαβόντες, οὕτω ἐξιέναι. ἐνθαῦτα ὁ βασιλεὺς, τοῦ μισθοῦ πέρι ἀκούσας, ἦν γὰρ κατὰ τὴν καπνοδόκην ἐς τὸν οἶκον

---

da potius quam subiicienda fuisse observat Valck., aliis allatis locis, in quibus Herodotus ea, quae causam continentia praeponenda fuerint, postposuerit et reliquis subiecerit. Vid. nott. ad I, 24.

αὐτὴ τὰ σιτία σφι ἔπεσσε] i. e. *ipsa cibos illis coquebat s. panem*, ut vertit Valckenaerius, notans πέσσειν s. πέττειν Aeolum atque Ionum more dici pro vulg. πέπτειν, *coquere*. Nec valde hinc discedere videtur ὀπτᾶν, quod sane est *torrere*, vel quod frequentius dicitur *coquere panem*, monstrante Gataker. ad Antonin. III, 2. Hinc apud Athen. III p. 114 D. ἄρτους ὀπτωμένους invenimus itemque apud Suidam pag. 102 Tom. III notante Schweighaeusero: πεσσόμενα σιτία παρ' Ἡροδότῳ· τὰ ὀπτώμενα. Et conf. ipsum Herodotum I, 161. Itaque verba ὅκως δὲ ὀπτῷτο ὁ ἄρτος valent: *quoties s. quando panis coquebatur.* Ubi pro ὀπτῷτο Gronovius e Mediceo male dederat ὀπτῴη. Quae sequuntur voces τοῦ θητὸς τοῦ Περδίκκεω, eas immerito suspectas habuit Valckenaerius. Itaque uncis, quibus incluserat Schaeferus, atque etiam Negris, equidem liberavi illas voces cum recentt. edd., abiecto simul articulo τοῦ ante Περδίκκεω, qui a Florentino abest, quemque tamen cum Schaefero retinuerunt Matth. et Bekker.

διπλήσιος ἐγίνετο αὐτὸς ἑωυτοῦ] De locutione vid. Matth. Gr. Gr. §. 452 p. 848. Ipsum portentum attigit I. Fr. Gronovius ad Liv. XXI, 62. Ad seqq. ἐσῆλθε vid. nott. ad III, 42. φέρειν ἐς τι, quod satis notum est, valet *spectare ad aliquid*, indeque *portendere aliquid.*

δίκαιοι εἶναι ἀπολαβόντες] Vid. Matth. Gr. Gr. §. 536 p. 1053 coll. Bötticher: De vit. scriptt. Taciti pag. 90. Attigit h. l. Schweighaeuserus ad IX, 60 ibique reddidit: *dicebant, iustum esse ut ita abeant, si mercedem accepissent* i. e. *par esse, ut mercedem accipiant, priusquam abeant.* Tu vid. nott. ad I, 32 fin. IX, 27. 60.

ἦν γὰρ κατὰ τὴν καπνοδόκην ἐς τὸν οἶκον ἐσέχων ὁ ἥλιος] Bene *Schweigh.*: *Namque*

ἐσέχων ὁ ἥλιος, εἶπε, θεοβλαβὴς γενόμενος· „Μι- „σθὸν δὲ ὑμῖν ἐγὼ ὑμέων ἄξιον τόνδε ἀποδίδωμι·“
7 δείξας τὸν ἥλιον. ὁ μὲν δὴ Γαυάνης τε καὶ ὁ Ἀέρο-πος, οἱ πρεσβύτεροι, ἕστασαν ἐκπεπληγμένοι, ὡς ἤ-κουσαν ταῦτα. ὁ δὲ παῖς, ἐτύγχανε γὰρ ἔχων μάχαιραν, εἴπας τάδε· „Δεκόμεθα, ὦ βασιλεῦ, τὰ δι- „δοῖς·“ περιγράφει τῇ μαχαίρῃ ἐς τὸ ἔδαφος τοῦ οἴκου τὸν ἥλιον· περιγράψας δὲ, ἐς τὸν κόλπον τρὶς ἀρυσάμενος τοῦ ἡλίου, ἀπαλλάσσετο αὐτός τε καὶ οἱ μετ' ἐκείνου.

138 Οἱ μὲν δὴ ἀπήϊσαν· τῷ δὲ βασιλέϊ σημαίνει τις τῶν παρέδρων, οἷόν τι χρῆμα ποιήσειε ὁ παῖς, καὶ ὡς σὺν νόῳ κείνων ὁ νεώτα-
2 τος λάβοι τὰ διδόμενα. ὁ δὲ ταῦτα ἀκούσας, καὶ 686
ὀξυνθεὶς, πέμπει ἐπ' αὐτοὺς ἱππέας ἀπολέοντας. ποταμὸς δέ ἐστι ἐν τῇ χώρῃ ταύτῃ, τῷ θύουσι οἱ

Horti Midae: ubi Silenus captus. Mons Bermius.

---

per s. ad caminum solis lumen in domum incidit. καπνοδόκην *fumarium* dicit, ut IV, 103. De verbo ἐσέχειν conf. II, 11 et de voce θεοβλαβὴς, quae notante Blomfield. Glossar. ad Aeschyl. Pers. 836 passivo hic adhibetur sensu, Herod. I, 127.

δεκόμεθα] Vid. nott. ad VIII, 114. Accipio omen, inquit puer, circumscribens ense in pavimento aedium orbem solis; atque hoc facto in sinum ter hausit e radiis solis, discessitque. Ubi ante genitivum ἡλίου, qui partitivus est male olim inseruerant praepositionem ἐκ. Ad verbum ἀρύεσθαι conf. VI, 119.

Cap. CXXXVIII.

καὶ ὡς σὺν νόῳ κείνων κ. τ. λ.] Recte Schweighaeus.: „*Quam prudenter fratrum natu minimus accepisset, quod rex illis dedisset.*“ Pro δεδόμενα, quod Schaeferus retinuit, e melioribb. codd. cum recentt. edd. dedi διδόμενα, quod respondet cap. 137: δεκόμεθα — τὰ διδοῖς. — Ad locutionem σὺν νόῳ conf. VIII, 86. — Ad futuri formam ἀπολέοντας (*qui ipsos interficerent*) cf. Matth. Gr. Gr. §. 173 p. 317.

τῷ θύουσι — σωτῆρι] Ex Aldo Gronovius tenuerat σωτήρια sc. ἱερὰ *sacrificia diis ob vitam servatam s. salutis causa exhibita*, ut apud Diodor. XVII, 100. At h. l. nihil cunctatus cum Schweigh. et Gaisf. revocavi Σωτῆρι, cuius loco iam Schaeferus, quem sequuntur Matth. et Bekker., dederat σωτῆρι. Inditur illi h. l. Σωτῆρος i. e. *Sospitatoris* titulus, in multos collatus deos, qui mala

3 τούτων τῶν ἀνδρῶν ἀπ' Ἄργεος ἀπόγονοι Σωτῆρι.
οὗτος, ἐπεί τε διέβησαν οἱ Τημενίδαι, μέγας οὕτω
ἐῤῥύη ὥστε τοὺς ἱππέας μὴ οἵους τε γενέσθαι δια-
4 βῆναι. Οἱ δὲ, ἀπικόμενοι ἐς ἄλλην γῆν τῆς Μακε-
δονίης, οἴκησαν πέλας τῶν κήπων τῶν λεγομένων
εἶναι Μίδεω τοῦ Γορδίεω· ἐν τοῖσι φύεται αὐτό-
ματα ῥόδα, ἓν ἕκαστον ἔχον ἑξήκοντα φύλλα, ὀδμῇ

---

a nobis avertant imminentia aut a periculis nos praestent tutos. Conferatur Spanhem. De praest. num. Diss. VII p. 416 a Wesseling. laudatus Plutarch. Camill. 10 fin. Aristid. 11. Demetr. 10. Dio. 46 init. Arat. 14 fin. 42.

πέλας τῶν κήπων τῶν λεγομένων εἶναι Μίδεω τοῦ Γορδίεω] „*Midae* huius, inter superstitionis auctores cum Orpheo et Eumolpo principis, fata, mores artesque in Vossii lib. I De Idolol. c. 24 et Bouhierii Diss. Herodd. c. 8. Fixerat sedes ante Brigum coloniam in Asiam deductam, ad Thraciae Macedoniaeque montem Bermium, Conone narrat. I consentiente. Propter eum montem horti, notabiles *sexagenum foliorum rosis*, quae Tertulliano De Coron. 14 *centenariae rosae de horto Midae lectae*; sed confundenti, si tamen primam vocem Beat. Rhenanus et Rigaltius recte formarint, *centifolias*, *ῥόδα ἑκατοντάφυλλα* Pangaei, Thraciae montis, in Theophrast. Hist. Plant. VI, 6. Illis autem in hortis *ἥλω captus* (non *exceptus*, uti Valla) Silenus et coactus ad ea fuit explicanda, quae Theopompi fide, ista in fabula, indicibus Dionysio Halic. T. II p. 132 et Theone Progymn. c. 2, mire luxuriantis Virgilius, Ovidius, Aelianus [V. H. III, 18, ubi vid. Perizon.] nobis prodidere.“ *Wesseling.* Valckenaerius praeterea conferri vult de Sileno in his Midae hortis capto Davis. in Max. Tyr. XI, 1 et Bouhier. Diss. sur l'histoire d'Herod. c. 8. Tu vide quae de hac fabula eiusque sensu reconditiori disseruit Creuzer. in: Studien II p. 234 seqq. coll. Symbol. III p. 215. Qui idem nunc etiam adhiberi vult Dionys. Halic. Epist. ad Pompeii. pag. 787 Reisk. pag. 57 Krüger. huiusque nott. Add. Hoeck. Cret. pag. 129, qui Thracicas gentes hoc sub Mida in Phrygiam regressos esse statuit. Fabulam hanc de Sileno a Mida rege capto, uberius narratam Philippicorum inseruerat octavo libro Theophrastus ipsius Herodoti haec *ἐν παρόδῳ* quasi enarrantis auctoritate permotus, uti videtur. Vid. Aelian. l. l. Monuit Frommel. in Creuzeri Melett. III p. 140.

ῥόδα, ἓν ἕκαστον ἔχον

τε ὑπερφέροντα τῶν ἄλλων. ἐν τούτοισι καὶ ὁ Σιληνὸς τοῖσι κήποισι ἥλω, ὡς λέγεται ὑπὸ Μακεδόνων. ὑπὲρ δὲ τῶν κήπων οὖρος κέεται, Βέρμιον οὔνομα, ἄβατον ὑπὸ χειμῶνος. ἐνθεῦτεν δὲ ὁρμεώμενοι, ὡς ταύτην ἔσχον κατεστρέφοντο καὶ τὴν ἄλλην Μακεδονίην.

139 *Ἀπὸ τούτου δὴ τοῦ Περδίκκεω Ἀλέξανδρος ὧδε ἐγεγόνεε. Ἀμύντεω παῖς ἦν Ἀλέξαν-*

Stemma illorum regum a Perdicca ad Alexandrum.

ἑξήκοντα φύλλα, ὀδμῇ τε ὑπερφέροντα τῶν ἄλλων] De voce *ἕκαστον* vid. Matth. Gr. Gr. §. 302, not., qui idem §. 358, 2 pag. 672 de genitivo consulatur, qui verbo *ὑπερφέρειν* h. l. additur. Ad argumentum praeter Theophrast. l. l. vid. potissimum Athen. XV p. 683 B., ubi Nicander sexagenum foliorum rosas in campis Emathiis nasci canit, itemque Plin. H. N. XXI, 4 s. 10. In proximis verbis: *ἐν τούτοισι καὶ ὁ Σιληνὸς τοῖσι κήποισι* pronomen demonstrativum a suo substantivo aliquot vocibus interiectis distractum observat Flugel Observv. in Plutarch. Phocion. p. 6. 7, ubi vid. plura.

Βέρμιον — ἄβατον ὑπὸ χειμῶνος] Koenius legi maluit *ὑπὸ χιόνος*. Quo certe haud opus. Nam intelligitur *mons inaccessus propter aeris intemperiem*. Conf. IV, 62. Valla reddiderat: *per hyemem inaccessus*, quem secutus Larcherus vertit: *inaccessible en hiver*. Lange vernacule: *der Kälte wegen*. Ad usum praepositionis *ὑπὸ* in talibus faciunt, quae ad Plutarch. Philopoem. p. 10 attuli. Sic, ut hoc unum addam, Plutarch. Pericl. 16 *ἀνάλωτος ὑπὸ χρημάτων*. *ἄβατος* haud aliter in Plut. Arat. 5 fin. Mar. 39 fin. Sylla 22 fin., ubi *ὑπὸ* eodem modo additur. *Bermius* mons, quo montem *Barnum* (in quo nomine eandem subesse radicem vult C. O. Müller. Ueber d. Maked. p. 62) continuari dicunt, inter Lydiam et Haliacmonem praeter maris oram extenditur in Macedoniae regionibus inferioribus, in quibus *Beroea* olim sita fuit, cui nunc nomen *Veria* s. *Kara Veria*. Vid. C. O. Müller. l. l. p. 6. 7, quo eodem auctore p. 24. 25, circa hanc Beroeam fuere Midae horti in monte Bermio intra Lydiam atque Haliacmonem, in ea igitur Macedonia, quae propria fuit ac primitiva, de quâ dixi ad VII, 127. De Beroeâ ac regione vicinâ nuper etiam accuratius egit Cousinéry Voyag. en Maced. I cap. 3.

Cap. CXXXIX.

Ἀλέξανδρος ὧδε ἐγεγόνεε] Redit *ὧδε* in fine capitis. Tu vid. Matth. Gr. Gr. §. 470, 1 not. p. 871 et de argumento conf. nott. ad VIII, 137. Ad

δρος· Ἀμύντης δὲ, Ἀλκέτεω· Ἀλκέτεω δὲ πατὴρ ἦν Ἀέροπος· τοῦ δὲ, Φίλιππος· Φιλίππου δὲ, Ἀργαῖος· τοῦ δὲ, Περδίκκης ὁ κτησάμενος τὴν ἀρχήν. ἐγεγόνεε μὲν δὴ ὧδε Ἀλέξανδρος ὁ Ἀμύντεω.

140 *Ὡς δὲ ἀπίκετο ἐς τὰς Ἀθήνας ἀποπεμφθεὶς ὑ-*
1 *πὸ Μαρδονίου, ἔλεγε τάδε. „Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, „Μαρδόνιος τάδε λέγει· Ἐμοὶ ἀγγελίη ἥκει παρὰ „βασιλέος, λέγουσα οὕτω· Ἀθηναίοισι τὰς ἁμαρτά- „δας τὰς ἐς ἐμὲ ἐξ ἐκείνων γενομένας πάσας μετίημι·*

Alexandri pacem ac foedus cum 687 Persis suadentis apud Athenienses concio.

---

nomen *Ἀέροπος* haec adscripsit *Cr.*: „*ΑΕΡΟΠΟ* in numis, hinc scribendum ubivis *Aëropus*. *ΑΕΡΟΠΕ* etiam scriptum legitur in marmore Romano, nunc Heidelbergensi. Vide Addenda ad I. Eckhelii D. N. V. Vindobon. 1826 pag. 23 seq. et commentationem meam francogallicam de Servis not. 52.“ — In voce *Ἀργαῖος* libri scripti fluctuant. Florentinus cum duobus aliis *Ἀῤῥαῖος*, alii *Ἀργαῖος*; atque sic etiam apud Iustinum VII, 2 pro *Argeo* (ut nunc ibi editum exstat) Bongarsius tenuit *Argaeo*, coll. Euseb. in Chronic. et Diodor. XVI, 2, ubi alius eadem gente prognatus *Ἀργαῖος*. E Goltzii numo quum afferatur *Ἀργείου βασιλέως*, Wesselingio corrigendum videbatur *Ἀργεῖος* et *Argeus*.

Cap. CXL.

§. 1.

ὡς δὲ ἀπίκετο ἐς τὰς Ἀθήνας] „Igitur tunc quidem in urbem se rursus contulerant Athenienses: sed paulo post, quum versus urbem duceret Mardonius, denuo eam deseruere. conf. IX, 5 et 6.“ *Schweighaeus.* Quae continuo sequuntur accuratius perlegenti suspicio mihi nata est, ea, quae Mardonium h. l. dicentem facit pater historiae, e rhetorum atque sophistarum fluxisse scholis, in quibus scil. talia sedulo tractata esse novimus. Pertinet huc, alia ut taceam, templa incensa quod ille se denuo exstructurum esse promittit, pertinent huc ea, quae deinceps adiiciuntur, qualia Mardonii iussu nuntium vix elocutum esse credibile est. Tu confer, quae in simili argumento notavimus ad III, 40.

ἥκει] Male olim *ἧκε*, codd. refragantibus. At habet *ἥκει* praeteriti notionem, ut *ἥκειν* (*venisse*) VIII, 141 et *ἥκοντα*. De Ionica terminatione vocis *ἁμαρτὰς* dixi ad I, 167. Quae sequuntur verba, e cod. Flor. cum Schweigh. et Gaisf. ita collocavi: *τὰς ἐς ἐμὲ ἐξ ἐκείνων*; vulgo *τὰς ἐξ ἐκείνων ἐς*

2„νῦν τε ὧδε, Μαρδόνιε, ποίεε. τοῦτο μὲν, τὴν
„γῆν σφι ἀπόδος· τοῦτο δὲ, ἄλλην πρὸς ταύτῃ ἑλέ-
„σθων αὐτοὶ, ἥν τινα ἂν ἐθέλωσι, ἐόντες αὐτόνο-
„μοι· ἱρά τε πάντα σφι, ἢν δὴ βούλωνταί γε ἐμοὶ
3„ὁμολογέειν, ἀνόρθωσον, ὅσα ἐγὼ ἐνέπρησα. Τού-
„των δὲ ἀπιγμένων, ἀναγκαίως ἔχει μοι ποιέειν ταῦ-
„τα, ἢν μὴ τὸν ὑμέτερον ἀντίον γένηται.. „Λέγω
„δὲ ὑμῖν τάδε. νῦν τί μαίνεσθε, πόλεμον βασιλέϊ
„ἀνταειρόμενοι; οὔτε γὰρ ἂν ὑπερβάλοισθε, οὔτε
4„οἷοί τε ἐστὲ ἀντέχειν τὸν πάντα χρόνον. εἴδετε μὲν
„γὰρ τῆς Ξέρξεω στρατηλασίης τὸ πλῆθος, καὶ τὰ
„ἔργα· πυνθάνεσθε δὲ καὶ τὴν νῦν παρ' ἐμὲ ἐοῦ-
„σαν δύναμιν· ὥστε καὶ ἢν ἡμέας ὑπερβάλησθε, καὶ
„νικήσητε, (τοῦ περ ὑμῖν οὐδεμία ἐλπὶς, εἴπερ εὖ

ἐμέ; quod tenuerunt Schaefer. et Matth.

τὴν γῆν σφι ἀπόδος] Ad haec Valcken. bene confert Plutarch. Aristid. 10 p. 324 C et Diodor. XI, 28, qui cum Herodoto consentit. Atheniensium, ille addit, constantiam merito laudant oratores et sophistae, repellentium Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα: prae ceteris Demosthen. Philipp. I §. 11 pag. 68 Reisk., ubi eadem de Alexandro Athenas misso narrantur. Tu vid. ibi Voemelii annotationem pag. 17. — In seqq. τὸ ὑμέτερον, observante Matth. Gr. Gr. §. 285 p. 575 et §. 466, 3 p. 865, idem fere valet atque ὑμεῖς. Valckenaerius Platonica excitaverat I p. 128 B. p. 176. II p. 643 A. Pro ἀντίον Bekkerus habet *αἴτιον*. — Ad verbum ἀνταειρόμενοι vid. nott. ad VI, 44.

ὑπερβάλοισθε] Hic quoque verbum ὑπερβάλλεσθαι *superandi, vincendi* significatu, ut VI, 13. VII, 163. 168. VIII, 24. IX, 28. — In seqq. ad εἴδετε conf. Matth. Gr. Gr. §. 231 p. 449, qui idem §. 588, c. *α*. p. 1173 conferatur ad locutionem παρ' ἐμὲ ἐοῦσαν, ubi in aliis codd. παρεοῦσάν μοι vel παρ' ἐμοὶ ἐοῦσαν: utrumque male; sive e correctura sive ex interpretamento illud fluxerit. Unde Valckenaerius quoque de hoc praepositionis usu excitat Lexicon Coislin. p. 483. Sophocl. Elect. 184. Isaeum p. 70, 25 [s. p. 206 Reisk. pag. 99 Bekker., qui merito restituit παρ' ἐκεῖνον, Reiskio mutatum in παρ' ἐκείνῳ] Thucyd. III, 3 ibiq. Abresch. — πολλαπλησίῃ omnes hic praebent codd., uno Sancrofti libro excepto, qui habet παραπλησίῃ. Tu conf. VII, 143 et nott. ad III, 135.

5 „φρονέετε,) ἄλλη παρέσται πολλαπλησίη. μὴ ὦν
„βούλεσθε παρισεύμενοι βασιλέϊ, στέρεσθαι μὲν τῆς
„χώρης, θέειν δὲ αἰεὶ περὶ ὑμέων αὐτῶν· ἀλλὰ κα-
6 „ταλύσασθε. παρέχει δὲ ὑμῖν κάλλιστα καταλύσα-
„σθαι, βασιλέος ταύτῃ ὡρμημένου. ἔστε ἐλεύθεροι,
„ἡμῖν ὁμαιχμίην συνθέμενοι ἄνευ τε δόλου καὶ ἀπά-
7 „της. Μαρδόνιος μὲν ταῦτα, ὦ Ἀθηναῖοι, ἐνετεί- 2.
„λατό μοι εἰπεῖν πρὸς ὑμέας. ἐγὼ δὲ περὶ μὲν εὐ-
„νοίης τῆς πρὸς ὑμέας ἐούσης ἐξ ἐμεῦ οὐδὲν λέξω·
8 „οὐ γὰρ ἂν νῦν πρῶτον ἐκμάθοιτε. προσχρηΐζω δὲ
„ὑμέων, πείθεσθαι Μαρδονίῳ. ἐνορέω γὰρ ὑμῖν
„οὐκ οἵοισί τε ἐσομένοισι τὸν πάντα χρόνον πολε-
„μέειν Ξέρξῃ. εἰ γὰρ ἐνώρων τοῦτο ἐν ὑμῖν, οὐκ
9 „ἄν κοτε ἐς ὑμέας ἦλθον ἔχων λόγους τούσδε. καὶ
„γὰρ δύναμις ὑπὲρ ἄνθρωπον ἡ βασιλέος ἐστὶ, καὶ
10 „χεὶρ ὑπερμήκης. ἢν ὦν μὴ αὐτίκα ὁμολογήσητε,

μὴ ὦν βούλεσθε] Ita e Florentin. et Sancrofti cod. nunc editum probante quoque censore Lipsiensi 1833 pag. 44 et Ienensi 1828 nr. 186 p. 46. Vulgatum *βούλησθε* apud Schaefer. adhuc legitur. Vid. Matth. Gr. Gr. §. 511, 3. — Pro *παρισεύμενοι* in Florentino aliisque est *παρισούμενοι*: quae eadem lectionis varietas IV, 166. — Locutionem *θέειν — περὶ ὑμέων* illustrabunt, quae ad VII, 57 allata sunt. Afferunt autem h. l. ad Homeri Iliad. XIII, 245 aliosque locos, ubi verbum *θέειν* non tam *currere* significat, quam *festinare, satagere*, *σπεύδειν*.

ἀλλὰ καταλύσασθε] Valckenaerio placet: *ἀλλὰ καταλύεσθε*, ut infra §. 2 *ἀλλὰ πείθεσθε*, adiicienti particulam *ἀλλὰ* habere vim *obsecrandi*, quâ saepius in talibus adhibeatur *δὴ* atque verbum *ἀξιῶ*. De significatione verbi *καταλύεσθαι* conf. nott. ad VII, 6. Ad verbum *παρέχει* vid. citt. ad VIII, 8.

βασιλέος ταύτῃ ὡρμημένου] i. e. *cum rex eo feratur animo, cum haec regis sit voluntas.* — Ad locutionem *ὁμαιχμίην συντίθεσθαι* conf. VIII, 144. 128. 120 not.

§. 2.

ἐνορέω γὰρ ὑμῖν κ. τ. λ.] Vid. Matth. Gr. Gr. §. 536 p. 1053 et de verbo *ἐνορέω* allata ad III, 53. V, 36. — In proxime antecedd. dedi *εἰπεῖν* pro *εἶπαι*, libris ita iubentibus. Ad *ἐξ ἐμεῦ* conf. VIII, 80.

χεὶρ ὑπερμήκης] Afferunt

„μεγάλα προτεινόντων ἐπ' οἷσι ὁμολογέειν ἐθέλουσι,
„δειμαίνω ὑπὲρ ὑμέων, ἐν τρίβῳ τε μάλιστα οἰκημέ-
„νων τῶν συμμάχων πάντων, αἰεί τε φθειρομένων
11 „μούνων, ἐξαίρετόν τι μεταίχμιον τὴν γῆν κεκτημέ-
„νων. ἀλλὰ πείθεσθε! πολλοῦ γὰρ ὑμῖν ἄξια ταῦτα,
„εἰ βασιλεύς γε ὁ μέγας μούνοισι ὑμῖν Ἑλλήνων
12 „τὰς ἁμαρτάδας ἀπιεὶς, ἐθέλει φίλος γενέσθαι.“ 688

141 Ἀλέξανδρος μὲν ταῦτα ἔλεξε. Λακεδαιμόνιοι δὲ, πυθόμενοι ἥκειν Ἀλέξανδρον ἐς Ἀθήνας ἐς ὁμολογίην ἄξοντα τῷ βαρβάρῳ Ἀθηναίους, ἀναμνη-

Missi et a Spartanis Athenas, qui Athenienses in fide retineant.

Ovidii illud in Heroidd. XVII, 166: „An nescis longas regibus esse manus“ ubi conferri volunt Claudian. in Rufin. II, 26 ibique Barth. Quod praegreditur ὑπὲρ ἄνθρωπον noto dicendi genere est: *humana omnia excedens, praeter humanam naturam.* Attulit Wesseling. Diss. Herod. XI p. 200 locum Antigoni Carystii Hist. c. 7.: ἤκουσε φωνὴν μεγάλην ὑπὲρ ἀνθρώπων et qui vel magis huc pertinet Eunapii Vit. Proaeres. p. 149: οὕτω τὰ πάντα ἦν ὑ π ὲ ρ ἄ ν θ ρ ω π ο ν. Ad sequens προτεινόντων subaud. τῶν Περσέων; de ipsa verbi significatione vid. allata ad VII, 160.

ἐν τρίβῳ τε μάλιστα οἰκημένων κ. τ. λ.] i. e. *cum vos inter omnes socios* (Graecos) *maxime in viâ tritâ habitetis* (omnibus igitur incursionibus eo facilius expositi) *indeque soli semper pereatis, quandoquidem terram, quae inter duas acies media quasi interiecta est, tenetis.* Ubi μεταίχμιον vocat Atticam inter Peloponnesum s. Isthmum, ubi Peloponnesiorum munimenta, et inter Graeciae partes septentrionales, quae Persis parent, mediam interpositam, in belli viâ quasi sitam, mediam inter gentes inimicas indeque, uti fit, ancipiti periculo pressam. Legitur vox μεταίχμιον VI, 77, ubi vid. nott. Addit Wesselingius Euripid. Phoeniss. 1370. Heraclid. 802, nec sane displicet ei, quod in pluribus exstat codicibus ἐξαίρετον μεταίχμιόν τε, quum, si qui praebuissent ἐξαίρετόν τε μεταίχμιον, nemo certe id sperneret. Ad locutionem ἐν τρίβῳ idem denique affert Dionys. Halic. Antiqq. VI [35] p. 368 et XI [cap. 54] p. 730, ubi ἐν τρίβῳ κεῖσθαι. — De duplicata vocula τε, quae etiam sic reperitur VIII, 141, vid. allata ad VII, 8 §. 1.

Cap. CXLI.

ἐς ὁμολογίην ἄξοντα τῷ βαρβάρῳ] Dativum τῷ βαρβάρῳ refero ad ὁμολογίην, ut VII, 169 τὰ Μενέλεῳ τιμωρήματα ubi vid. nott. — Pro χρεὼν e Sancrofti libro dedi χρεόν; de quo conf. nott. ad V, 49.

σθέντες τῶν λογίων, ὥς σφεας χρεόν ἐστι ἅμα
τοῖσι ἄλλοισι Δωριεῦσι ἐκπίπτειν ἐκ Πελοποννήσου
ὑπὸ Μήδων τε καὶ Ἀθηναίων, κάρτα τε ἔδεισαν
μὴ ὁμολογήσωσι τῷ Πέρσῃ Ἀθηναῖοι, αὐτίκα τε
2 σφι ἔδοξε πέμπειν ἀγγέλους. καὶ δὴ συνέπιπτε ὥστε
ὁμοῦ σφέων γίνεσθαι τὴν κατάστασιν. ἐπανέμει-
ναν γὰρ οἱ Ἀθηναῖοι διατρίβοντες, εὖ ἐπιστάμενοι
ὅτι ἔμελλον Λακεδαιμόνιοι πεύσεσθαι ἥκοντα παρὰ
τοῦ βαρβάρου ἄγγελον ἐπ' ὁμολογίῃ, πυθόμενοί τε
3 πέμψειν κατὰ τάχος ἀγγέλους. ἐπίτηδες ὦν ἐποίευν
ἐνδεικνύμενοι τοῖσι Λακεδαιμονίοισι τὴν ἑωυτῶν
142 γνώμην. Ὡς δὲ ἐπαύσατο λέγων Ἀλέξανδρος, δια-
δεξάμενοι ἔλεγον οἱ ἀπὸ Σπάρτης ἄγγελοι· „Ἡμέας
„δὲ ἔπεμψαν Λακεδαιμόνιοι δεησομένους ὑμέων, μή-
„τε νεώτερον ποιέειν μηδὲν κατὰ τὴν Ἑλλάδα, μήτε 1

Eorum ad populum oratio.

Suspicatur autem Vir Praenobilissimus, Liber Baro de Reizenstein, hocce oraculum post Cimonis pugnam ad Cnidum commissam editum adeoque post eventum h. l. interpolatum esse. Ad verba μὴ ὁμολογήσωσι vid. Matth. Gr. Gr, §. 518 p. 996.

καὶ δὴ συνέπιπτε ὥστε κ. τ. λ.] Vid. supra VIII. 15, et de voce κατάστασις allata ad III, 46. Accidit (haec nostri loci sententia), *ut utrique simul* (in senatum s. in concionem) *verba facturi introducerentur.* Quae sequuntur: ἐπανέμειναν—διατρίβοντες excitat Blomfield. in Glossar. ad Aeschyl. Pers. 812, hinc notans apud Aeschylum aliquoties reperiri verbum contractum ἐπαμμένω.

ἐπίτηδες ὦν ἐποίευν κ. τ. λ.] i. e. *de industria ita fecerunt, ut Lacedaemoniis hoc modo suam mentem declararent.* De voce ἐπίτηδες conf. III, 130. VII, 44. 168 et de verbo ἐνδείκνυσθαι allata ad III, 128. *Cr.* excitat Liban. Tom. IV p. 1057 Reisk.

Cap. CXLII.

διαδεξάμενοι sc. τὸν λόγον] i. e. *excipientes illorum sermonem sive statim post illos.* Ad verba νεώτερον ποιέειν conf. V, 35 ibique citt. et ad κόσμον φέρειν VIII, 60 init. Locutionem διὰ πάντων (*prae ceteris*) attigi ad VIII, 37. Quod vero pro οὔτε γε Werfer. in Actt. phill. Monacc. I p. 259. 261 legi mavult οὔ τι γε, ut IV, 76 μή τι γε, (ubi tamen vid. nott., nam eum ipsum ob locum G. Hermann. ad Viger. pag. 948 h. l. οὔτοι γε reponi vult) libri scripti non addicunt

2 „λόγους ἐνδέκεσθαι παρὰ τοῦ βαρβάρου. οὔτε γὰρ
„δίκαιον οὐδαμῶς, οὔτε κόσμον φέρον οὔτε γε ἄλ-
„λοισι Ἑλλήνων οὐδαμοῖσι, ὑμῖν δὲ δὴ καὶ διὰ
3 „πάντων ἥκιστα, πολλῶν εἵνεκα. ἐγείρατε γὰρ τόνδε
„τὸν πόλεμον ὑμεῖς, οὐδὲν ἡμέων βουλομένων, καὶ
„περὶ τῆς ὑμετέρης ἀρχῆς ὁ ἀγὼν ἐγένετο· νῦν δὲ
4 „φέρει καὶ ἐς πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα. ἄλλως τε τού-
„των ἁπάντων αἰτίους γενέσθαι δουλοσύνης τοῖσι

---

in quorum duobus prorsus deest vocula *γέ.*

καὶ περὶ τῆς ὑμετέρης ἀρχῆς] Reposui cum Gaisf. et Negris, (qui exponit: *διὰ τὴν ἰδικήν σας ἐπικράτειαν*) *ἀρχῆς* libris scriptis iubentibus, quibus invitis Schaef., quem Schwgh. et Bekker. sequuntur, dederat *ἀρχήν: omnino.* Wesselingius coniecerat *ἀρχῆθεν*, interpretans: *de vestra regione primum decertatum fuit* et excitans Herod. VIII, 22 coll. 2.

νῦν δὲ φέρει κ. τ. λ.] Suppl. *ὁ ἀγών*: *nunc vero pugna*, quae proprie de vestro imperio orta est, *ad omnem pertinet adeo Graeciam.*

τούτων ἁπάντων αἰτίους γενέσθαι] Cum Gaisf. Bekkero et censore Ienensi 1828 Ergänz. Bl. 45 p. 348 restitui *τούτων ἁπάντων*, quod plerique tuentur libri scripti, (nisi quod duo afferunt *πάντων*) quod quum displiceret viris doctis nec satis cohaerere videretur cum sequentibus, in varias inciderunt coniecturas. Dorvillius scribi maluerat: *ἐκτός τε τουτέων ἁπάντων praeter ea omnia* Athenienses etc.; quod quam frigidum sit, vix quemquam fugit. Nec minus frigere putem Reiskii emendationem *ἄνευ τουτέων ἁπάντων*; qui quod etiam *καὶ* post *γενέσθαι* addi voluit, idem iam Pawio in mentem venerat, qui hunc in modum quoque scribi posse coniecerat: *αἰτίους*, *αἰτίους γενέσθαι δουλοσύνης*, bis posita voce *αἰτίους*. H. Stephanus proposuerat *ἡγεῖσθαι* (pro *γενέσθαι*) *δουλοσύνης primos e Graecis iugum servitutis subire*; quod ut probari queat, merito dudum verebatur Wesseling. Koenius coniecerat: *τούτων ἁπάντων ἐκτὸς αἰτίους γενέσθαι.* Lenior sane Valckenaerii medicina *τε* post *αἰτίους* inserentis; quam particulam ita solam poni docent ad VII, 188 allata. Ac probatur haec emendatio Hoegero in Actt. phill. Monacc. III, 4 p. 525, ita tamen, ut particula *τε* post *δουλοσύνης* collocetur, absorpta scil. sequenti *τοῖσι.* Quod vero Schaeferus dederat *τούτων ἀπαντώντων*, merito idem Hoegerus respuit, quamquam Schweighaeusero probatum, qui de confusione utrius-

„Ἕλλησι Ἀθηναίους, οὐδαμῶς ἀνασχετόν· οἵτινες
5„αἰεὶ καὶ τὸ πάλαι φαίνεσθε πολλοὺς ἐλευθερώσαν-
„τες ἀνθρώπων. Πιεζευμένοισι μέντοι ὑμῖν συνα-
„χθόμεθα, καὶ ὅτι καρπῶν ἐστερήθητε διξῶν ἤδη, 689
6„καὶ ὅτι οἰκοφθόρησθε χρόνον ἤδη πολλόν. ἀντὶ
„τούτων δὲ ὑμῖν Λακεδαιμόνιοί τε καὶ οἱ σύμμαχοι
„ἐπαγγέλλονται γυναῖκάς τε καὶ τὰ ἐς πόλεμον ἄχρη-
„στα οἰκετέων ἐχόμενα πάντα ἐπιθρέψειν, ἔστ' ἂν
7„ὁ πόλεμος ὅδε συνεστήκῃ. Μὴ δὲ ὑμέας Ἀλέξαν-
„δρος ὁ Μακεδὼν ἀναγνώσῃ, λεήνας τὸν Μαρδο-
„νίου λόγον. τούτῳ μὲν γὰρ ταῦτα ποιητέα ἐστί·
8„τύραννος γὰρ ἐὼν, τυράννῳ συγκατεργάζεται. ὑμῖν
„δέ γε οὐ ποιητέα, εἴ περ εὖ τυγχάνετε φρονέοντες
„ἐπισταμένοισι ὡς βαρβάροισί ἐστι οὔτε πιστὸν, οὔτε

---

que vocis haud infrequenti plura profert. Quod equidem dedi, id Matth. Gr. Gr. §. 634, 1 p. 1306, poni ait pro: *τούτων ἁπάντων αἰτίους ὄντας, αἰτίους γενέσθαι.*

οἵ τινες αἰεὶ καὶ τὸ πάλαι — ἀνθρώπων] „Hoc erat Atheniensibus, quibus semper Noster favet [conf. nott. ad VII, 139] *ἥδιστον*, ut arbitror, *ἀκρόαμα*. Eam in rem exempla quoque vetera, Herodoto nota atque illo recentiora collegerunt in Panathenaicis suis Isocrates et Aristides; quorum mores suorum popularium moribus opponens Lacedaemoniorum a p. 240 [cap. 13 §. 35], tandem concludit p. 283 B. [cap. 95 §. 241]. Athenienses veteres fuisse *εἰρηνικοὺς καὶ φιλέλληνας καὶ τῆς ἰσότητος τῆς ἐν ταῖς πολιτείαις ἡγεμόνας· Σπαρτιάτας δὲ ὑπεροπτικοὺς καὶ πολεμικοὺς καὶ πλεονεκτικούς.*" Valcken. Quod sequitur *πιεζευμένοισι*, cuius loco Florentinus liber et Aldina *πιεζομένοισι* (ut omnes codd. I, 142. IX, 20. 60), satis tuentur hi loci: VI, 108. III, 146; quibus adde, quae ad 1, 142 notavi. Verbum *οἰκοφθορεῖν* attigi ad V, 29.

τὰ ἐς πόλεμον ἄχρηστα οἰκετέων ἐχόμενα] *Servos domesticosque bello inutiles* explicat Wesseling. ad I, 120, coll. Aristid. II p. 217. Tu conf. nott. ad Herod. l. l. et ad III, 25. In seqq. ad *συνεστήκῃ* cf. VII, 144 et ad *λεήνας* nott. ad VII, 9 §. 3. Schweigh. in Lex. Herod. exponit: „*laevigare orationem alicuius s. laevam et glabram reddere*, quo facilius in animum intret auditorum eosque commoveat ideoque commendare eam auditoribus."

143 „ἀληθὲς οὐδέν.“ Ταῦτα ἔλεξαν οἱ ἄγγελοι. Ἀθηναῖοι δὲ πρὸς μὲν Ἀλέξανδρον ὑπεκρίναντο τάδε· „Καὶ αὐτοὶ τοῦτό γε ἐπιστάμεθα, ὅτι πολλαπλησίη „ἐστὶ τῷ Μήδῳ δύναμις ἤ περ ἡμῖν· ὥστε οὐδὲν
2 „δέει τοῦτό γε ὀνειδίζειν. ἀλλ' ὅμως, ἐλευθερίης γλιχόμενοι, ἀμυνεύμεθα οὕτω ὅκως ἂν καὶ δυνώμεθα. ὁμολογῆσαι δὲ τῷ βαρβάρῳ μήτε σὺ ἡμέας
3 „πειρῶ ἀναπείθειν, οὔτε ἡμέες πεισόμεθα. Νῦν δὲ „ἀπάγγελλε Μαρδονίῳ, ὡς Ἀθηναῖοι λέγουσι, ἔστ' ἂν „ὁ ἥλιος τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἴῃ τῇ περ καὶ νῦν ἔρ-

Athenienses quid Alexandro,

Cap. CXLIII.

Ἀθηναῖοι δὲ πρὸς μὲν Ἀλέξανδρον ὑπεκρίναντο τάδε] „Hoc Aristide iusto dignum auctore huiusque aetatis Atheniensibus responsum merito miratur Arist. Soph. in Panathen. p. 251. ταύτην, inquit, ἐγὼ τὴν ἀπόκρισιν τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίας καὶ τῶν τροπαίων οὐχ ἧττον ἀξίαν ἡγοῦμαι θαυμάσαι. Responsi dignitatem oratione nimis protracta nonnihil imminuit Plutarch. Aristid. [10] p. 324 D.“ *Valckenaer.*

ὥστε οὐδὲν δέει τοῦτό γε ὀνειδίζειν] Schweighaeuserus haec ita expressit: „*ut non opus sit de illa nos cum multa ostentatione admonere.*“ Ad verba propius: *ut minime oporteat hoc nobis exprobrare* s. cum quadam increpatione adversus nos haec proferre in medium. Vid. VIII, 92 et quem citant, Musgrav. ad Euripid. Orest. 4. Larcherus interpretatur *grossir avec emphase*, ὀνειδίζειν cum Musgravio intelligens: *efferre, amplificare oratione*, ut ἐξονειδίζειν apud Dion. Chrysost. Or. XXXI pag. 321 D. Nec aliter fere Negris, quo auctore ὀνειδίζω h. l. est λαμπρύνω, διηγοῦμαι ἀλαζονικῶς, ἐπιδεικτικῶς.

ἐλευθερίης γλιχόμενοι] Ita optimi quique codd., *libertatis cupidi, libertatis desiderio accensi*, ut reddit Wesseling. Vid. II, 102. III, 72. Unus Sancrofti codex σκεπτόμενοι i. e. *libertatis considerantes commoda* vel *praerogativas*, ut placet Valckenaerio, qui vulgatum γλιχόμενοι e nota marginali ex II, 102 repetitâ fluxisse putat. Mihi secus videtur.

ἔστ' ἂν ὁ ἥλιος τὴν αὐτὴν ὁδὸν κ. τ. λ.] Eadem fere habet Plutarch. in Aristid. 10 a Valcken. allatus. Similem iuramenti formulam ex Dionysio attigi ad IV, 201 coll. V, 92 §. 1. Add. Ellendt. ad Arrian. De exped. Alex. I, 9 §. 9 pag. 47. Pro ἀμυνόμενοι haud opus cum Valckenaerio reponere ἀμυνεόμενοι, ut futuri sit participium. Vid. Matth. Gr. Gr. p. 1117 et conf. Herodot. VI, 88. 108. VII, 207, quae una

„χεται, μή κοτε ὁμολογήσειν ἡμέας Ξέρξῃ· ἀλλὰ θε-
οῖσί τε συμμάχοισι πίσυνοί μιν ἐπέξιμεν ἀμυνόμενοι,
„καὶ τοῖσι ἥρωσι· τῶν ἐκεῖνος οὐδεμίαν ὄπιν ἔχων,
4„ἐνέπρησε τούς τε οἴκους καὶ τὰ ἀγάλματα. σύ τε
„τοῦ λοιποῦ λόγους ἔχων τοιούσδε μὴ ἐπιφαίνεο
„Ἀθηναίοισι· μηδὲ δοκέων χρηστὰ ὑπουργέειν, ἀθέ-
„μιστα ἔρδειν παραίνεε. οὐ γάρ σε βουλόμεθα οὐ-
„δὲν ἄχαρι πρὸς Ἀθηναίων παθέειν, ἐόντα πρόξει-
144 „νόν τε καὶ φίλον.“ Πρὸς μὲν Ἀλέξανδρον ταῦτα
ὑπεκρίναντο· πρὸς δὲ τοὺς ἀπὸ Σπάρτης ἀγγέλους,
τάδε· „Τὸ μὲν δεῖσαι Λακεδαιμονίους μὴ ὁμολο-
2„γήσωμεν τῷ βαρβάρῳ, κάρτα ἀνθρωπήϊον ἦν. ἀτὰρ
„αἰσχρῶς γε οἴκατε, ἐξεπιστάμενοι τῶν Ἀθηναίων
„τὸ φρόνημα, ἀῤῥωδῆσαι· ὅτι οὔτε χρυσός ἐστι γῆς

quid Spartanis responderint.

---

cum aliis pluribus attulit Strange in Iahn. et Seebod. Annall. Suppl. II, 2 p. 238.

οὐδεμίαν ὄπιν ἔχων] i. e. *nihil reveritus*, ut IX, 76, ubi Valckenaer. excitat Salmas. ad Inscr. Herod. Att. p. 20. Graev. ad Hesiod. Opp. 187. Homericam esse locutionem docent Il. XVI, 388. Odyss. XIV, 82. XX, 215. XXI, 28. — Ad seqq. *ἐνέπρησε τούς τε οἴκους καὶ τὰ ἀγάλματα* conf. nott. ad V, 102.

ἀθέμιστα ἔρδειν] Vid. nott. ad VII, 33 et ad sequens *ἄχαρι* nott. ad I, 41. VI, 19. VIII, 13.

ἐόντα πρόξεινόν τε καὶ φίλον] Vid. nott. ad VIII, 136. Addit Wesselingius, secundum Aristidem II p. 217, Alexandrum ob hospitii praetextum sine noxâ esse dimissum, sed teste Lycurg. in Leocr. p. 156 (pag. 186 R.) parum abfuisse, quin lapidibus ille cooperiretur.

Cap. CXLIV.

τῶν Ἀθηναίων τὸ φρόνημα] Ita Schweigh. et Gaisf. recte dederunt e Sancrofti codice, pro vulg. *τὸ Ἀθηναίων φρόνημα*, quod ipsum cum Schaefero tenuit Bekker. Nam loci sensus hic fere: sed turpiter quidem hoc vereri videmini, ut qui bene noritis, qui sit animus Atheniensium, quid statuant s. sentiant Athenienses. Valckenaerius eum in modum Latine expresserat: „*cum Atheniensium animi magnitudinem habeatis exploratam, turpiter sane vereri videmini*“; Diodorum conferri dein iubet XI, 28 et Plutarch. Aristid. [cap. 10] p. 324 D. Aristid. T. III p. 357. Tu add. Herod. IX, 7 §. 7: *ἐξεμάθετε τὸ ἡμέτερον φρόνημα σαφῶς.*

„οὐδαμόθι τοσοῦτος, οὔτε χώρη κάλλεϊ καὶ ἀρετῇ 690
„μέγα ὑπερφέρουσα, τὰ ἡμεῖς δεξάμενοι, ἐθέλοιμεν
3 „ἂν μηδίσαντες καταδουλῶσαι τὴν Ἑλλάδα. Πολλά
„τε γὰρ καὶ μεγάλα ἐστὶ τὰ διακωλύοντα ταῦτα μὴ
„ποιέειν, μηδ' ἢν ἐθέλωμεν. πρῶτα μὲν καὶ μέγι-
„στα, τῶν θεῶν τὰ ἀγάλματα καὶ τὰ οἰκήματα ἐμ-
„πεπρησμένα τε καὶ συγκεχωσμένα· τοῖσι ἡμέας ἀνα-
„γκαίως ἔχει τιμωρέειν ἐς τὰ μέγιστα μᾶλλον, ἤ περ
4 „ὁμολογέειν τῷ ταῦτα ἐργασαμένῳ. αὖτις δὲ, τὸ
„Ἑλληνικὸν ἐὸν ὅμαιμόν τε καὶ ὁμόγλωσσον, καὶ
„θεῶν ἱδρύματά τε κοινὰ καὶ θυσίαι. ἤθεά τε ὁμό-
„τροπα· τῶν προδότας γενέσθαι Ἀθηναίους οὐκ ἂν
5 „εὖ ἔχοι. ἐπίστασθέ τε οὕτω, εἰ μὴ πρότερον ἐτυγ-
„χάνετε ἐπιστάμενοι, ἔστ' ἂν καὶ εἷς περιῇ Ἀθη-
„ναίων, μηδαμὰ ὁμολογήσοντας ἡμέας Ξέρξῃ. Ὑμέων
„μέντοι ἀγάμεθα τὴν προνοίην, τὴν ἐς ἡμέας ἔχου-
„σαν, ὅτι προείδετε ἡμέων οἰκοφθορημένων οὕτω,
6 „ὥστε ἐπιθρέψαι ἐθέλειν ἡμέων τοὺς οἰκέτας. καὶ
„ὑμῖν μὲν ἡ χάρις ἐκπεπλήρωται· ἡμέες μέντοι λι-

ὑπερφέρουσα] i. e. *excellens, insignis*, ut IX, 96. IV, 75 coll. nott. ad IV, 125 et Matth. Gr. Gr. §. 385 p. 672. Quod sequitur τὰ, non tam ad unum χώρην, quam ad omnem respicit sententiam praegressam. — Ad locutionem: πρῶτα μὲν — αὖτις δὲ vid. Herod. IX, 78 et Matth. Gr. Gr. pag. 1204, qui idem §. 578 D. pag. 1146 ad voces ἐς τὰ μέγιστα consuli debet. συγχοῦν valet *destruere* ita ut omnia confusa iaceant nec nisi ruinae supersint. Cf. IX, 13. Nonnihil distat VIII, 71, ubi vid. nott.

ἐὸν ὅμαιμόν τε καὶ ὁμόγλωσσον] Voce ὅμαιμος Noster utitur I, 151. II, 49. Attigit Bachmann. ad Lycophron. Alexandr. 168 p. 48. — Ad ἤθεα ὁμότροπα vid. nott. ad II, 49.

εἰ μὴ πρότερον] Sancrofti liber εἰ μὴ καὶ πρότερον, quod recepit Stegerus (Ephem. Ien. 1828 nr. 186 p. 46) probante censore Lipsiensi 1833 p. 44. 45. Mihi istud καὶ e glossa fluxisse videtur. — Ad verbum ἀγάμεθα conf. nott. ad IV, 46 et ad οἰκέτας nott. ad VIII, 41.

ἡμέες μέντοι λιπαρήσομεν οὕτω] Schweigh. supplet ἔχοντες, ita interpretans: *nos in hoc statu, quo sumus, manere perseverabimus, durabimus.* Cf. IX, 45. Ad verba: νῦν δὲ οὕτω ἐχόντων (*quum res ita se habeant*) conf. Matth. Gr. Gr. §.

παρήσομεν οὕτω, ὅκως ἂν ἔχωμεν, οὐδὲν λυπέοντες
ὑμέας. Νῦν δὲ, ὡς οὕτω ἐχόντων, στρατιὴν ὡς
7 *„τάχιστα ἐκπέμπετε. ὡς γὰρ ἡμέες εἰκάζομεν, οὐκ*
„ἑκὰς χρόνου παρέσται ὁ βάρβαρος ἐσβαλὼν ἐς τὴν
„ἡμετέρην, ἀλλ' ἐπειδὰν τάχιστα πύθηται τὴν ἀγγε-
„λίην, ὅτι οὐδὲν ποιήσομεν τῶν ἐκεῖνος ἡμέων προσ-
8 *„εδέετο. πρὶν ὦν παρεῖναι ἐκεῖνον ἐς τὴν Ἀττι-*
„κὴν, ἡμέας καιρός ἐστι προσβωθῆσαι ἐς τὴν Βοιω-
„τίην.“ Οἱ μὲν, ταῦτα ὑποκριναμένων Ἀθηναίων,
ἀπαλλάσσοντο ἐς Σπάρτην.

568, 1 pag. 1123. Sophocli hanc locutionem frequentari notat Valckenaerius. *Cr.* conferri vult Ast. ad Platon. Polit. II, 20 pag. 435 seq. Verba *ἑκὰς χρόνου* attigit Matth. Gr. Gr. §. 340 p. 649, qui idem §. 355 nott. 2 pag. 669 de structura verbi *προσεδέετο* cum duplici genitivo consul. De locutione *παρεῖναι εἴς τι* conf. nott. ad I, 21.

ἡμέας καιρός ἐστι] Schaeferus, quem sequitur Bekkerus, invitis codd. dedit *ὑμέας*, dudum probante Valckenaer. et Wesseling. ad IX, 7. At bene Schweigh. *ἡμέας* tuetur: *nos* i. e. *Athenienses cum Lacedaemoniis*, citans IX, 6. 7. — Ionicum *προσβωθῆσαι* (*accurrere ad Graeciam defendendam Persasque arcendos*) servavi, quamquam plures codd. *προβοηθῆσαι*. Vid. VIII, 1 ibique nott.

οἱ μὲν — ἀπαλλάσσοντο ἐς Σπάρτην] Haec verba, quae vulgo noni libri initio leguntur, Florentinus, Mediceus, alii ad octavi libri finem reiiciunt; quibus cum recentt. edd. obsecutus sum. Quin Florentinus haec eadem verba noni libri initio repetit: quod idem factum esse vidimus septimi libri in fine. — Ad verbum *ὑποκριναμένων* conf. Suidas s. v. III p. 556.

ἩΡΟΔΟΤΟΥ ἹΣΤΟΡΙΩΝ Η'.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΕΝΝΑΤΗ.

ΚΑΛΛΙΟΠΗ.

Alexandro rebus infectis reverso [8, 143.] Mardonius e Thessalia in Atticam movet [a. 479.].

1 ΜΑΡΔΟΝΙΟΣ δὲ, ὥς οἱ ἀπονοστήσας Ἀλέξανδρος 691
τὰ παρὰ Ἀθηναίων ἐσήμηνε, ὁρμηθεὶς ἐκ Θεσσαλίης,
ἦγε τὴν στρατιὴν σπουδῇ ἐπὶ τὰς Ἀθήνας· ὅκου δὲ
2 ἑκάστοτε γίνοιτο, τούτους παρελάμβανε. τοῖσι δὲ
Θεσσαλίης ἡγεομένοισι οὔτε τὰ πρὸ τοῦ πεπρηγμέ-

Cap. I.

ὁρμηθεὶς ἐκ Θεσσαλίης] Attigi ad VIII, 133. Incidit hoc in annum 479 a. Chr. n. Ac scribit Diodor. XI, 28. 30. Mardonium praeter copias a Xerxe acceptas habuisse plus ducenties mille viros e Thracia, Macedonia, aliisque civitatibus consociatis; ita ut omnium fuerit summa quingenties mille. Quo sane pertinet, quod supra ad VII, 110 coll. I, 171, notavimus, Persas gentes victas vel ultro deditas secum duxisse in exercitu militantes, eoque etiam pertinent, quae mox hîc leguntur: *τούτους παρελάμβανε hos assumsit.*

τοῖσι δὲ Θεσσαλίης ἡγεομένοισι — μετέμελε οὐδέν] Par orationis structura VI, 3, ubi vid. citt. De particulis *οὔτε — τε* dixi ad VI, 1. *οἱ Θεσσαλίης ἡγεόμενοι* iidem sunt, qui mox cap. II vocantur *οἱ δυναστεύοντες* s. *οἱ δυνασταὶ*, V, 66. IX, 41, Thessaliae principes, inter quos potissimum *Aleuadae* (conf. nott. ad VII, 6), qui Larissae imperium tenebant, quorumque unus etiam ille fuit *Thorax*, cuius eiusdem mentio fit IX, 58 cóll. Pindar. Pyth. X, 100 seqq. et Ovid. Ib. 325 (ubi *Larissaeus Aleuas*), qui Xerxem scil. e Graecia fugientem est comitatus. Namque Aleuadas Xerxis partes strenue amplexos esse novimus ex Herod. VIII, 172. 174 coll. 130; eorumque exemplum reliquos etiam Thessaliae dynastas secutos esse probabile est. — Ad locutionem *ἐκ τοῦ*

να μετέμελε οὐδὲν, πολλῷ τε μᾶλλον ἐπῆγον τὸν
Πέρσην· καὶ συμπροέπεμψέ τε Θώρηξ ὁ Ληρισσαῖος
Ξέρξεα φεύγοντα, καὶ τότε ἐκ τοῦ φανεροῦ παρῆκε
2 Μαρδόνιον ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. Ἐπεὶ δὲ πορευόμενος Consilium ei a Thebanis datum.
γίνεται ὁ στρατὸς ἐν Βοιωτοῖσι, οἱ Θηβαῖοι κατε-
λάμβανον τὸν Μαρδόνιον, καὶ συνεβούλευον αὐτῷ,
λέγοντες ὡς οὐκ εἴη χῶρος ἐπιτηδεώτερος ἐνστρατο- 692
πεδεύεσθαι ἐκείνου, οὐδὲ ἔων ἰέναι ἑκαστέρω,
ἀλλ' αὐτοῦ ἱζόμενον, ποιέειν ὅκως ἀμαχητὶ τὴν πᾶσαν
2 Ἑλλάδα καταστρέψηται. „Κατὰ μὲν γὰρ τὸ ἰσχυ-
„ρὸν Ἕλληνας ὁμοφρονέοντας, οἵπερ καὶ πάρος
„ταὐτὰ ἐγίνωσκον, χαλεπὰ εἶναι περιγίνεσθαι καὶ

φανεροῦ vid. nott. ad VIII, 126 et ad verbum παρῆκε nott. ad IV, 146.

Cap. II.

κατελάμβανον] „*cohibuerunt* pergendique in Atticam *impetum represserunt.*“ *Wessel.* Tu vid. allata ad III, 36. — Ad verba ἐπιτηδεώτερος ἐνστρατοπεδεύεσθαι conf. nott. ad V, 23. IX, 7. οὐκ ἔων verto: *dissuadebant ulterius progredi.*

ἀλλ' αὐτοῦ ἱζόμενον ποιέειν κ. τ. λ.] De structura cf. nott. ad VII, 104. Suppl. ἐκέλευον, quod ipsum expresse addit Pausan. IX, 13, 3. — In proxime seqq. sine causa opinor Stegerus et Bekkerus refinxerunt καταστρέψεται pro vulg. καταστρέψηται, quod omnibus libris probatum iure tuetur Censor Lipsiensis 1833 p. 48.

κατὰ — τὸ ἰσχυρὸν] Attigit Matth. Gr. Gr. §. 581 p. 1155. Indicat enim haec formula *valde, maxime, pro viribus*, et pertinet, docente Gail. (Le philolog. IV p. 337) ad verbum Ἕλληνας ὁμοφρονέοντας, cuius loco sane exspectabas Ἑλλήνων ὁμοφρονεόντων, nisi absolute positos accipias hosce accusativos, ut II, 66: ταῦτα γινόμενα alia id genus. Vid. V, 103 ibique allata et Fischer. ad Weller III, 1 p. 387. *Cr.* laudat Klotz. ad Tyrtaeum p. 18.

χαλεπὰ εἶναι περιγίνεσθαι κ. τ. λ.] Vid. Matth. Gr. Gr. §. 443, 1 p. 829. — Ad ἔφασαν λέγοντες vid. V, 36. τὴν Ἑλλάδα διαστήσεις accipio: *Graeciam disiunges, in varias partes Graecos divides.* Intransitivo sensu διαστήτην Homerus dixit Il. I, 6, quod Plutarchus imitatur in Num. 2. διϊστάναι τὰς πόλεις eodem quo Herodotus sensu dixit Aristides I p. 482 s. 718. I p. 489 s. 727. I p. 518 s. 769 Dind. Sed διαστῆναι Herod. IV, 11, ubi

3 „ἅπασι ἀνθρώποισι. Εἰ δὲ ποιήσεις τὰ ἡμεῖς παραι„νέομεν, ἔφασαν λέγοντες, ἕξεις απόνως ἅπαντα „τὰ κείνων βουλεύματα. πέμπε χρήματα ἐς τοὺς
4 „δυναστεύοντας ἄνδρας ἐν τῇσι πόλισι. πέμπων δὲ, „τὴν Ἑλλάδα διαστήσεις· ἐνθεῦτεν δὲ τοὺς μὴ τὰ „σὰ φρονέοντας ῥηϊδίως μετὰ τῶν στασιωτέων κατα„στρέψεαι.“
3 Οἱ μὲν ταῦτα συνεβούλευον· ὁ δὲ „οὐκ ἐπείθετο, ἀλλά οἱ δεινός τις ἐνέστακτο ἵμερος τὰς Ἀθήνας δεύτερα ἑλέειν· ἅμα μὲν ὑπ' ἀγνωμοσύνης, ἅμα δὲ πυρσοῖσι διὰ νήσων ἐδόκεε βασιλέϊ

Athenae vacuae a Persis iterum captae.

---

vid. — Ad locutionem *τὰ σὰ φρονέειν* conf. nott. ad VII, 102.

Cap. III.

ὁ δὲ οὐκ ἐπείθετο] Auctor est Diodorus XI, 28. Mardonium in Boeotia commorantem pecuniam misisse principibus Peloponnesi civitatibus, quas a reliquorum Graecorum societate distraheret. Quo etiam illud videtur pertinere a Demosthene (Phil. III p. 70 s. p. 121, 27 R.) traditum et Plutarch. Themist. cp. 6 pag. 114 F. Arthmium Zelitem, qui pecuniam a rege attulerit ad Graecos corrumpendos, infamem declaratum esse ab Atheniensibus hostem Graeciae.

ἀλλά οἱ δεινός τις ἐνέστακτο ἵμερος] i. e. *sed vehemens illum cupido incesserat.* Affert Wesseling. Oppian. Cyneg. III, 314: *καὶ — βαλίων δὲ πόθος τις ἐνέστακται φρεσὶ θηρῶν* itemque Sophocl. Trach. 480 (478 Erf.): *ταύτης ὁ δεινὸς ἵμερός ποθ' Ἡρακλῆ διῆλθε,* ubi plura olim interpretes de usu verbi *διέρχεσθαι*. Aptiora nunc attulisse video Apitzium in Adverss. p. 202 ad vs. 464. Ac sane propius huc facit Pausan. IV, 32 §. 4: *τὸ μῖσος τὸ ἐς Λακεδαιμονίους ἐνεστάχθαι,* ubi praeter Herodoti locum afferunt Homericum ex Odyss. II, 271. Plutarch. Agesil. 12 *ὁ τοῦ παιδὸς ἔρως ἐνεσταγμένος.* Quomodo quis suos in virtut.)II) p. 84 E.: *φιλονεικία δὲ ὅτῳ καὶ φθόνος ἐνέστακται.*

ὑπ' ἀγνωμοσύνης] i. e. „*arrogantia*, *contumacia*, *stolida virium suarum fiducia fretus.*“ Ita Schweigh. in Lex. Herod. Gail. (Le philol. V p. 245 seq. 250) Gallice reddi vult *irréflexion.* Tu vid. Herod. VII, 9 §. 2 ibique nott. IX, 4. Mutatam orationis structuram in verbis *ἅμα μὲν — ἅμα δὲ — ἐδόκει* attigit Matth. Gr. Gr. §. 633 p. 1301.

πυρσοῖσι] i. e. facibus incensis et per Archipelagi insulas unâ fere serie continuatis

2 δηλώσειν ἐόντι ἐν Σάρδισι, ὅτι ἔχοι Ἀθήνας. ὃς οὐδὲ τότε ἀπικόμενος ἐς τὴν Ἀττικὴν εὗρε τοὺς Ἀθηναίους, ἀλλ' ἔν τε Σαλαμῖνι τοὺς πλείστους ἐπυνθάνετο εἶναι, ἔν τε τῇσι νηυσί· αἱρέει τε ἐρῆμον τὸ ἄστυ. ἡ δὲ βασιλέος αἵρεσις ἐς τὴν ὑστεραίην τὴν Μαρδονίου ἐπιστρατηΐην δεκάμηνος ἐγένετο.

4 Ἐπεὶ δὲ ἐν Ἀθήνῃσι ἐγένετο ὁ Μαρδόνιος, πέμπει ἐς Σαλαμῖνα Μουρυχίδην, ἄνδρα Ἑλλησπόντιον, φέροντα τοὺς αὐτοὺς λόγους τοὺς καὶ Ἀλέξανδρος
2 ὁ Μακεδὼν τοῖσι Ἀθηναίοισι διεπόρθμευσε. ταῦτα δὲ τὸ δεύτερον ἀπέστελλε, προέχων μὲν τῶν Ἀθη-

Inde Mardonius in Salaminem Murychidem mittit, qui Athenienses ad pacem cum rege faciendam cohortetur.

---

usque ad Asiae terram continentem Sardesque. Vid. nott. ad VII, 182. Quem ante vocem *Ἀθήνας* Schaeferus, quem sequitur Matth., receperat articulum *τάς*, eum reliqui edd. omiserunt. — De duplice *τε* in seqq. conf. allata ad VII, 8 §. 1.

ἐς τὴν ὑστεραίην] Ita e Florentino, aliis edidit Schweighaeuserus, quem Gaisf. et Matth. sequuntur. E Mediceo aliisque olim propagatum erat *ὑστέρην*, quod tenet Bekkerus, probante Schaefero, qui Apparat. Demosth. II pag. 428 se vereri ait, ut Schweigh. recte dederit *τὴν ὑστεραίην*, quique bene attendi iubet ad articulum *τὴν* iteratum nec ullo modo delendum. Infra IX, 8 omnes libri, quantum scio, *ἐς τὴν ὑστεραίην*, et IX, 15 *τῇ ὑστεραίῃ*. Hinc recte in Plutarch. Themistocl. 18 Sintenis (quem conf. pag. 119) reposuit *τὴν ὑστεραίαν*, ubi vulgo *τὴν ὑστέραν*.

Cap. IV.

Ἐπεὶ δὲ — ἐγένετο ὁ Μαρδόνιος] Articulum *ὁ* e Florentino et Sancrofti libro nuper additum omiserunt Schaefer. et Matth., qui iidem etiam vulg. *Μουριχίδην* retinuerunt, ubi nunc editur *Μουρυχίδην*. Cf. etiam Matth. Gr. Gr. §. 91 p. 195. Verbum *διεπόρθμευσε* (*attulit*) h. l. non sine insigniori quadam vi adhibitum esse patet. *ταῦτα* pro *διὰ ταῦτα* (*propterea*) accipi vult censor Ienensis 1828 (Ergänz. Bl. nr. 45 pag. 348) plura alia de hoc usu excitans.

προέχων μὲν τῶν Ἀθηναίων οὐ φιλίας γνώμας] „*προέχων*, usu rariore, non aliud ac *πρότερον ἔχων*, *cum iam antea haberet nossetque adeo, Atheniensium consulta, haud sane amica. Φιλίους λόγους* ad eum modum VII, 163 et VIII, 106. Conf. Abreschii Animadverss. in Aeschin. II, 32." *Wesseling.* — Ad sequens *ὑπήσειν*

ναίων οὐ φιλίας γνώμας, ἐλπίζων δέ σφεας ὑπήσειν τῆς ἀγνωμοσύνης, ὡς δοριαλώτου ἐούσης πάσης τῆς Ἀττικῆς χώρης, καὶ ἐούσης ἤδη ὑπ' ἑωυτῷ. τούτων μὲν εἵνεκα ἀπέπεμψε Μουρυχίδην ἐς Σαλαμῖ-
5 να. Ὁ δὲ, ἀπικόμενος ἐπὶ τὴν βουλὴν, ἔλεγε τὰ
παρὰ Μαρδονίου· τῶν δὲ βουλευτέων Λυκίδης εἶπε
γνώμην, ὥς „οἱ ἐδόκεε ἄμεινον εἶναι, δεξαμένους
„τὸν λόγον τόν σφι Μουρυχίδης προφέρει, ἐξενεῖ-
2 „και ἐς τὸν δῆμον.“ ὁ μὲν δὴ ταύτην τὴν γνώμην
ἀπεφαίνετο, εἴ τε δὴ δεδεγμένος χρήματα παρὰ Μαρ-
3 δονίου, εἴ τε οἱ καὶ ταῦτα ἑάνδανε. Ἀθηναῖοι δὲ
αὐτίκα δεινὸν ποιησάμενοι, οἵ τε ἐκ τῆς βουλῆς
καὶ οἱ ἔξωθεν, ὡς ἐπύθοντο, περιστάντες Λυκίδεα
κατέλευσαν βάλλοντες, τὸν δὲ Ἑλλησπόντιον Μου-

Lycidas, senator Atheniensis cum uxore liberisque lapidibus obrutus, quod pacem suasisset.

---

vid. Matth. Gr. Gr. §. 338 pag. 646. Mox scripsi δοριαλώτου pro δορυαλώτου. Vid. nott. ad VIII, 74.

Cap. V.

ἄμεινον εἶναι] Vid. nott. ad III, 71. Ad seqq. ἐξενεῖκαι ἐς τὸν δῆμον vid. nott. ad V, 79. Opponitur autem τῷ δήμῳ in proxime antecedentibus ἡ βουλή, qui senatus est Quingentorum Athenis constitutus. Formam ἑάνδανε laudat Matth. Gr. Gr. §. 161 pag. 297. Ad locutionem δεινὸν ποιησάμενοι vid. nott. ad III, 14.

κατέλευσαν] Vid. V, 38. IX, 120 et de ipso supplicii genere nott. ad V, 67. Larchero ad haec respicere videtur Lycurg. adv. Leocrat. p. 165 [p. 221 et 222 R.] Sequens Λυκίδεα attigit Matth. Gr. Gr. §. 91, 1 pag. 195. Mox cum recentt. dedimus: τὸ γινόμενον αἱ γυναῖκες, ubi vulgo: αἱ γυναῖκες τὸ γινόμενον, quod retinuit post Schaeferum Matthiae. De loci argumento bene ita disserit *Valcken.* „Idem si fatum ante decem menses subierat Cyrsilus, mirum est huius exemplo non fuisse Lycidam deterritum. Ignotum Herodoto plures Cyrsilum commemorant, cum Themistoclis iussu statuerent Athenienses, *ut urbe relicta — naves conscenderent, — Cyrsilum quendam, suadentem ut in urbe manerent Xerxemque reciperent, lapidibus obruerunt;* sic scribit Cicero De Off. III, 11 [ubi conf. Canter. et Beier. pag. 266] secutus Demosthenem De Coron. pag. 174 [p. 296, 5—16 R.], ex quo Cyrsilus innotuit Harpocrationi, Hermogeni p. 448 aliis. Caute Aristides neque Cyrsilum nominat nec Lycidam, duo tamen

4 ρυχίδεα ἀπέπεμψαν ἀσινέα. γενομένου δὲ θορύβου ἐν τῇ Σαλαμῖνι περὶ τὸν Λυκίδεα, πυνθάνονται τὸ γινόμενον αἱ γυναῖκες τῶν Ἀθηναίων· διακελευσαμένη δὲ γυνὴ γυναικὶ, καὶ παραλαβοῦσα, ἐπὶ τὴν Λυκίδεω οἰκίην ἤϊσαν αὐτοκελέες, καὶ κατὰ μὲν ἔ- 693
6 λευσαν αὐτοῦ τὴν γυναῖκα, κατὰ δὲ τὰ τέκνα. Ἐς δὲ τὴν Σαλαμῖνα διέβησαν οἱ Ἀθηναῖοι ὧδε. ἕως μὲν προσεδέκοντο ἐκ τῆς Πελοποννήσου στρατὸν ἥξειν τιμωρήσοντά σφι, οἱ δὲ ἔμενον ἐν τῇ Ἀττικῇ· ἐπεὶ δὲ οἱ μὲν μακρότερά τε καὶ σχολαίτερα ἐποίεον, ὁ δὲ ἐπιὼν καὶ δὴ ἐν τῇ Βοιωτίῃ ἐλέγετο εἶναι, οὕτω δὴ ὑπεξεκομίσαντό τε πάντα, καὶ αὐτοὶ διέβη-

Cur Athenienses tunc asty relinquere coacti. Eorum legati Spartam profecti,

---

diversos, ut puto, designans, qui non simillimo mortis genere perierint, in Panath. I pag. 243 et T. III pag. 356 ibique Schol. [p. 250 Frommel.]" Ad diversa utique tempora utraque pertinet narratio; nisi alteram ex altera fluxisse existimes.

ἤϊσαν] Ita cum recentt. dedi, ubi olim ἤεσαν sive ἦσαν. Conf. III, 77. Ad vocem αὐτοκελέες (i. e. *sponte*, *non ab alio iussae*) citant Soph. Trachin. 395 (393), ubi αὐτόκλητος. Ipsum atrox facinus attigit Aristid. II p. 217. Tmesin in seq. κατὰ μὲν ἔλευσαν — κατὰ δὲ notat Matth. Gr. Gr. §. 594, 2 pag. 1190. Tu vide supra citat. ad VIII, 89. Ipsa Herodoti verba affert Eustath. ad Homer. pag. 601, 24. s. 457, 49.

Cap. VI.

προσεδέκοντο ἐκ τῆς Πελοποννήσου στρατὸν] Articulum τὸν ante ἐκ vulgo illatum et a Schaefero, quem Matth. sequitur, retentum, equidem cum recentt. edd. abieci, meliorum librorum iussu. — In seqq. ad verba οἱ δὲ ἔμενον ob particulae δὲ usum conf. Matth. Gr. Gr. §. 616 pag. 1247. Tu vide sis quoque nott. ad I, 66 et add. IX, 76. — Intactum reliqui ἐν τῇ Βοιωτίῃ, pluribus codd. probatum. Sancrofti liber cum aliis ἐς τὴν Βοιωτίην, quod praefert Grashof. in Schulzeit. (II) 1832 pag. 984. Conf. Herod. I, 21.

οὕτω δὴ ὑπεξεκομίσαντό τε πάντα] De usu particularum οὕτω δὴ monuit Matth. Gr. Gr. §. 610 pag. 1235. Tu vide, si tanti est, Herod. VIII, 40. 118. 132. IX, 18. 23. 34. 35. 49. 63. 70. 86. 103. 108. 118. — Verbum ὑπεκκομίζεσθαι (*clam exportare*) attigi ad VIII, 4.

2 σαν ἐς Σαλαμῖνα· ἐς Λακεδαίμονά τε ἔπεμπον ἀγγέλους, ἅμα μὲν μεμψομένους τοῖσι Λακεδαιμονίοισι ὅτι περιεῖδον ἐμβαλόντα τὸν βάρβαρον ἐς τὴν Ἀττικήν, ἀλλ' οὐ μετὰ σφέων ἠντίασαν ἐς τὴν Βοιωτίην. ἅμα δὲ ὑπομνήσοντας ὅσα σφι ὑπέσχετο ὁ Πέρσης μεταβαλοῦσι δώσειν· προεῖπαί τε, ὅτι εἰ μὴ ἀμυνεῦσι Ἀθηναίοισι, ὡς καὶ αὐτοί τινα ἀλεωρὴν εὑρήσονται.

7 Οἱ γὰρ δὴ Λακεδαιμόνιοι ὅρταζόν τε τοῦτον τὸν χρόνον, καί σφι ἦν Ὑακίνθια· περὶ πλείστου δ' ἦγον τὰ τοῦ θεοῦ πορσύνειν· ἅμα δὲ τὸ τεῖχός σφι τὸ ἐν τῷ Ἰσθμῷ ἐτείχεον, καὶ ἤδη ἐπάλξεις ἐλάμβανε.

ad ephoros orationem habent plenam querelarum ob auxilia nondum missa.

ἐς Λακεδαίμονά τε ἔπεμπον] Schaeferus, quem Matth. et Bekker. sequuntur, ex uno Sancrofti libro dederat ἔπεμψαν. Equidem revocavi, quod reliqui libri ferebant. De ipsa legatione conf. Plut. Aristid. 10, qui solum Aristidem missum esse refert. — Usum particulae τε semel positae attigi ad VII, 188.

προεῖπαι] „In προεῖπαν mutandum suspicabatur Koenius: *praeterea denuntiarunt, ni venirent Atheniensibus auxilio, hos sibi ipsos tutamen quoddam paraturos*: sic redderem Herodotea, ὡς καὶ αὐτοί τινα ἀλεωρὴν εὑρήσονται, id est ἀποστροφὴν ἑτοιμάσονται vel ἐκπορίσονται. Hoc significatu *sibi parandi* vel *adipiscendi* veteribus frequentatum εὑρέσθαι adhibuit aliquoties Herod. infra bis c. 26 et 28 Ἄδειαν εὑρέσθαι vel εἰρήνην vel ἀγαθόν τι, locutiones sunt usitatissimae: εὑρέσθαι παρὰ τῶν θεῶν τῶν παρόντων κακῶν ἀπαλλαγὴν dixit Isocrat. in Evag. pag. 191 E [cp. 5 §. 14] vid. Dawes in Misc. Crit. pag. 258." *Valcken.* Schweigh. in Lex. Herod. reddendum censuit: „*aliquod levamentum sibi parabunt, ils savent trouver quelque soulagement.*" Sed cum Koenio ut reponas προεῖπαν, id minime opus; quum subitus h. l. sit orationis transitus, qualem alibi quoque in his libris reperimus. Qui enim supra dixerat ἔπεμπον ἀγγέλους, iam dixit προεῖπαι ac si praegressum esset ἐκέλευον τοὺς ἀγγέλους. — Ad particulas ὅτι — ὡς, quarum altera abundat, vid. Matth. Gr. Gr. §. 628, 3 pag. 1282.

Cap. VII.

Ὑακίνθια] Attigit Plutarch. II pag. 873 E. De ipso festo vid. nott. ad VII, 206. Quae sequuntur: πλείστου δ' ἦγον τὰ τοῦ θεοῦ πορσύνειν (i. e. *maximi faciebant rem divinam curare s. administrare*), tractavi ad V, 63.

καὶ ἤδη ἐπάλξεις ἐλάμβανε.] Pro καὶ δή, quod cum Schae-

2 Ὡς δὲ ἀπίκοντο ἐς τὴν Λακεδαίμονα οἱ ἄγγελοι οἱ ἀπ' Ἀθηναίων ἅμα ἀγόμενοι ἔκ τε Μεγάρων ἀγγέλους καὶ ἐκ Πλαταιέων, ἔλεγον τάδε ἐπελ-
1 3 θόντες ἐπὶ τοὺς ἐφόρους· „Ἔπεμψαν ἡμέας Ἀθη„ναῖοι, λέγοντες ὅτι ἡμῖν βασιλεὺς ὁ Μήδων, τοῦτο „μὲν, τὴν χώρην ἀποδιδοῖ· τοῦτο δὲ, συμμάχους ἐθέλει „ἐπ' ἴσῃ τε καὶ ὁμοίῃ ποιήσασθαι, ἄνευ τε δόλου „καὶ ἀπάτης· ἐθέλει δὲ καὶ ἄλλην χώρην πρὸς τῇ
4 „ἡμετέρῃ διδόναι, τὴν ἂν αὐτοὶ ἑλώμεθα. ἡμεῖς „δὲ, Δία τε Ἑλλήνιον αἰδεσθέντες, καὶ τὴν Ἑλλάδα 694
„δεινὸν ποιεύμενοι προδοῦναι, οὐ καταινέσαμεν, „ἀλλὰ ἀπειπάμεθα, καίπερ ἀδικεόμενοι ὑπ' Ἑλλήνων „καὶ καταπροδιδόμενοι ἐπιστάμενοί τε ὅτι κερδαλεώτε„ρόν ἐστι ὁμολογέειν τῷ Πέρσῃ μᾶλλον ἤπερ πολεμέειν·
2 5 „οὐ μὲν οὐδὲ ὁμολογήσομεν ἑκόντες εἶναι. καὶ τὸ „μὲν ἀπ' ἡμέων οὕτω ἀκίβδηλον ἐὸν, νέμεται ἐπὶ

---

fero tenent Matth. et Bekker., equidem cum reliquis dedi καὶ ἤδη, quod etiam h. l. citans ad Aelian. N. A. I, 24 affert Iacobs, exponens *statim* et subitam subiecti quod dicitur, mutationem bene notans. — De *ephoris* diximus ad V, 39. VI, 63. 82.

§. 1.

ἐπ' ἴσῃ τε καὶ ὁμοίῃ] i. e. *aequa conditione.* Sic plane Thucydid. I, 26, cuius locum affert Viger. p. 96.

Δία τε Ἑλλήνιον αἰδεσθέντες] *Iovem Graecis communem reveriti* interpretatur Valcken. citans Aristoph. Eqq. 1250 Pind. Nem. V, 19, ubi ab Aeaco cognominis originem repetunt scholiastae. Nam in Aegina insula Iovis Panhellenii templum, ubi Aeacus sacra fecisse fertur; de quo vid. Pausan. I, 44 §. 13. II, 29 §. 6 coll. II, 30 §. 3. 4. Isocrat. pag. 191 E. [cp. 5 §. 14] Add. Eckhel. Doctr. N. I pag. 244. Ad δεινὸν ποιεύμενοι conf. III, 14, add. Iacobitz. ad Luciani Toxar. pag. 65. de voce μᾶλλον post comparativum κερδαλεώτερον inserta vid. I, 31. — Particulas οὐ μὲν οὐδὲ notavi ad VIII, 130. Locutionem ἑκόντες εἶναι attigit Matth. Gr. Gr. §. 545 pag. 1070.

§. 2.

καὶ τὸ μὲν ἀπ' ἡμέων — ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας] Ad voces τὸ ἀπ' ἡμέων vid. nott. ad VII, 101. Quod sequitur ἀκίβδηλον, cum proprie ad numos spectet haud corruptos, ad alia

„τοὺς Ἕλληνας. Ὑμεῖς δὲ, ἐς πᾶσαν ἀῤῥωδίην τό-
„τε ἀπικόμενοι μὴ ὁμολογήσωμεν τῷ Πέρσῃ, ἐπεί
„τε ἐξεμάθετε τὸ ἡμέτερον φρόνημα σαφέως, ὅτι
„οὐδαμὰ προδώσομεν τὴν Ἑλλάδα, καὶ διότι τεῖχος
„ὑμῖν διὰ τοῦ Ἰσθμοῦ ἐλαυνόμενον ἐν τέλεϊ ἐστι, καὶ
„δὴ λόγον οὐδένα τῶν Ἀθηναίων ποιέεσθε· συνθέ- 1
„μενοί τε ἡμῖν τὸν Πέρσην ἀντιώσεσθαι ἐς τὴν Βοιω-
„τίην, προδεδώκατε, περιείδετέ τε ἐσβαλόντα ἐς
6 „τὴν Ἀττικὴν τὸν βάρβαρον. Ἐς μέν νυν τὸ παρεὸν
„Ἀθηναῖοι ὑμῖν μηνίουσι· οὐ γὰρ ἐποιήσατε ἐπιτη- 5
„δέως· νῦν δὲ ὅτι τάχος στρατιὴν ἅμα ἡμῖν ἐκέλευ-
„σαν ὑμέας ἐκπέμπειν, ὡς ἂν τὸν βάρβαρον δεκώ-
7 „μεθα ἐν τῇ Ἀττικῇ. ἐπειδὴ γὰρ ἡμάρτομεν τῆς
„Βοιωτίης, τῆς γε ἡμετέρης ἐπιτηδεώτατόν ἐστι ἐμ-

---

quaevis mox transfertur, ut *κίβδηλος*, de quo vid. I, 66. Verbum *νέμεται* Portus reddiderat: in Graecis *inpenditur* s. *distribuitur*. Schweighaeuserus in Lex. Her. reddi maluit: *quod a nobis in Graecos proficisci debet, id sincero animo eis tribuimus.*

τὸ ἡμέτερον φρόνημα] Vid. nott. ad VIII, 144. — In seqq. ad usum verbi *ἐλαύνειν* vid. nott. ad VII, 139. De ipso muro conf. VIII, 71. Mox optimi quique codd. *ἐν τέλεϊ*, quod etiam habet Matth. Gr. Gr. §. 577 pag. 1139, qui idem §. 295. 1 p. 590 affert, quod IX, 8 legitur *πρὸς τέλεϊ*, ut apud Dion. Chrysost. Or. LXI pag. 583 D. et Plat. Menex. init., ubi *ἐπὶ τέλεϊ*.

ἡμῖν τὸν Πέρσην ἀντιώσεσθαι] Schaeferus libris invitis dederat *τῷ Πέρσῃ*, quod idem in mentem venerat Valckenaerio, equidem cum reliquis edd. revocavi accusativum, quem verbo *ἀντιάζειν* addi posse, plures loci commonstrant: II, 141. IV, 80. 118. 121 ibique citt. Hom. Il. I, 31. Ac praeterea duo tum concurrent dativi, quamquam *ἡμῖν* ad *συνθέμενοι* spectare satis apparet. Quod vero Gail. Le philol. IV p. 245 h. l. ita interpretatur: *Persam coacturos, ut nobis occurrat;* malim equidem reddere *Persae obviam ire ad pugnam.* — Sequens *ἐς τὸ παρεὸν* attigi ad VII, 29 fin., verbum *μηνίειν* ad VII, 169. — Ad formulam *ὅτι τάχος* conf. Matth. Gr. Gr. §. 624 p. 1271.

ἐπιτηδεώτατόν ἐστι ἐμμαχέσασθαι τὸ Θριάσιον πεδίον] Duo codd. *ἐπιτηδέστατον*, merito illud quidem reiectum a Valckenaerio, qui laudat Suidam s. v. *εὐήλατον* I p. 888 et geminos locos Herodoti IX,

8 „μαχέσασθαι τὸ Θριάσιον πεδίον.“ Ὡς δὲ ἄρα ἤκουσαν οἱ ἔφοροι ταῦτα, ἀνεβάλλοντο ἐς τὴν ὑστεραίην ὑποκρίνασθαι· τῇ δὲ ὑστεραίῃ, ἐς τὴν ἑτέρην. τοῦτο καὶ ἐπὶ δέκα ἡμέρας ἐποίεον, ἐξ ἡμέ-
2 ρης ἐς ἡμέρην ἀναβαλλόμενοι. ἐν δέ τούτῳ τῷ χρόνῳ τὸν Ἰσθμὸν ἐτείχεον, σπουδὴν ἔχοντες πολλὴν
3 πάντες Πελοποννήσιοι· καί σφι ἦν πρὸς τέλεϊ. οὐδ' ἔχω εἶπαι τὸ αἴτιον, διότι ἀπικομένου μὲν Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος ἐς Ἀθήνας σπουδὴν μεγάλην ἐποιήσαντο μὴ μηδίσαι Ἀθηναίους, τότε δὲ ὤρην ἐποιήσαντο οὐδεμίαν ἄλλο γε ἢ ὅτι ὁ Ἰσθμός σφι ἐτετείχιστο, καὶ ἐδόκεον Ἀθηναίων ἔτι δέεσθαι οὐδέν· ὅτε δὲ ὁ Ἀλέξανδρος ἀπίκετο ἐς τὴν Ἀττικὴν, οὔ κω ἀπετετείχιστο, ἐργάζοντο δὲ, μεγάλως καταῤῥωδηκότες τοὺς Πέρσας.

Spartanorum tergiversatio. Quid Herodoto de ea videatur.

9 Τέλος δὲ, τῆς τε ὑποκρίσιος καὶ ἐξόδου τῶν Σπαρτιητέων ἐγένετο τρόπος τοιόσδε. τῇ προτεραίῃ τῆς ὑστάτης καταστάσιος μελλούσης ἔσεσθαι, Χίλεος,

Admoniti a Chileo ephori, alie- 695 natis Atheniensibus fore, ut ipsa Peloponnesus infestetur.

---

25. Thucyd. II, 20. Sed pro olim vulg. μαχέσασθαι merito nunc iisdem e libris receptum ἐμμαχέσασθαι, ut IX, 2 ἐνστρατοπεδεύεσθαι; de quo vid. nott. ad VII, 59. Matth. Gr. Gr. §. 533. not. 2 p. 1043. Similia ad h. l. excitavit Wesseling. Appiani B. Civ. IV, 106. Philon. Vit. Mos. II p. 659 B. De Numer. Septen. p. 1187 A. — De *Thriasio* campo vid. nott. ad VIII, 65.

Cap. VIII.

ἤκουσαν] Schaeferus, quem Bekk. sequitur, ἄκουσαν. Equidem cum reliqq. edd. scriptos libros sequi malui. — Quod sequitur ἀναβάλλεσθαι est *differre*, ut V, 49. VI, 86. — Mox pro τοῦτο δὲ, quod habent Schaefer. et Matthiae, dedi cum recentt. edd. unum τοῦτο, abiectâ particula δέ. Ad locutionem ἐπὶ δέκα ἡμέρας (*per decem dies*) conf. Matth. Gr. Gr. pag. 1169. Ad verba ὤρην ἐποιήσαντο οὐδεμίαν vid. nott. ad III, 155 et de verbo ἀποτειχίζειν nott. ad VI, 36. — Ad usum formulae ἄλλο γε ἢ faciunt, quae ad Xenophont. Memorab. II, 1, 17 Schneider. et ad Platon. Phaedon. pag. 32 Heindorf. disputavit.

Cap. IX.

καταστάσιος] Vid. nott. ad VIII, 141. — In seqq. pro Χίλεος apud Plutarch. Themist. 6 fin. invenitur Χείλεως, *Arcas*. Nec aliter apud eun-

ἀνὴρ Τεγεήτης, δυνάμενος ἐν Λακεδαίμονι μέγιστα ξείνων, τῶν ἐφόρων ἐπύθετο πάντα λόγον τὸν δὴ οἱ Ἀθηναῖοι ἔλεγον. ἀκούσας δὲ ὁ Χίλεος, ἔλεγε ἄρα σφι τάδε· „Οὕτω ἔχει, ἄνδρες ἔφοροι· Ἀθηναίων ἡμῖν ἐόντων μὴ ἀρθμίων, τῷ δὲ βαρβάρῳ „συμμάχων, καί περ τείχεος διὰ τοῦ Ἰσθμοῦ ἐληλαμένου καρτεροῦ, μεγάλαι κλισιάδες ἀναπεπτέαται „ἐς τὴν Πελοπόννησον τῷ Πέρσῃ. ἀλλ' ἐσακούσατε „πρίν τι ἄλλο Ἀθηναίοισι δόξαι, σφάλμα φέρον τῇ „Ἑλλάδι.“ Ὁ μὲν σφι ταῦτα συνεβούλευε.

10 tandem auxilia, Pausania duce, mittunt.

οἱ δὲ, φρενὶ λαβόντες τὸν λόγον, αὐτίκα φράσαντες οὐδὲν τοῖσι ἀγγέλοισι τοῖσι ἀπιγμένοισι ἀπὸ τῶν πολίων νυκτὸς ἔτι ἐκπέμπουσι πεντακισχιλίους Σπαρτιητέων, καὶ ἑπτὰ περὶ ἕκαστον τάξαντες τῶν εἱλώ-

---

dem II pag. 871 F. 872 A. Magis ad Herodotum, notante Valckenaer., accedit Polyaen. V, 30. — Ad usum particulae ἄρα in verbis ἔλεγε ἄρα σφι conf. Matth. Gr. Gr. §. 614 p. 1240. Add. Hartung. Lehre v. d. griech. Part. I p. 437, qui vim particulae ἄρα pertinere monet ad ea, quae apodosi contineantur. Et conf. Herodot. I, 141.

ἀρθμίων] De hac voce vid. VI, 83. VII, 101 ibiq. citt. IX, 37. — Usum verbi ἐλαύνειν in seqq. attigi ad VII, 139. Quod sequitur καρτεροῦ, e melioribus libris revocavi cum recentt. pro κρατεροῦ, quod Schaeferus tenuit. Vid. VIII, 12 ibique nott.

μεγάλαι κλισιάδες ἀναπεπτέαται] i. e. *Magnae portae apertae sunt*, sive, ut ait Polyaenus l. l. πολλαὶ διαβάσεις εἰς τὴν Πελοπόννησον. Citat Herodotea Eustath. ad Il. p. 78 in. s. 58, 40, ubi ἀναπέπτανται. Alteram formam affert Matth. Gr. Gr. §. 204, 6 pag. 378. Ad usum vocis κλισιάδες Wesseling. attulerat Plutarch. II pag. 360 A. et Wetsten. ad Corinth. I cp. 16, 9. Tu vide, quae ipsi attulimus ad Plutarch. Alcibiad. p. 110. 111.

σφάλμα φέρον τῇ Ἑλλάδι] Ita e Florentino et Sancrofti libro editum pro vulg. τῇ Ἑλλάδι φέρον, quod cum Schaefero tenet Matthiae. Ipsa locutio obvia Herod. VII, 6, ubi vid.

Cap. X.

φρενὶ λαβόντες τὸν λόγον] Vid. nott. ad III, 41.

καὶ ἑπτὰ περὶ ἕκαστον τάξαντες τῶν εἱλώτων] Haec verba a pluribus codd. quum absint, suspecta habuit Schaeferus, quem sequitur Bekkerus, uncisque inclusit, quippe

τῶν, Παυσανίῃ τῷ Κλεομβρότου ἐπιτρέψαντες ἐξά-
2 γειν. Ἐγένετο μέν νυν ἡ ἡγεμονίη Πλειστάρχου τοῦ
Λεωνίδεω· ἀλλ' ὁ μὲν ἦν ἔτι παῖς, ὁ δὲ τούτου ἐπί-
3 τροπός τε καὶ ἀνεψιός. Κλεόμβροτος γὰρ, ὁ Παυ-
σανίεω μὲν πατὴρ Ἀναξανδρίδεω δὲ παῖς, οὐκέτι
περιῆν· ἀλλὰ ἀπαγαγὼν ἐκ τοῦ Ἰσθμοῦ τὴν στρα-
τιὴν τὴν τὸ τεῖχος δείμασαν, μετὰ ταῦτα οὐ πολλὸν
4 χρόνον τινὰ βιοὺς ἀπέθανε. ἀπῆγε δὲ τὴν στρατιὴν
ὁ Κλεόμβροτος ἐκ τοῦ Ἰσθμοῦ διὰ τόδε· θυομένῳ
οἱ ἐπὶ τῷ Πέρσῃ, ὁ ἥλιος ἀμαυρώθη ἐν τῷ οὐρανῷ.
5 προσαιρέεται δὲ ἑωυτῷ Παυσανίης Εὐρυάνακτα, τὸν

---

e IX, 28 huc male transposita. Quum vero in reliquis adsint codd., nec ulla appareat causa, cur hoc quoque loco illa commode addi haud potuerint, equidem cum Schweigh. (quem reliqui edd. etiam merito secuti sunt) ea retinui annotante, scribi quoque posse εἱλωτέων a voce εἱλώτης (IX, 28. VI, 58. 75. 80), quamquam altera etiam forma ὁ εἵλως invenitur VII, 229. VI, 81. De ipsis Hellotis Spartanos ad bellum proficiscentes comitantibus conf. nott. ad VII, 202: quam in rem Valckenaerius quoque affert Thucydid. IV, 80. V, 57. 64. VII, 19. Cum Herodoto convenit Plut. Arist. 10. I p. 325 coll. II p. 871 E.

ἐπιτρέψαντες] Ita e duobus codd. edidit Wesseling. conferens III, 155. VII, 52. In Florentino aliisque exstat ἐπιτάξαντες. Schweighaeuserus cum Schulzio mallet ἐπέτρεψαν: quamquam verbo finito vix opus videtur in oratione Herodotea. Pro vulgata ἐγίνετο, quam post Schaefer. tuentur Matth. et Bekker., equidem cum reliquis dedi ἐγένετο, a Florentino, Sancrofti libro, aliis allatum.

ἐπίτροπός τε καὶ ἀνεψιός] Quod idem olim in Lycurgo obtinuisse, discimus ex Herod. I, 65. Successerat nimirum Plistoanax Plistarcho, qui regni initio abierat. Vid. Pausan. III, 5 §. 1 coll. III, 4 §. 7. — De *Cleombroto* vid. VIII, 71. De usu participii θυομένῳ exposuit Matth. Gr. Gr. §. 388, c. p. 711 et §. 562, 2 pag. 1109, qui idem §. 585 fin. p. 1166 consulatur de usu praepositionis ἐπὶ in verbis ἐπὶ τῷ Πέρσῃ, quibuscum conf. V, 44, ubi: θυομένῳ ἐπὶ Κρότωνα.

ὁ ἥλιος ἀμαυρώθη ἐν τῷ οὐρανῷ] Refert Petavius (Doctr. Tempp. X, 25) hunc solis defectum ad alterum mensis Octobr. diem anni 480, quo die ad Salamina pugnatum esse accepimus et quidem hora una et alterius dimidio post horam decimam praeterlapsis. Quem vero Larcherus consuluit, Pingré Paris. Academiae ad-

Δωριέος, ἄνδρα οἰκίης ἐόντα τῆς αὐτῆς. Οἵ μὲν δὴ
11 *σὺν Πανσανίῃ ἐξεληλύθεσαν ἔξω Σπάρτης. Οἱ δὲ*
ἄγγελοι, ὡς ἡμέρη ἐγεγόνεε, οὐδὲν εἰδότες περὶ τῆς
ἐξόδου, ἐπῆλθον ἐπὶ τοὺς ἐφόρους, ἐν νόῳ δὴ ἔ-
χοντες ἀπαλλάσσεσθαι καὶ αὐτοὶ ἐπὶ τῆς ἑωυτοῦ
2 *ἕκαστος. ἐπελθόντες δὲ, ἔλεγον τάδε· „Ὑμεῖς μὲν,*
„ὦ Λακεδαιμόνιοι, αὐτοῦ τῇδε μένοντες, Ὑακίνθιά
„τε ἄγετε, καὶ παίζετε, καταπροδόντες τοὺς συμ-

---

scriptum, is defectionem refert ad alterum mensis Octobr. diem anni 479: quod idem alteri Gallo interpreti, Miot, placuisse video. Sed hoc mittamus licet; illud vero iure miramur, quî Schweighaeusero in mentem venire potuerit, Cleombrotum hoc solis defectu minime fuisse perterritum, sed fausto illum potius pro omine accepisse indeque etiam, re scilicet peracta, cum nihil a Persis ipsi amplius esset timendum, regressum esse cum copiis. Nam hoc inter omnes constat, defectiones apud veteres non pro faustis ominibus esse habitas sed malorum imminentium nuncios. Rex sacra fecerat, pro more exploraturus, num ipsi conduceret copias ex Isthmo ducere adversus Persas in pugnam. Sed mala ipsi portendi sole scil. deficiente cum intellexisset, nefas habuit egredi copiasque inde domum reducere maluit, perterritus sane hoc omine, quo, male cessura esse quae moliretur, indicatum erat. — Ad verbum *προσαιρέεται* (*sibi adscivit*) conf. VIII, 130. Ad plusquamperfectum *ἐξεληλύθεσαν* vid. Matth. Gr. Gr. §. 505. IV pag. 960. De voce *ἔξω* adiecta conf. allata ad III, 16.

Cap. XI.

καὶ αὐτοὶ ἐπὶ τῆς ἑωυτοῦ ἕκαστος] Pro *αὐτοὶ* quod Stegerus coniicit *οὕτω*, merito reprobat censor Lipsiensis 1833 p. 49. Tu vide Matth. Gr. Gr. §. 302 not. p. 602. Pro *ἐπὶ τῆς* plures codd. *ἐπὶ τὴν*. Sed praestat *ἐπὶ τῆς* i. e. *patriam suam versus*. — In seqq. ad *αὐτοῦ τῇδε* vid. allata ad IV, 135 et cf. eundem Matth. Gr. Gr. §. 470, 8 pag. 873.

Ὑακίνθιά τε ἄγετε, καὶ παίζετε] Quod articulus ante *Ὑακίνθια* omittitur, id creberrimo usu, quo ante huiusmodi nomina festorum articulus negligitur, fieri observat Sintenis ad Plut. Themistocl. Praef. p. XXII. Sic supra quoque apud Herodot. VII, 26. 206. VIII, 72 fin. De ipsis *Hyacinthiis* quaedam notavi ad VII, 206. Verbum *παίζειν* ut omnino *ludere*, *res ludicras agere* significat, ita sigillatim indicat *choreis se oblectare*, *saltare*: quae quidem significatio ab hoc loco non prorsus aliena

„μάχους· Ἀθηναῖοι δὲ, ὡς ἀδικεόμενοι ὑπὸ ὑμέων,
„χήτι συμμάχων, καταλύσονται τῷ Πέρσῃ οὕτω ὅκως
3 „ἂν δύνωνται. καταλυσάμενοι δὲ, δῆλα γὰρ δὴ 696
„ὅτι σύμμαχοι βασιλέος γινόμεθα, συστρατευσόμεθα
„ἐπὶ τὴν ἂν ἐκεῖνοι ἐξηγέωνται. ὑμεῖς δὲ τὸ ἐνθεῦ-
„τεν μαθήσεσθε ὁκοῖον ἄν τι ὑμῖν ἐξ αὐτοῦ ἐκβαί-
4 „νῃ." Ταῦτα λεγόντων τῶν ἀγγέλων, οἱ ἔφοροι εἶ-
παν ἐπ' ὅρκου, „καὶ δὴ δοκέειν εἶναι ἐν Ὀρεστείῳ
5 „στείχοντας ἐπὶ τοὺς ξείνους." ξείνους γὰρ ἐκάλεον

---

videtur. Conf. Aristoph. Thesmophor. 904 Both. ibique Kuster. 932. Ran. 311. 413. 421 Both. Plutarch. Mor. II pag. 397 F. Hinc quoque *canere* apud Theognid. 955 (567), ubi conf. Welcker. pag. 127. Nam utrumque et saltatio et cantatio ad festum rite peragendum pertinet.

χήτι συμμάχων] i. e. *inopia sociorum.* Vulgo χήτεΐ τε συμ., quod post Schaeferum tenuit Matth. Equidem reliquos secutus edd. abieci τε, quod a Sancrofti libro alioque cod. abest, et rescripsi χήτι quod optimus praebebat Florentinus. — De ipsa locutione plura similia affert Wyttenbach. ad Plutarch. Moral. I p. 435. Ad proximum verbum καταλύσονται (*inimicitiis depositis paciscentur cum Persa*) conf. citt. ad VII, 6.

ὁκοῖον ἄν τι ὑμῖν ἐξ αὐτοῦ ἐκβαίνῃ] Vid. Matth. Gr. Gr. §. 633 pag. 1304, qui idem §. 584 pag. 1163 consulatur ad verba ἐπ' ὅρκου (i. e. *iuramento interposito*). Apte Gail. (Le philolog. IV pag. 341) meminit similis formulae ἐπὶ τῶν ἱερῶν ὀμόσαι apud Dion. Halicc. Antiqq. III p. 154, al. Equidem haud scio an ad eundem usum praepositionis ἐπὶ cum genitivo referri debeat, quod Plutarchus dixit in Alexandr. 23 init.: ἐφ' ἑκάστης κύλικος ἀεὶ μακρόν τινα λόγον διατιθέμενος et cp. 53: ἐπαινέσαι κελευσθεὶς ἐπὶ τοῦ ποτηρίου, quod Wyttenbach. (Plutarch. Opp. VIII, 1 p. 626) recte accipit *ad poculum, inter bibendum.*

ἐν Ὀρεστείῳ στείχοντας] Male Sancrofti liber στίχοντας. Conf. III, 76. Intelligitur h. l. procul dubio *Oresteum* s. Orestis templum, Tegeatarum finibus vicinum et situm ad eam viam, quae a Megalopoli Pallantium atque Tegeam ducit. Vid. Pausan. VIII, 44 §. 1. 2. Plut. Aristid. 10 fin. Thucydid. V, 64 ibique Duker. et Wasse. Et confer quoque Stephan. Byz. s. v. Ὀρέσται et nott. ad Herod. I, 68.

ξείνους γὰρ ἐκάλεον τοὺς βαρβάρους] Repetuntur haec infra IX, 55. Nostrum locum respexit Eustath. ad Iliad. pag. 423, 26 s. 321, 25, eodem-

τοὺς βαρβάρους. οἱ δὲ, ὡς οὐκ εἰδότες, ἐπειρώτεον τὸ λεγόμενον· ἐπειρόμενοι δὲ, ἐξέμαθον πᾶν τὸ ἐόν· ὥστε ἐν θωύματι γενόμενοι, ἐπορεύοντο τὴν ταχίστην διώκοντες· σὺν δέ σφι, τῶν περιοίκων Λακεδαιμονίων λογάδες πεντακισχίλιοι ὁπλῖται τὠυτὸ τοῦτο ἐποίεον. Οἱ μὲν δὴ ἐς τὸν Ἰσθμὸν ἠπείγοντο.

12 Id Mardonius per Argivos Persarum rebus faventes edoctus,

Ἀργεῖοι δὲ, ἐπεί τε τάχιστα ἐπύθοντο τοὺς μετὰ

---

que pertinent glossae Hesychii (II pag. 702.) et Servii ad Virgilii Aeneid. IV, 424, quas cum aliis excitat Ullrich De proxen. pag. 27 coll. Plut. Aristid. 10 pag. 325 A. Nec sane quemquam fugit, apud Romanos quoque *hostem* fuisse *peregrinum* teste Festo s. v. et Cicer. De Officc. I, 12 §. 37 ibique Beieri Excurs. XIII p. 346. — In seqq. *πᾶν τὸ ἐόν* est *omne quod erat*, i. e. *verum*. Conf. I, 30 ibiq. nott. et V, 50. Mox pro *θώματι* reposui *θωύματι*.

τῶν περιοίκων] De his iam notavimus quaedam ad VI, 58. Exstat autem h. l. uberior Valckenaerii disputatio eos refutantis, qui helotas atque perioecos diversi sane esse generis nondum perspexerunt; de quo quum hodie sic satis inter omnes constet, potiora tantum hîc adscribamus ex Illius viri annotatione: „Erant Lacedaemonii *οἱ περίοικοι*, non *εἵλωτες*, hi servitutem serviebant; liberi erant *οἱ περίοικοι*. *Εἵλωτες* si bello heris operam suam adprobassent, libertate donati *Νεοδαμώδεις* dicebantur: ab his etiam distinguuntur *οἱ περίοικοι*. Xenoph. Hell. [I. 3, 10.]. Ubicunque in historia Graeca *περίοικοι* vel iunguntur vel opponuntur Spartiatis, Lacedaemonii sunt intelligendi, cuiuscunque fuerint urbis Laconicae cives, excepta Sparta, Spartiatarum imperio parentes. Scholiastae Aristidis MS. *οἱ περίοικοι* esse dicuntur *οἱ περιοικοῦντες Σπάρτην τὴν μητρόπολιν*. *Τοὺς ἐκ τῶν περιοικίδων πόλεων* dixit Xenoph. Hell. III, 1, 3. *τὰ ἐν κύκλῳ τῆς Σπάρτης πολίσματα* Pausan. VII pag. 555. [VII, 13 §. 4.] Hae civitates, ut olim erant Spartiatarum *ὑπήκοοι*, sic aevo quoque fuerunt recentiori *εἰς Σπάρτην συντελοῦσαι*, nisi quod ex istis decem et octo Augustus iusserit esse *αὐτονόμους* Pausan. III [21 §. 6] p. 265. — Qui *περίοικοι*, iidem dicebantur et *Λακεδαιμόνιοι* et *Λακωνικοὶ*, ut apud Thucydid. IV, 8 coll. Xenoph. Hellen. VI p. 449, 7. [VI, 4, 15]. Maxim. Tyr. pag. 347 et ipso Thucydid. VIII, 22." — Tu add. nott. ad VII, 234.

Παυσανίεω ἐξεληλυθότας ἐκ Σπάρτης, πέμπουσι κή-
ρυκα, τῶν ἡμεροδρόμων ἀνευρόντες τὸν ἄριστον,
ἐς τὴν Ἀττικὴν, πρότερον αὐτοὶ Μαρδονίῳ ὑποδε-
2 ξάμενοι σχήσειν τὸν Σπαρτιήτην μὴ ἐξιέναι. ὃς ἐπεί
τε ἀπίκετο ἐς τὰς Ἀθήνας, ἔλεγε τάδε· „Μαρδόνιε,
„ἔπεμψάν με Ἀργεῖοι φράσοντά τοι, ὅτι ἐκ Λακε-
„δαίμονος ἐξελήλυθε ἡ νεότης, καὶ ὡς οὐ δυνατοὶ
3 „αὐτὴν ἴσχειν εἰσὶ Ἀργεῖοι μὴ οὐκ ἐξιέναι. πρὸς
„ταῦτα τύγχανε εὖ βουλευόμενος.“ Ὁ μὲν δὴ, εἴ-
„πας ταῦτα, ἀπαλλάσσετο ὀπίσω.

13 Μαρδόνιος δὲ οὐδαμῶς ἔτι πρόθυμος ἦν μένειν
ἐν τῇ Ἀττικῇ, ὡς ἤκουσε ταῦτα. πρὶν μέν νυν ἢ
πυθέσθαι, ἀνεκώχευε, θέλων εἰδέναι τὸ παρ᾽ Ἀθηναί-
ων, ὁκοῖόν τι ποιήσουσι· καὶ οὔτε ἐπήμαινε οὔτε ἐσινέε-
το γῆν τὴν Ἀττικὴν, ἐλπίζων διὰ παντὸς τοῦ χρόνου
2 ὁμολογήσειν σφέας. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἔπειθε, πυθόμενος

Attica devastata, Boeotiam versus regreditur.

Cap. XII.

τῶν ἡμεροδρόμων] Vid. nott. ad VI, 105.

μὴ ἐξιέναι] Attigit Hermann. ad Viger. pag. 811 ob particulae negativae usum praegresso verbo *ἔχειν arcendi* notione. Paulo infra *μὴ οὐκ ἐξιέναι*; de quo vid. Matth. Gr. Gr. §. 609 p. 1228. Hartung. Lehre v. d. Partikeln der Gr. Spr. II p. 172. Verbum *ἴσχειν* retinui, quamquam Florentinus cum aliis *ἔχειν*. Tu vid. III, 77 et IX, 13. Ad argumentum loci bene *Wesseling*. „Hic Argis missus ad Mardonium nuncius adfirmat VII, 150 commemorata.“

Cap. XIII.

ἀνεκώχευε] i. e. *se retinuit, cohibuit*, nullum itineris s. pugnae consilium cepit, sed quietum se tenuit observans, quid Athenienses facerent. Verbum *ἀνακωχεύειν* de navibus, quarum cursus inhibetur, exstat VI, 116, ubi vid. nott. — Mox e Sancrofti cod. revocavi *ἐσινέετο*. Vulgo *ἐσίνετο*, quod cum Schaefero tenent Matth. et Bekker. Tu vid. IV, 123 ibique nott. IX, 49. 73. 87.

διὰ παντὸς τοῦ χρόνου] „*Omni illo tempore*, quo in Attica armatus consederat. Necessum enim non puto, *διὰ παντὸς* cum Reiskio in *διάγοντος* aut *προϊόντος* converti. Immo, si Sancrofti liber consentaneos nancisceretur, *διὰ παντὸς* sufficeret. [Desunt sc. in illo codice voces *τοῦ χρόνου*]. Aeschyl. Prometh. 283

τὸν πάντα λόγον, πρὶν ἢ τοὺς μετὰ Πανσανίεω ἐς 697
τὸν Ἰσθμὸν ἐμβαλεῖν, ὑπεξεχώρεε, ἐμπρήσας τε τὰς
Ἀθήνας, καὶ εἴ κου τι ὀρθὸν ἦν τῶν τειχέων ἢ τῶν οἰκη-
3 μάτων ἢ τῶν ἱρῶν, πάντα καταβαλὼν καὶ συγχώσας.
Ἐξήλαυνε δὲ τῶνδε εἵνεκεν, ὅτι οὔτε ἱππασίμη ἡ χώρη
ἦν ἡ Ἀττικὴ, εἴ τε νικῷτο συμβαλὼν, ἀπάλλαξις 95
οὐκ ἦν, ὅτι μὴ κατὰ στεινὸν, ὥστε καὶ ὀλίγους
4 σφέας ἀνθρώπους ἴσχειν. ἐβουλεύετο ὦν, ἐπαναχω-
ρήσας ἐς τὰς Θήβας, συμβαλεῖν πρὸς πόλι τε φιλίῃ
14 καὶ χώρῃ ἱππασίμῃ. Μαρδόνιος μὲν δὴ ὑπεξεχώρεε. 1
ἤδη δὲ ἐν τῇ ὁδῷ ἐόντι αὐτῷ ἦλθε ἀγγελίη πρόδρο-
μος, ἄλλην στρατιὴν ἥκειν ἐς Μέγαρα, Λακεδαιμο-
2 νίων χιλίους. πυθόμενος δὲ ταῦτα ἐβουλεύετο, θέ-

Hoc in itinere, audito manum Spartanorum Megara venisse, deflectit in Megaridem: (is ter-

---

τοὺς σοὺς δὲ πόνους χρήζω διὰ παντὸς ἀκοῦσαι, quod in scholiis δι' ὅλου, sed idem ac *omni modo*." Wesseling.

συγχώσας] Conf. VIII, 144 ibique nott. Quod sequitur ἐξήλαυνε retinui cum Schwgh. et Gaisf. assentiente Matthiae. Nam Schaeferus, quem sequitur Bekker., scripserat, libris invitis ἐξέλαυνε.

εἴ τε νικῷτο συμβαλὼν] Attigit h. l. Voemel. ad Demosthen. Philipp. II pag. 28 de optativo disserens, qui in interrogatione ponatur post particulam εἰ, omissa particula ἄν. — Ad particulas ὅτι μὴ cf. Matth. Gr. Gr. §. 624 pag. 1271, qui idem §. 117, 9 p. 236 conferatur ad vocem ἱππασίμη. Ad pronomen σφέας in verbis: ὥστε καὶ ὀλίγους σφέας ἀνθρώπους ἴσχειν cf. nott. ad VIII, 131.

Cap. XIV.

ἦλθε ἀγγελίη πρόδρομος] Quod olim quis coniecerat: πρόδρομος ἄλλη, στρατιὴν, id merito improbavit Wesselingius. Schweighaeusero melius videbatur refingere πρόδρομον (quod ipsum nunc in textu exhibuit Bekkerus), ἄλλην στρατιὴν, distinctione posita ante vocem ἀγγελίη; cum Noster pluries vocem πρόδρομος (i. e. *praecursorem, praemissum, praevium* alii addiderit nomini ut IV, 121. 122. VII, 203 et potissimum I, 60, ubi legimus προδρόμους κήρυκας προπέμψαντες. — Quo tamen ipso loco haud scio an ipsum istud ἀγγελίη πρόδρομος, in quo codd. conveniunt, tueri possis.

ἐβουλεύετο θέλων] Participium θέλων, quod a tribus abest codd., eiecerunt Borheck., Schaefer., Schweighaeuserus, probante Schulzio ac dudum antea Reiskio, cui illud suspectum videbatur, quod tueri studet Wesselingius loco Epist.

λων, εἴ κως τούτους πρῶτον ἕλοι. ὑποστρέψας δὲ
τὴν στρατιὴν ἦγε ἐπὶ τὰ Μέγαρα· ἡ δὲ ἵππος προελ-
θοῦσα κατιππάσατο χώρην τὴν Μεγαρίδα. ἐς ταύ-
την δὴ ἑκαστάτω τῆς Εὐρώπης τὸ πρὸς ἡλίου δύ-
15 νοντος ἡ Περσικὴ αὕτη στρατιὴ ἀπίκετο. Μετὰ δὲ
ταῦτα, Μαρδονίῳ ἦλθε ἀγγελίη ὡς ἁλέες εἴησαν οἱ

minus expeditionis Persarum ad occasum:)

sed mox certior factus, totum Peloponnesiorum exercitum iam ad Isthmum

---

ad Coloss. II, 18 (ubi *θέλων* reddit *cupide*, *libenter*) et Aeschyl. Choeph. 791 coll. Abresch. Animadverss. II, 14. Unde apud Herodotum *ἐβουλεύετο θέλων* esse vult: *cupide consultabat*. At verbi *θέλων* in illo Sacrae Scripturae loco aliam prorsus esse notionem (scil. *delectari aliqua re*, *sibi in aliqua re placere*), edocuit frater meus, Carolus Baehr, in Commentt. ad illum locum pag. 207; Herodoteique loci sensum iam dudum perspexerat H. Stephanus, verbum *θέλων* commate utrinque adposito a reliquis verbis seiungens; quod idem postea placuit Schweighaeusero, bene monenti participium *θέλων* minime iungi posse cum verbo *ἐβουλεύετο* idemque valere ac si Noster dixisset *θέλων τούτους πρῶτον ἑλεῖν*, *ἐβουλεύετο εἴ κως* etc. *cupiens hos primum capere*, *deliberavit quo pacto id efficeret*. Nec aliter fere Matth. Gr. Gr. §. 531 not. 2 pag. 1037 explicat *θέλων τούτους ἑλεῖν ἐβουλεύετο ὅκως ἕλοι*. Quod quum unum verum habeam, retinui cum recentt. edd. participium *θέλων*. Quod attinet ad loci argumentum, Megarenses procul dubio primos ille eam ob causam tentare voluit, quod non magni inter Graecos aestimati nullo fere loco habebantur: de quo vid. Suidam s. v. *ὑμεῖς* T. III p. 529. Schol. Theocr. XIV, 48. Tzetz. Chil. IX, 291 vs. 890 seq. Callimach. Epigr. 26, 5. 6. Quae attulit Larcherus.

κατιππάσατο] Schweighaeuserus interpretatur: *perequitare*, *equis incursare regionem.* Mihi praepositio *κατὰ* in hoc verbo eam fere vim tenere videtur, quam in aliis eiusmodi compositis, ut *καταστασιάζειν*, *καταπολεμεῖν*, notavi ad Plut. Pyrrh. cp. 13 pag. 50 cp. 14 pag. 52.

ἐς ταύτην δὴ ἑκαστάτω — ἀπίκετο] i. e. *in hanc sane terram*, *Europae remotissimam occasum versus*, *venit hic Persarum exercitus;* non ultra Megaricam occidentem versus in Europam progressos esse Persas sententia est Herodoti. Ad verba *ἑκαστάτω τῆς Εὐρώπης* conf. Matth. Gr. Gr. §. 340 p. 649.

Cap. XV.

ἦλθε ἀγγελίη] *ἦλθε* omnes fere codd. (ut IX, 14 et I, 83), quos cum recentt. edd. secutus sum. Ex Aldina Schaeferus

confluxisse, priorem viam repetit, inque Boeotiam reversus, castra in agro Thebano ad Asopum locat,

Ἕλληνες ἐν τῷ Ἰσθμῷ· οὕτω δὴ ὀπίσω ἐπορεύετο διὰ Δεκελέης. οἱ γὰρ βοιωτάρχαι μετεπέμψαντο τοὺς προσχώρους τῶν Ἀσωπίων· οὗτοι δὲ αὐτῷ

---

et Matth. retinuerunt ἧκε, ut VIII, 140.

διὰ Δεκελέης] Nimirum ex Attica in Boeotiam proficiscentes per Oenoën et Eleutheras tendebant Plataeam, viâ minus utique apta equitibus magnaeque hominum turbae, quum fauces montiumque cacumina essent permeanda, ita ut Persas alterâ viâ regressos esse sit probabile, quae scil. ab Acharnis ducebat per Deceleam atque Parnethem ad Tanagram indeque ad Boeotiam vicinam; quaeque minus negotii ac molestiae exhibebat. Ipsa *Decelea* centum viginti fere stadia Athenis remota fuisse narratur, sita loco perquam opportuno montis Parnethis, qui satis editus longum dabat prospectum; ubi quum consedissent Lacones bello Peloponnesiaco, multum inde damnum Atheniensibus illatum fuisse constat, via praeclusâ omnique commeatu intercepto. Vid. modo Schol. ad Aristoph. Ran. 1469. Cornel. Nep. Alcibiad. 4 fin., ad quem locum reliqua veterum testimonia suppeditant interpretes. Oppidum ibi fuisse, ubi nunc vicus *Tatoi*, sunt qui dicant; vid. Poppo ad Thucydid. I, 2 pag. 262 coll. Siebel. ad Pausan. III, 8 §. 3 p. 21. *Koriokleides* vocatur locus apud Krus. C. O. Müllerus inter Acharnes atque Parnethem collocat. Apud alios inveni vicum *Vigla*. Equidem haud decernam.

τοὺς προσχώρους τῶν Ἀσωπίων] i. e. *Asopiorum accolas ac finitimos.* Asopios enim dico, qui Asopi fluvii ad ripas habitant. Qui fluvius prope Plataeas orsus indeque auctus aliquot rivulis et Tanagraeorum ad campos delatus prope Oropum ac Delphinium mari miscetur; nunc exiguo alveo fluere fertur et exsiccatus fere: quamquam istam regionem omnem, quae inter Plataeas ac Tanagram sita Asopo irrigatur, minus adhuc cognitam ac perlustratam esse merito dolemus. Conf. Kruse Hellas II, 1 pag. 489 seq. Vetus nomen fluvio remansisse videtur, si quidem revera nunc eum appellant *Asopo*. *Spendalensis* pagus, qui ad Hippothoontidem tribum pertinuit, a nullo alio commemoratur scriptore: id unum patet, intra Deceleam ac Tanagram in Attici atque Tanagraei agri confiniis pagum fuisse situm: quo sane loco Krusius illum in mappa geographica indicavit. *Tanagra* urbs, prisco aevo condita (cf. Herod. V, 57) vel seriori aetate inter Boeotiae urbes eminuit. Iacuit in regione laetissima vinique feracissima, quae Euboico mari opposita

τὴν ὁδὸν ἡγέοντο ἐς Σφενδαλέας· ἐνθεῦτεν δὲ, ἐς
3 Τανάγρην. ἐν Ταναγρῃ δὲ νύκτα ἐναυλισάμενος,
καὶ τραπόμενος τῇ ὑστεραίῃ ἐς Σκῶλον, ἐν γῇ τῇ
4 Θηβαίων ἦν. ἐνθαῦτα δὲ τῶν Θηβαίων, καί περ
μηδιζόντων, ἔκειρε τοὺς χώρους, οὔ τι κατὰ ἔχθος
αὐτῶν, ἀλλ' ὑπ' ἀναγκαίης μεγάλης ἐχόμενος· βου-
λόμενος ἔρυμά τε τῷ στρατῷ ποιήσασθαι, καὶ, ἢν
συμβαλόντι οἱ μὴ ἐκβαίνῃ ὁκοῖόν τι ἐθέλοι, κρη-

partimque munimentis cingit. Tractus horum castrorum. Interea Attaginus Thebanus Mardonium cum nobilissimis Persarum convivio lautissimo excipit.

---

occasum versus terminabatur agro Thebaico sive Plataeensi, meridiem versus Oropico. Ac probabile videtur, quae adhuc prope *Skimitari* s. *Skimati* reperiuntur ruinae, sex horarum spatio a Thebis ipsis remotae, eas ad veterem Tanagram pertinuisse; unde quadraginta stadia abfuit *Delium* portus, cui nunc nomen *Dramisi*, triginta stadiis distat Oropus. Vid. Kruse Hell. II, 1 pag. 619 seq. 624 seq. Herod. VI, 118 ibiq. nott. Alii eum locum, in quo vetus Tanagra exstructa fuerit, *Graimada* s. *Cremata* nunc vocari asserunt. Conf. Siebelis ad Pausan. IX, 20 §. 2. Ab hac igitur Tanagra Mardonius ad occidentem solem conversus Asopumque rivum legens, ad quem regio utrinque plana equisque pascendis perquam accommodata teste Krusio l. l. pag. 622, devenit *Scolum*, qui locus δυσοίκητος καὶ τραχὺς, ut ait Strabo IX p. 408 C. s. 626 B. ad Cithaeronis declivitates sita fuit prope viam, quae Tanagrâ ducebat Erythras atque Plataeas. Vid. Kruse l. l. pag. 598 et confer potissimum Xenoph. H. Gr. V, 4, 49 coll. Polyaen. II, 1, 11. In mappa Krusii invenitur nomen *Sialesi*.

αὐτῷ τὴν ὁδὸν ἡγέοντο] Vid. nott. ad VII, 215. *Cr.* h. l. laudat Heindorf. ad Platon. Euthyd. §. 25 pag. 330 seq., qui tamen Platonis locum non recte acceperit. — In seqq. verba ἔκειρε τοὺς χώρους citat Eustath ad Il. pag. 364, 25 s. 476, 3. — Mox οὔ τι, quod Valcken. mutandum censuit in οὐκὶ, equidem cum Schweigh. retinui, qui bene confert II, 46. III, 36. IV, 148. Valet autem οὔ τι *minime*, *haud quidem*. κατὰ ἔχθος accipio *ob inimicitias*. Cf. VIII, 30. Ad locutionem ὑπ' ἀναγκαίης — ἐχόμενος conf. VII, 233 et I, 41.

βουλόμενος ἔρυμά τε τῷ στρατῷ ποιήσασθαι] Vulgo τῷ στρατοπέδῳ quod, si a Schweigh. et Gaisf. discesseris, qui e Florentino aliisque dederunt τῷ στρατῷ, tenent reliqui. Quae hîc dicuntur ἔρυμα, ea paulo post dicit τεῖχος, munimentum s. castellum rebus

5 σφύγετον τοῦτο ἐποιέετο. παρῆκε δὲ αὐτοῦ τὸ στρα-
τόπεδον, ἀρξάμενον ἀπὸ Ἐρυθρέων, παρὰ Ὑσιάς·
κατέτεινε δὲ ἐς τὴν Πλαταιΐδα γῆν, παρὰ τὸν Ἀσω-
6 πὸν ποταμὸν τεταγμένον. οὐ μέντοι τό γε τεῖχος
τοσοῦτον ἐποιέετο, ἀλλ' ὡς ἐπὶ δέκα σταδίους μά-
λιστά κῃ μέτωπον ἕκαστον. 698
7 Ἐχόντων δὲ τὸν πόνον τοῦτον τῶν βαρβάρων,
Ἀτταγῖνος ὁ Φρύνωνος, ἀνὴρ Θηβαῖος, παρασκευα-

---

pretiosioribus servandis exstructum. — Ad vocem κρησφύγετον conf. nott. ad V, 24.

παρῆκε δὲ αὐτοῦ τὸ στρατόπεδον κ. τ. λ.] Sensus loci hic fere est: *Castra ab Erythris exorsa et Hysias praetereuntia ad Plataeensem usque agrum pertinuerunt, ad Asopi ripas posita.* De structura verbi ἀρξάμενον cum praepositione ἀπὸ conf. Matth. Gr. Gr. §. 577 pag. 1100. Quod vero τεταγμένον Reiskius mutatum vult in τεταμένον, ipso probante Wesselingio; mihi quidem nulla comparet mutandi necessitas. Quibus addere iuvat Gailii interpretationem (Le philol. IV pag. 283): „l'armée avoit sa gauche à la hauteur d'Erythres i. e. à partir d'une ligne placée sur le prolongement perpendiculaire d' Erythres, donc à la hauteur d' Erythres. La ligne des Perses s'etendant vers le territoire de Platée et bordant l' Asope, on en conclura, que la droite étoit vers Platée et que la gauche, appuyée à Erythres longeoit Hysies.“ Qui idem Gail. p. 285 verba ἐς τὴν Πλαταιΐδα γῆν negat reddi posse: *iusqu' au territoire de Platée*, quum potius valeant: „les Perses campés *à la vue de* ou *vers la* Platéide.“ *Erythrae* ad viam, quae Scolum Plataeas ducebat, probabiliter sitae fuerunt vel in ipso monte vel certe in eius declivitatibus eoque etiam hinc referunt ruinas quasdam a docto Anglo ibi inventas. Sed accuratiora de situ urbis adhuc desunt. Vid. Kruse Hell. II, 1 pag. 597. De ipsa nominis scriptura, quâ Nostro semper Ἐρυθραί, ut Thucydidi III, 24 (ubi conf. interpretes) vid. nott. ad I, 142. Proximae Erythris fuere *Hysiae*, cuius adhuc quaedam ruinae exstare dicuntur eo loco, quem nunc vocant *Calivia* s. ut aliis placet, *Platana.* Vid. Kruse l. l. pag. 596 seq. et conf. nott. ad Herod. V, 74.

Ἀτταγῖνος] Idem memoratur IX, 86 et apud Pausan. VII, 10 §. 1 inter Graeciae proditores; idemque nomen etiam Athenaeo restituit Casaubonus IV, 30 p. 148 E. p. 81 Schweigh., ubi ad Herodoti locum respicitur, coll.

*σάμενος μεγάλως, ἐκάλεε ἐπὶ ξείνια αὐτόν τε Μαρ-
δόνιον καὶ πεντήκοντα Περσέων τοὺς λογιμωτά-
τους· κληθέντες δὲ οὗτοι ἕποντο. ἦν δὲ τὸ δεῖ-*
16 *πνον ποιεύμενον ἐν Θήβῃσι. Τάδε ἤδη τὰ ἐπί-
λοιπα ἤκουον Θερσάνδρου, ἀνδρὸς μὲν Ὀρχομε-*
2 *νίου, λογίμου δὲ ἐς τὰ πρῶτα ἐν Ὀρχομενῷ. ἔφη
δὲ ὁ Θέρσανδρος κληθῆναι καὶ αὐτὸς ὑπὸ Ἀτταγί-
νου ἐπὶ τὸ δεῖπνον τοῦτο· κληθῆναι δὲ καὶ Θηβαί-
ων ἄνδρας πεντήκοντα· καί σφεων οὐ χωρὶς ἑκα-
τέρους κλῖναι, ἀλλὰ Πέρσην τε καὶ Θηβαῖον ἐν κλί-*
3 *νῃ ἑκάστῃ. ὡς δὲ ἀπὸ δείπνου ἦσαν, διαπινόντων,
τὸν Πέρσην τὸν ὁμόκλινον, Ἑλλάδα γλῶσσαν ἱέντα,*

Sermo ibi inter Thersandrum Orchomenium Persamque de belli eventu habitus.

Müller. Orchomen. pag. 27, quem laudat *Cr.*, qui de Phrynone citat Thiersch. Epoch. d. bild. Kunst. p. 80 ed. prior. p. 276 not. ed. alterius. — Ad locutionem *ἐπὶ ξείνια* conf. V, 18 ibique allata.

Cap. XVI.

λογίμου δὲ ἐς τὰ πρῶτα] Virum intelligit *maxime* s. *inter primos spectatum.* Sic VI, 100: *ἐὼν τῶν Ἐρετριέων τὰ πρῶτα* et IX, 78. Quo eodem haud scio an pertineat quoque *ἀνήκειν ἐς τὰ πρῶτα.* — In antecedentibus ad verba *τάδε δὲ* vid. nott. ad VII, 5 et de loci argumento consul. C. O. Müller. Orchomen. pag. 415, a *Cr.* laudatum.

καί σφεων οὐ χωρὶς ἑκατέρους κλῖναι] Unus codex *σφέας.* Valla haec sic accepit: *atque seorsim utrosque discubuisse.* Malim equidem cum Schweigh. transitivo sensu accipere verbum *κλίνειν* (quod intransitive poni equidem probare nequeo), ita ut Attaginus hospes dicatur *κλῖναι* i. e. *collocasse seorsim utrosque in lectis.* Ad usum vocis *ἑκατέρους* pertinent, quae ad III, 8 notavi.

ὡς δὲ ἀπὸ δείπνου ἦσαν] Vid. nott. ad V, 18, ubi etiam de verbo *διαπίνειν*, de quo *Cr.* etiam conferri vult Platonis Rempubl. IV, 1 pag. 421 pag. 167 Bekk. Ad sequens *διαπινόντων* suppl. *αὐτῶν.* Sensus est: *cum coenâ peracta hospites certatim bibere inciperent*: unde satis patet, quantum illa aetate a prisca eaque severiori disciplina, quâ non nisi aquam bibere iubebantur, teste Herodoto I, 71, Persae desciverint. — Ad verba *γλῶσσαν ἱέναι* conf. nott. ad IV, 135. Dixit autem Noster *Ἑλλάδα γλῶσσαν*, quemadmodum, observante *Cr.*, *Βαβυλῶνα γλῶσσαν* ap. Phot. Bibl. Gr. pag. 937. Qui idem *Cr.* conferri vult Chardon. de la Rochette Melanges Vol. I pag. 19. Schaefer. Melett. critt. p. 39. 41 et Herod. I, 60.

εἴρεσθαι αὐτὸν ὁποδαπός ἐστι, αὐτὸς δὲ ὑποκρίνα-
4 σθαι ὡς εἴη Ὀρχομένιος. τὸν δὲ εἰπεῖν· „Ἐπεὶ
„νῦν ὁμοτράπεζός τε μοι καὶ ὁμόσπονδος ἐγένεο,
„μνημόσυνά τοι γνώμης τῆς ἐμῆς καταλιπέσθαι θέ-
„λω· ἵνα καὶ προειδὼς αὐτὸς περὶ σεωυτοῦ βουλεύε-
5 „σθαι ἔχῃς τὰ συμφέροντα. Ὁρᾷς τούτους τοὺς
„δαινυμένους Πέρσας, καὶ τὸν στρατὸν, τὸν ἐλίπο-
„μεν ἐπὶ τῷ ποταμῷ στρατοπεδευόμενον; τούτων
„πάντων ὄψεαι, ὀλίγου τινὸς χρόνου διελθόντος, ὀλί-
6 „γους τινὰς τοὺς περιγενομένους.“ Ταῦτά τε ἅμα
τὸν Πέρσην λέγειν, καὶ μετιέναι πολλὰ τῶν δακρύ-
ων. αὐτὸς δὲ θωυμάσας τὸν λόγον, εἰπεῖν πρὸς
7 αὐτόν· „Οὐκῶν Μαρδονίῳ τε ταῦτα χρεόν ἐστι λέ-
„γειν, καὶ τοῖσι μετ' ἐκεῖνον ἐν αἴνῃ ἐοῦσι Περσέ-
„ων.“ Τὸν δὲ μετὰ ταῦτα εἰπεῖν· „Ξεῖνε, ὅ τι δεῖ
„γενέσθαι ἐκ τοῦ θεοῦ, ἀμήχανον ἀποτρέψαι ἀν-

ὁποδαπός ἐστι] Tres codd. ποδαπὸς ut VII, 118: quo tamen utroque loco scribendum ὁποδαπὸς, auctore Schaefero Appar. Demosth. T. V p. 308. Et vide quoque V, 13. Blomfield. Glossar. ad Aeschyl. S. c. Th. 351. — Indicativum autem necessario hic poni tradit G. Hermann. Opuscc. IV p. 92, ut in omnibus, ubi an sit aliquid, quaeratur. — Mox restitui εἰπεῖν librorum iussu. Conf. nott. ad VIII, 65 et de locutione μνημόσυνα καταλιπέσθαι nott. ad IV, 166. Usum particularum in verbis ἅμα τε λέγειν — καὶ μετιέναι attigi ad IV, 150.

Οὐκῶν Μαρδονίῳ τε ταῦτα κ. τ. λ.] i. e. *Mardonio igitur haec te dicere oportet, iisque, qui post illum honore atque auctoritate inter Persas eminent.* χρεὸν offerebant Florentinus et Sancrofti liber. Vulgo χρεών. Cf. allata ad V, 49. De locutione ἐν αἴνῃ εἶναι vid. allata ad III, 74. Ipsam vocem αἴνῃ attigit Matth. Gr. Gr. §. 95 pag. 207.

ὅ τι δεῖ γενέσθαι — ἀνθρώπῳ] „Hinc ista Stobaeus retulit in tit. CV [107] p. 567 s. 372 seq. T. III. Gaisf. Homericam Persae tribuit Herodotus sententiam, cuius auctor fertur Apollo Pythius Aeliano περὶ Προνοίας apud Eustath. in Il. ζ, pag. 522, 53. Hanc suo quisque more saepius expresserunt poetae. Velut vulgare dictum mulieribus ubi tribuit M. Antonin. VII, 46: ὅτι τὴν εἱμαρμένην οὐδεὶς ἂν ἐκφύγοι: multa notat Gataker.“ Valckenaer. Wesselingius attulerat Nostri locum III, 65, lo-

„θρώπῳ· οὐδὲ γὰρ πιστὰ λέγουσι ἐθέλει πείθεσθαι
8 „οὐδείς. ταῦτα δὲ Περσέων συχνοὶ ἐπιστάμενοι, ἑπό-
„μεθα ἀναγκαίῃ ἐνδεδεμένοι. ἐχθίστη δὲ ὀδύνη ἐστὶ
„τῶν ἐν ἀνθρώποισι αὕτη, πολλὰ φρονέοντα μηδε-
9 „νὸς κρατέειν.“ Ταῦτα μὲν τοῦ Ὀρχομενίου Θερ- 699
σάνδρου ἤκουον· καὶ τάδε πρὸς τούτοισι, ὡς αὐ-
τὸς αὐτίκα λέγοι ταῦτα πρὸς ἀνθρώπους πρό-
τερον ἢ γενέσθαι ἐν Πλαταιῇσι τὴν μάχην.

17 Μαρδονίου δὲ ἐν τῇ Βοιωτίῃ στρατοπεδευομέ-
νου, οἱ μὲν ἄλλοι παρείχοντο ἅπαντες στρατιὴν,
καὶ συνεσέβαλον ἐς Ἀθήνας ὅσοι περ ἐμήδιζον Ἑλ-
2 λήνων τῶν ταύτῃ οἰκημένων. μοῦνοι δὲ Φωκέες

Phocensium partis [c. 31.] μηδισμὸς coactus. Ii quod auxilia Mardonio caeteris Graecis serius misissent,

---

seph. B. Iud. VI, 5, 4. Aeschyl. Suppl. 1055 et Rittershus. ad Phaedri fab. lib. II sub finem. Tu vide potissimum Herod. I, 91. III, 43. 64. 65 et quae alia collegi ad Plutarch. Pyrrh. 30 pag. 236 seq. Nam per Graeciam propagata multisque recepta videtur esse sententia. — In seqq. ad locutionem ἀναγκαίῃ ἐνδεδεμένοι conf. I, 11 ibique nott. coll. VIII, 22. Atque observat Creuzerus in Dionys. pag. 74 verbum δέω et inde composita lubenter iungi voci ἀνάγκῃ, ubi id *fati* significationem habeat. Pertinent quoque huc Homerica Il. IX, 18 (Ζεύς με μέγα Κρονίδης ἄτῃ ἐνέδησε βαρείῃ), alia, quae attulit Mitscherlich. ad Horat. Od. III, 24, 5. 6.

ἐχθίστη δὲ ὀδύνη ἐστὶ κ. τ. λ.] Acerrimum adeoque infestissimum ait dolorem inter homines esse eum, si quis multa (bene) cogitet neque vero quidquam consequi s. efficere queat. Bene Lange: *der bitterste Kummer aber auf der ganzen Welt ist der, wenn man bey aller Einsicht keine Gewalt in Händen hat.*

ὡς αὐτὸς αὐτίκα λέγοι ταῦτα πρὸς ἀνθρώπους] Offendit Valckenaerium vox ἀνθρώπους, in cuius locum substitui vult ἄλλους: *ut* a l i i s scil. *ista narrasse dicatur Thersander antequam ad Plataeas proelium committeretur.* Sed libros scriptos omnes obstare doleo. Ad optativum λέγοι *Cr.* conferri vult Heindorf. ad Platon. Phaed. pag. 21, 27 et Ast. ad Platon. Rempubl. pag. 478 seq.

Cap. XVII.

ἐμήδιζον γὰρ δὴ σφόδρα καὶ οὗτοι] σφόδρα dant omnes codd.; una Aldina eius loco habet μεγάλως quod, probante Wesseling. et Valckenaer., ob IX, 40 tenuerunt Schaefer. et Matth., reiecit Bekkerus cum reliquis. Ac Schweighaeusero in tota sententia hae-

οὐ συνεσέβαλον· ἐμήδιζον γὰρ δὴ σφόδρα καὶ οὗτοι
οὐκ ἑκόντες, ἀλλ᾽ ὑπ᾽ ἀναγκαίης. ἡμέρῃσι δὲ οὐ
πολλῇσι μετὰ τὴν ἄπιξιν τὴν ἐς Θήβας ὕστερον,
ἦλθον αὐτῶν ὁπλῖται χίλιοι· ἦγε δὲ αὐτοὺς Ἁρμο-
3 κύδης, ἀνὴρ τῶν ἀστῶν δοκιμώτατος. ἐπεὶ δὲ ἀπί-
κατο καὶ οὗτοι ἐς Θήβας, πέμψας ὁ Μαρδόνιος
ἱππέας, ἐκέλευσέ σφεας ἐπ᾽ ἑωυτῶν ἐν τῷ πεδίῳ
4 ἵζεσθαι. ἐπεὶ δὲ ἐποίησαν ταῦτα, αὐτίκα παρῆν ἡ
ἵππος ἅπασα. μετὰ δὲ ταῦτα, διεξῆλθε μὲν διὰ τοῦ
στρατοπέδου τοῦ Ἑλληνικοῦ τοῦ μετὰ Μήδων ἐόντος
φήμη, ὡς κατακοντιεῖ σφέας· διεξῆλθε δὲ δι᾽ αὐ-
5 τῶν Φωκέων τὠυτὸ τοῦτο. Ἔνθα δή σφι ὁ στρα-
τηγὸς Ἁρμοκύδης παραίνεε, λέγων τοιάδε· „Ὦ Φω-
„κέες, πρόδηλα γὰρ ὅτι ἡμέας οὗτοι οἱ ἄνθρωποι
„μέλλουσι προόπτῳ θανάτῳ δώσειν, διαβεβλημέ-
„νους ὑπὸ Θεσσαλῶν, ὡς ἐγὼ εἰκάζω· νῦν ὦν ἄν-
„δρα πάντα τινὰ ὑμέων χρεόν ἐστι γενέσθαι ἀγα-
„θόν· κρέσσον γάρ, ποιεῦντάς τι καὶ ἀμυνομένους

---

renti, utrumque sive σφόδρα sive μεγάλως si abesset, nulla superesse videtur difficultas. Equidem invitis libris quidquam eiicere nolui; haec enim videtur loci sententia: *Solos Phocenses narrat non una copias misisse* (ad Mardonii castra); *quippe qui et ipsi strenue Persarum partes amplexi essent, non tam ultro quam necessitate coacti*; cum scil. ipsorum terra a Persis ita esset circumdata, ut Persarum societatem, modo periculum imminens effugere vellent, detrectare haud possent. Stegerus voculam σφόδρα post ὅσοιπερ transponi vult, quod merito reiicit censor Lipsiensis 1833 pag. 49. — In seqq. dedi e melioribus codd. ἀπίκατο pro ἀπικέατο (qui aoristus est) apud Schaefer. et Bekkerum.

σφεας ἐπ᾽ ἑωυτῶν] Vid. nott. ad IV, 114. IX, 37. — Paulo inferius verba προόπτῳ θανάτῳ (i. e. *manifesta morte*) hinc habet Suidas s. v. προόπτῳ III pag. 191. Hesychius II pag. 1061 προῦπτον· πρόδηλον· φανερόν. coll. II pag. 1037 πρόοπτον· προφανές. Plura Blomfield. in Glossar. ad Aeschyl. S. c. Th. 848. — Ad verbum διαβεβλημένους conf. IV, 46 ibiq. citt.

κρέσσον γάρ, ποιεῦντας κ. τ. λ.] Haec Suidas affert III p. 47 sub voc. παρέχοντας, ad quod participium mente adiici potest ἑωυτόν. Satius est mori, ait, quam ut nosmet prae-

„τελευτῆσαι τὸν αἰῶνα, ἤπερ παρέχοντας διαφθα-6„ρῆναι αἰσχίστῳ μόρῳ. ἀλλὰ μαθέτω τις αὐτῶν ὅτι „ἐόντες βάρβαροι ἐπ' Ἕλλησι ἀνδράσι φόνον ἔῤῥα-

18 „ψαν.“ Ὁ μὲν ὦν ταῦτα παραίνεε. οἱ δὲ ἱππέες, ἐπεί τέ σφεας ἐκυκλώσαντο, ἐπήλαυνον ὡς ἀπολεῦντες, καὶ δὴ διετείνοντο τὰ βέλεα ὡς ἀπήσοντες· καί κου τις καὶ ἀπῆκε. καὶ οἱ ἀντίοι ἕστασαν, πάντη συστρέψαντες ἑωυτοὺς καὶ πυκνώσαντες ὡς μά-2λιστα. ἐνθαῦτα οἱ ἱππόται ὑπέστρεφον, καὶ ἀπήλαυνον ὀπίσω. Οὐκ ἔχω δ' ἀτρεκέως εἰπεῖν, οὔτε εἰ ἦλθον μὲν ἀπολέοντες τοὺς Φωκέας, δεηθέντων Θεσσαλῶν· ἐπεὶ δὲ ὥρων πρὸς ἀλέξησιν τραπομένους, δείσαντες μὴ καὶ σφίσι γένηται τρώματα, οὕτω δὴ ἀπήλαυνον ὀπίσω· (ὥς γάρ σφι ἐνετείλατο Μαρδόνιος·) οὔτ' εἰ αὐτῶν πειρηθῆναι ἠθέλησε εἴ 3τι ἀλκῆς μετέχουσι. Ὡς δὲ ὀπίσω ἀπήλασαν οἱ ἱππόται, πέμψας Μαρδόνιος κήρυκα, ἔλεγε τάδε·

quomodo tractati.

---

beamus ipsos turpissima morte s. fato interimendos. Ad pronomen τις (*unusquisque*) conf. nott. ad VIII, 109; et ad locutionem ἐπ' Ἕλλησι allata ad IV, 154 φόνον ῥάπτειν accipio *caedem machinari*, *struere*, ut alibi δόλον ῥάπδειν. Conf. Stephan. Thes. L. Gr. pag. 8129 B., ubi locutio repetitur ex eo, quod VI, 1 legitur: τοῦτο τὸ ὑπόδημα ἔῤῥαψας κ. τ. λ.

Cap. XVIII.

διετείνοντο τὰ βέλεα] i. e. *suos quique intendebant arcus, tela s. iacula emissuri.* Ubi βέλος de iaculo accipiendum. Plut. Syll. 29 διετείνοντο τὰς λόγχας. — Quod antecedit ἀπολεῦντες, ut in ἀπολέοντες mutem, valde inclinat animus. Hoc enim praebet Florentinus liber, et VIII, 138 omnes libri scripti. Pro ἕστασαν (cuius loco Florentinus ἔστασαν) quatuor codd. ἕστησαν, quod Valckenaerio arridet. At vid. VIII, 137 et cf. Eurip. Orest. 1460.

πάντη συστρέψαντες ἑωυτοὺς] „*Conglobarunt* se Phocenses impetum irruentium excepturi.“ *Wesseling.* citans Diodor. III, 36. 61. Tu vid. nott. ad Herod. VI, 6. Hinc Livius VIII, 11. „*quum se in unum conglobassent.*“ Mox pro εἶπαι e codd. revocavi εἰπεῖν; de quo dixi ad VIII, 65. — Ad verbum πειρηθῆναι conf. citt. ad VIII, 100. Quod sequitur μετέχουσι, reliqui intactum, quamquam duo codd.

„Θαρσέετε, ὦ Φωκέες· ἄνδρες γὰρ ἐφάνητε ἐόντες 1
4 „ἀγαθοὶ, οὐκ ὡς ἐγὼ ἐπυνθανόμην. καὶ νῦν προ-
„θύμως φέρετε τὸν πόλεμον τοῦτον· εὐεργεσίῃσι
„γὰρ οὐ νικήσετε οὔτε ὦν ἐμὲ, οὔτε βασιλέα.“ Τὰ
περὶ Φωκέων μὲν ἐς τοσοῦτο ἐγένετο.

19 Graeci ad Eleusinem undique collecti, inde in Boeotiam movent: ubi propter Erythras exadversus barbaros castra metantur.

Λακεδαιμόνιοι δὲ, ὡς ἐς τὸν Ἰσθμὸν ἦλθον,
ἐν τούτῳ ἐστρατοπεδεύοντο. πυνθανόμενοι δὲ ταῦ-
τα οἱ λοιποὶ Πελοποννήσιοι τοῖσι τὰ ἀμείνω ἑάν-
δανε, οἱ δὲ καὶ ὁρέοντες ἐξιόντας Σπαρτιήτας, οὐκ
2 ἐδικαίευν λείπεσθαι τῆς ἐξόδου Λακεδαιμονίων. Ἐκ
δὴ ὦν τοῦ Ἰσθμοῦ, καλλιερησάντων τῶν ἱρῶν, ἐπο-
3 ρεύοντο πάντες, καὶ ἀπικνέονται ἐς Ἐλευσῖνα. ποιή-
σαντες δὲ καὶ ἐνθαῦτα ἱρὰ, ὥς σφι ἐκαλλιερέετο,
πρόσω ἐπορεύοντο· Ἀθηναῖοι δὲ ἅμα αὐτοῖσι, δια-
βάντες μὲν ἐκ Σαλαμῖνος, συμμιγέντες δὲ ἐν Ἐλευ-
4 σῖνι. Ὡς δὲ ἄρα ἀπίκοντο τῆς Βοιωτίης ἐς Ἐρυ-

ἔχουσι, quod Valckenaerio probari video.

προθύμως φέρετε] i. e. *sedulo, gnaviter sustinete hocce bellum*, ut IX, 40. Quae continuo sequuntur verba: εὐεργεσίῃσι γὰρ οὐ νικήσετε οὔτε ὦν ἐμὲ οὔτε βασιλέα eo pertinent, quod in maximis habebatur regum Persarum officiis beneficia accepta remunerari. De quo vid. Herod. III, 140. 160. V, 11. VI, 30. VII, 194. Vim voculae ὦν, quae negationis vim auget, notavit Wentzel De praepos. tmesi ap. Herod. pag. 30, ubi etiam citat I, 46. VII, 140.

Cap. XIX.

οὐκ ἐδικαίευν] De hoc verbo vid. nott. ad VIII, 126; de verbo καλλιερεῖν dixi ad VII, 134. Unde satis perspicitur, male h. l. corrigi ἱρέων pro ἱρῶν, ut *sacerdotes* intelligantur, non *victimae*, quibus solis hic est locus. Haud aliter mox dixit ἱρὰ s. ἱερὰ ποιεῖν *sacra facere*, *sacrificare*: de quo vid. nott. ad VI, 57 et Lambert. Bos. Ellips. L. Gr. pag. 200. Quod vero Bekkerus dedit, ὥς σφι ἐκαλλίρεε, τὸ πρόσω ἐπορεύοντο, id e Süvernii fluxit coniectura; nec vero scripti libri addicunt.

Ὡς δὲ ἄρα ἀπίκοντο — ἐς Ἐρυθρὰς] Pro ὡς δὲ cum in Saucrofti codice exstet ἐκ δὲ, Schweighaeuserus suspicatur scriptum fuisse ἐπεὶ, conferens IX, 17, ubi similis librorum scriptorum confusio. De *Erythris* dixi ad IX, 17. „Huc (ait *Valcken.*) antequam cum caeteris Graecis venirent Athe-

θρὰς, ἔμαθόν τε δὴ τοὺς βαρβάρους ἐπὶ τῷ Ἀσωπῷ στρατοπεδευομένους, φρασθέντες δὲ τοῦτο, ἀντετάσσοντο ἐπὶ τῆς ὑπωρείης τοῦ Κιθαιρῶνος.
20 Μαρδόνιος δὲ, ὡς οὐ κατέβαινον οἱ Ἕλληνες ἐς τὸ πεδίον, πέμπει ἐς αὐτοὺς πᾶσαν τὴν ἵππον, τῆς ἱππάρχεε Μασίστιος, εὐδοκιμέων παρὰ Πέρσῃσι, (τὸν Ἕλληνες Μακίστιον καλέουσι,) ἵππον ἔχων Νισαῖον, χρυσοχάλινόν τε καὶ ἄλλως κεκοσμημένον καλῶς. ἐνθαῦτα ὡς προσήλασαν οἱ ἱππόται πρὸς τοὺς Ἕλληνας, προσέβαλλον κατὰ τέλεα· προσβάλλοντες δὲ, κακὰ μεγάλα ἐργάζοντο, καὶ γυναῖκάς σφεας ἀπεκά-

Pugna Persarum equestris in Graecos.

---

nienses, in Isthmo iusiurandum iurasse perhibentur libertatis defensores, cuius formulam exhibet Diodor. Sicul. XI, 29. Sed ab Atheniensibus illam fuisse confictam, non immerito credidisse videtur Theopompus; vid. Wesseling. ad Diodor. l. l. et nott. ad Herodot. V, 102." Theopompo opponas licet Lycurg. contr. Leocrat. p. 158 [p. 193 seq. R.] de hoc iuramento paulo aliter referentem.

φρασθέντες δὲ τοῦτο] δὲ pro τε (quod post Schaeferum retinuit Bekker.) e Florentino et Sancrofti libro dedi cum reliquis. De voce ὑπώρεια conf. nott. ad I, 110. IX, 25. 56. Minus recte de *montis lateribus* (La pente), non de *montis radice* voculam intelligi vult Gail. Le philolog. IV pag. 281 seq. coll. V pag. 227. Nam in ipsis Cithaeronis declivitatibus Graecos castra posuisse apparet, teste quoque Plutarch. in Aristid. 14, ubi scribit Graecos, exceptis Megarensibus, qui consederant in locis magis planis, consedisse ὑπὸ τὸν πρόποδα τοῦ Κιθαιρῶνος, ἐν χωρίοις ὀχυροῖς καὶ πετρώδεσι: quibuscum etiam confer sis Diodor. XI, 30.

Cap. XX.

Μασίστιος] „Memorant hominem Pausanias, Plutarchus, alii, Μασίστιον adpellantes, Tzetzes quoque Chiliad. I, 993 turpiter tamen eundem ac Xerxis fratrem Masistam, quo de cap. 110 [109. VII, 82], arbitratus." *Wesseling.* — Tu conf. de nomine ipso nott. ad IX, 107 et de toto loci argumento inprimis Plutarch. Aristid. cp. 13. pag. 326 C. De equis *Nisaeis* diximus ad VII, 40. Ad locutionem κατὰ τέλεα (i. e. *turmatim*, secundum singulos ordines dispositi) conf. VII, 81. 87. Mox recepi προσβάλλοντες pro προσβαλόντες, quod cum Schaefero tenet Bekker.

21 λεον. Κατὰ συντυχίην δὲ Μεγαρέες ἔτυχον ταχθέντες ᾗ τὸ ἐπιμαχώτατον ἦν τοῦ χωρίου παντός· καὶ 2 πρόσοδος μάλιστα ταύτῃ ἐγίνετο τῇ ἵππῳ. προσβαλλούσης ὦν τῆς ἵππου, οἱ Μεγαρέες πιεζόμενοι ἔπεμπον ἐπὶ τοὺς στρατηγοὺς τῶν Ἑλλήνων κήρυ- 3 κα. ἀπικόμενος δὲ ὁ κήρυξ πρὸς αὐτοὺς ἔλεγε τάδε· „Μεγαρέες λέγουσι, Ἡμεῖς, ἄνδρες σύμμαχοι, οὐ „δυνατοί εἰμεν τὴν Περσέων ἵππον δέκεσθαι μοῦ„νοι, ἔχοντες στάσιν ταύτην ἐς τὴν ἔστημεν ἀρχήν. 4 „ἀλλὰ καὶ ἐς τόδε λιπαρίῃ τε καὶ ἀρετῇ ἀντέχομεν, „καί περ πιεζεύμενοι. νῦν τε, εἰ μή τινας ἄλλους „πέμψετε διαδόχους τῆς τάξιος, ἴστε ἡμέας ἐκλεί„ψοντας τὴν τάξιν.“ ὁ μὲν δή σφι ταῦτα ἀπήγ- 5 γειλε. Παυσανίης δὲ ἀπεπειρᾶτο τῶν Ἑλλήνων, εἴ τινες ἐθέλοιεν ἄλλοι ἐθελονταὶ ἰέναι τε ἐς τὸν 701 6 χῶρον τοῦτον, καὶ τάσσεσθαι διάδοχοι Μεγαρεῦσι. οὐ βουλομένων δὲ τῶν ἄλλων, Ἀθηναῖοι ὑπεδέξαντο, καὶ Ἀθηναίων οἱ τριηκόσιοι λογάδες, τῶν ἐλόχηγεε Ὀλυμπιόδωρος ὁ Λάμπωνος.

22 Οὗτοι ἦσαν οἵ τε ὑποδεξάμενοι, καὶ οἱ πρὸ τῶν ἄλλων τῶν πα-

Cadit Masistius, magister equitatus Persici.

Cap. XXI.

ᾗ τὸ ἐπιμαχώτατον ἦν κ. τ. λ.] Sensum loci hunc esse puto: *forte autem accidit*, ut, *qui maxime hostibus erat expositus locus* (maxime scil. aptus equitum incursionibus), *eo collocati essent.* De voce ἐπίμαχος conf. I, 84. VI, 133. — In seqq. ad ταύτῃ conf. Matth. Gr. Gr. §. 472, 3 pag. 881. Paulo inferius omnes codd. dant πιεζόμενοι, tum vero duo πιεζεύμενοι, quod vulgo receptum est. Vid. allata ad VIII, 141.

ἔχοντες στάσιν] Quod proxime antecedit μοῦνοι, diligenter seiungendum, cum ad praegressum δέκεσθαι pertineat. *Se enim solos Persarum equitum impetum sustinere posse* negant Megarenses. Quam h. l. στάσιν dicit *stationem* scil. quam in acie tenere iussi erant, mox vocat τὴν τάξιν (quod idem libris iubentibus repositum IX, 26. 48) et τὸν χῶρον τοῦτον. — Voces λιπαρίῃ τε καὶ ἀρετῇ (*perseverantia et virtute*) eodem pacto iunctae leguntur IX, 70. Ad verbum ἀπεπειρᾶτο conf. IX, 18.

Cap. XXII.

Οὗτοι ἦσαν οἵ τε ὑποδεξάμενοι] Haec quoque talia sunt, quae a scriptore Atheniensibus benevolo istorum ipsorum

ρεόντων Ἑλλήνων ἐς Ἐρυθρὰς ταχθέντες, τοὺς το-
2 ξότας προσελόμενοι. μαχομένων δέ σφεων ἐπὶ χρό-
νον, τέλος τοιόνδε ἐγένετο τῆς μάχης. Προσβαλ-
λούσης τῆς ἵππου κατὰ τέλεα, ὁ Μασιστίου προέχων
τῶν ἄλλων ἵππος βάλλεται τοξεύματι τὰ πλευρά· ἀλ-
γήσας δὲ, ἵσταταί τε ὀρθὸς, καὶ ἀποσείεται τὸν
3 Μασίστιον. πεσόντι δὲ αὐτῷ οἱ Ἀθηναῖοι αὐτίκα
ἐπεκέατο· τόν τε δὴ ἵππον αὐτοῦ λαμβάνουσι, καὶ
αὐτὸν ἀμυνόμενον κτείνουσι, κατ' ἀρχὰς οὐ δυνά-
4 μενοι. ἐνεσκεύαστο γὰρ οὕτω· ἐντὸς θώρηκα εἶχε
χρύσεον λεπιδωτόν· κατύπερθε δὲ τοῦ θώρηκος κι-
θῶνα φοινίκεον ἐνδεδύκεε. τύπτοντες δὲ ἐς τὸν
θώρηκα, ἐποίευν οὐδέν· πρίν γε δὴ μαθών τις τὸ
5 ποιεύμενον, παίει μιν ἐς τὸν ὀφθαλμόν. οὕτω δὴ

---

in gratiam dicta videri possint. De quo vid. nott. ad VIII, 139. — Ad ipsum argumentum conferatur Plutarch. Aristid. 14.

τοὺς τοξότας προσελόμενοι] i. e. *assumtis sagittariis*, qui scil. in Persarum equites iacula eminus mitterent. Trecenti enim illi Athenienses gravem armaturam cum haberent, minus erant apti ad impetum eminus arcendum. — ἐπὶ χρόνον valet *aliquamdiu*, ut IX, 70 χρόνον ἐπὶ πολλόν. Add. VIII, 129. IX, 62. 67. 119 ne plura, et conf. Fischer. ad Weller. III p. 244 a. p. 385.

Προσβαλλούσης τῆς ἵππου] Ita e Florentino et Sancrofti libro dedi pro vulg. προσβαλούσης, quum, notante Matthiae, sensus sit: „*quum equitatus identidem irrueret* (προσέβαλλε) non, *quum irruisset*. — Quae sequuntur: προέχων τῶν ἄλλων (i. e. *prae aliis longius provectus*) iam attigi ad IV, 120. Bene Negris participium προέχων exponit προελαύνων· ὑπάγων πρὸ τῶν ἄλλων.

ἵσταταί τε ὀρθὸς καὶ ἀποσείεται τὸν Μασίστιον] Eadem locutio VII, 88, ubi vid. nott. Verbum ἀποσείεσθαι in talibus proprie adhiberi a Xenophonte [cuius vid. Cyropaed. VII, 1, 18.] et Clement. Alexandrino observat Valckenaer. citans praeterea Platon. Gorg. p. 484 A, ubi respici volunt Iliad. VI, 507. Ad verbum ἐπικεῖσθαι in seqq. cf. VI, 49. VIII, 84 et ad κατ' ἀρχὰς nott. ad VIII, 88. — Ad verba θώρηκα λεπιδωτὸν vid. nott. ad VII, 61 et cf. Mongez. in Mémoir. de l' Institut. T. IV pag. 49.

ἐς τὸν ὀφθαλμόν] Plutarchus, observante Wesselingio, Arist. 14 pag. 327 B. τοῦτον μὲν ᾗ τὸ κράνος ὑπέφαινε ἀκοντίου στύρακι παίων τις ἀ-

ἔπεσέ τε καὶ ἀπέθανε. Ταῦτα δέ κως γινόμενα ἐλε-
λήθεε τοὺς ἄλλους ἱππέας· οὔτε γὰρ πεσόντα μιν
εἶδον ἀπὸ τοῦ ἵππου, οὔτε ἀποθνήσκοντα· ἀναχω-
ρήσιός τε γινομένης καὶ ὑποστροφῆς, οὐκ ἔμαθον
6 τὸ γενόμενον. ἐπεί τε δὲ ἔστησαν, αὐτίκα ἐπόθε-
7 σαν, ὥς σφεας οὐδεὶς ἦν ὁ τάσσων. μαθόντες δὲ
τὸ γεγονὸς, διακελευσάμενοι ἤλαυνον τοὺς ἵππους
23 πάντες, ὡς ἂν τόν γε νεκρὸν ἀνελοίατο. Ἰδόντες
δὲ οἱ Ἀθηναῖοι οὐκέτι κατὰ τέλεα προσελαύνοντας
τοὺς ἱππέας, ἀλλ' ἅμα πάντας, τὴν ἄλλην στρα-
2 τιὴν ἐπεβώσαντο. ἐν ᾧ δὲ ὁ πεζὸς ἅπας ἐβώθεε, ἐν
3 τούτῳ μάχη ὀξεῖα περὶ τοῦ νεκροῦ γίνεται. ἕως 702
μέν νυν μοῦνοι ἦσαν οἱ τριηκόσιοι, ἑσσοῦντό τε
πολλὸν, καὶ τὸν νεκρὸν ἀπέλειπον· ὡς δέ σφι τὸ
πλῆθος ἐπεβοήθησαν, οὕτω δὴ οὐκέτι οἱ ἱππόται
ὑπέμενον, οὐδέ σφι ἐξεγένετο τὸν νεκρὸν ἀνελέσθαι,
ἀλλὰ πρὸς ἐκείνῳ ἄλλους προσαπόλεσαν τῶν ἱππέων.
4 ἀποστήσαντες ὦν ὅσον τε δύο στάδια, ἐβουλεύοντο

Acerrimum super eius cadavere proelium. Barbari tandem cum magna strage fusi.

νεῖλεν. In seqq. omnes libri ἐπόθεσαν (*absentis desiderio tacti sunt*), quamquam III, 36 ἐπόθησε. Sed illud satis tuetur Homeri aliorumque scriptorum usus. Tu vid. Matth. Gr. Gr. §. 179 p. 321. Buttmann. Gr. Gr. I pag. 398 ibique laud. Fischer. ad Weller. II p. 324, qui affert Eustath. ad Odyss. II pag. 375 s. 102 Basil. Cr. addit Heindorf. ad Platon. Phaedon. pag. 180 seq. Idem Matthiae §. 520 not. 2 pag. 1003 ad verba ὡς ἂν — ἀνελοίατο conferendus. De verbo ἀναιρεῖσθαι afferemus quaedam ad IX, 27.

Cap. XXIII.

ἐπεβώσαντο] i. e. *sibi auxilio advocarunt.* Vid. nott. ad I, 11 et ad proximum ἐβώθεε, cuius loco Florentinus liber cum aliis ἐπεβοήθεε, nott. ad VIII, 1. Sic paulo infra ἐπεβοήθησαν e Sancrofti libro bene repositum a Schaefero pro vulg. ἐπεβοήθησε. — Pro vulg. ἀπέλιπον, quod post Schaeferum dedit quoque Bekkerus, equidem cum reliquis e Florentino aliisque recepi ἀπέλειπον. — Ad verbum ἐξεγένετο conf. nott. ad III, 142.

ἀποστήσαντες] i. e. *quum duo ferme stadia regressi essent.* Cum aoristi primi activa plerumque sit notio, Reiskius scribi mavult ἀποστάντες aut ἀπονοστήσαντες; Wesselingio et Abreschio ad ἀποστήσαντες

ὅ τι χρεὸν εἴη ποιέειν· ἐδόκεε δέ σφι, ἀναρχίης ἐούσης, ἀπελαύνειν παρὰ Μαρδόνιον.

24 Ἀπικομένης δὲ τῆς ἵππου ἐς τὸ στρατόπεδον, πένθος ἐποιήσαντο Μασιστίου πᾶσά τε ἡ στρατιὴ καὶ Μαρδόνιος μέγιστον, σφέας τε αὐτοὺς κείροντες, καὶ τοὺς ἵππους καὶ τὰ ὑποζύγια, οἰμωγῇ τε χρεώμενοι ἀπλέτῳ· ἅπασαν γὰρ τὴν Βοιωτίην κατεῖχε ἠχώ· ὡς ἀνδρὸς ἀπολομένου μετά γε Μαρδόνιον λογιμωτάτου [2]παρά τε Πέρσῃσι καὶ βασιλέϊ. οἱ μέν νυν βάρβαροι τρόπῳ τῷ σφετέρῳ ἀποθανόντα ἐτίμων Μασίστιον.

Publicus Persarum ob Masistium occisum luctus.

25 Οἱ δὲ Ἕλληνες, ὡς τὴν ἵππον ἐδέξαντο προσβάλλουσαν, καὶ δεξάμενοι ὤσαντο, ἐθάρσησάν τε πολλῷ μᾶλλον, καὶ πρῶτα μὲν ἐς ἅμαξαν ἐσθέντες τὸν νεκρὸν, παρὰ τὰς τάξις ἐκόμιζον· ὁ δὲ νεκρὸς

Sic confirmatis Graecorum animis, in agrum Plataeensem, quod Erythraeus ad rem gerendam parum commo-

---

supplere placet ἑωυτοὺς (ut sane idem sit atque ἀποστάντες), assentiente Schweighaeusero, qui antea supplere τοὺς ἵππους maluerat. Hoeger. in Actt. phill. Monacc. III, 4 pag. 526, coniicit ὑποστρέψαντες. Equidem malui a librorum scriptorum auctoritate stare quam coniecturas incertas in textum recipere. Et vid. quoque Matth. Gr. Gr. §. 496, 1 pag. 933. Similis apud Pausaniam confusio III, 11 §. 6, ubi tamen Siebelis (pag. 31) revocavit ἀποστάντες.

Cap. XXIV.

κείροντες] i. e. *caput tondentes*: quod luctus erat indicium, ut II, 36. Attigit Herodotea Eustath. ad Il. XXIII p. 1402, 24. Ad verba sequentia: *οἰμωγῇ τε χρεώμενοι ἀπλέτῳ* conf. V, 99. VII, 211. Et luctum illum iisdem fere verbis atque Herodotus enarrat Plutarch. Aristid. 14 fin. De barbarorum luctu Wesseling. conferri voluerat Brisson. De reg. Perss. princip. II, 206. Perizon. ad Aelian. V. H. VII, 8. Morem autem illum equis capillos abradendi apud Graecos quoque antiquissimo reperiri aevo observat Larcher. ex Euripid. Alcest. 429 et Plut. Pelopid. 34 init. p. 296 C. F.

Cap. XXV.

ἐθάρσησαν] Ita unus codex pro vulg. *ἐθάῤῥησαν*. Vid. Koen. ad Gregor. Corinth. De dialect. Attic. §. 82 pag. 153. Voculam δὲ, in duobus codd. omissam Schaeferus, et Bekkerus neglexerunt.

ὁ δὲ νεκρὸς ἦν κ. τ. λ.] Citat Eustath. ad Homer. Il. p. 626, 52 s. 481, 5, ubi recte

dus videretur, transire placet. Fons Gargaphius. Androcrates heros

2ἦν θέης ἄξιος, μεγάθεος εἵνεκα καὶ κάλλεος. τῶν
δὲ εἵνεκα καὶ ταῦτα ἐποίευν· ἐκλείποντες τὰς τάξις,
3ἐφοίτεον θεησόμενοι Μασίστιον. Μετὰ δὲ, ἔδοξέ 95
σφι ἐπικαταβῆναι ἐς Πλαταιάς· ὁ γὰρ χῶρος ἐφαί-
νετο πολλῷ ἐὼν ἐπιτηδεώτερός σφι ἐνστρατοπεδεύε-
σθαι ὁ Πλαταιϊκὸς τοῦ Ἐρυθραίου, τά τε ἄλλα, καὶ
4εὐϋδρότερος. ἐς τοῦτον δὴ τὸν χῶρον, καὶ ἐπὶ τὴν
κρήνην τὴν Γαργαφίην, τὴν ἐν τῷ χώρῳ τούτῳ
ἐοῦσαν, ἔδοξέ σφι χρεὸν εἶναι ἀπικέσθαι, καὶ δια-
5ταχθέντας στρατοπεδεύεσθαι. Ἀναλαβόντες δὲ τὰ 1

---

dat ἦν, quod etiam nunc e melioribus Herodoti libris revocatum esse video. Schaeferus tenuit ἔην. — Ad voces μέγαθος et κάλλος plerumque iunctas conf. nott. ad V, 12.

τῶν δὲ εἵνεκα καὶ ταῦτα ἐποίευν] „τῶν δὲ id est μεγάθεος εἵνεκα καὶ κάλλεος: ταῦτα ἐποίεον, nempe τὸν νεκρὸν παρὰ τὰς τάξις ἐκόμιζον. In Homeri Il. XXII, 369 Hectoris cadaver περίδραμον υἷες Ἀχαιῶν, οἳ καὶ θηήσαντο φυὴν καὶ εἶδος ἀγητὸν Ἕκτορος.“ *Valcken.* *Ideo vero* (i. e. ob pulcritudinem corporis et magnitudinem) *haec faciebant* (ut scil. cadaver ducerent, praeter aciem ac singulos ordines) *cunctique relictis stationibus accedebant intuituri Masistium.* Ubi quae ante ἐφοίτεον olim inserta erat vocula καὶ, ea nunc eiecta est, melioribus codd. ita iubentibus.

ὁ γὰρ χῶρος κ. τ. λ.] De structura loci conf. Matth. Gr. Gr. §. 615 p. 1243. Ad seqq. ἐπιτηδεώτερός σφι ἐνστρατοπεδεύεσθαι vid. nott. ad IX, 2. 7 et ob usum locutionis τά τε ἄλλα Hermann. ad Viger. pag. 722, ubi nostrum locum ita latine reddit: „*regio Plataeensis quum aliis rebus aptior videbatur ad castrametandum Erythraeo, tum aquâ abundantior.*“

ἐπὶ τὴν κρήνην τὴν Γαργαφίην] Fons iste, cuius mentio quoque IX, 49. 50 occasum versus ab Erythris prosiliebat; unde aqua Plataeam versus fuit deducta teste Pausan. IX, 4 §. 3, ubi vid. Siebelis. Nunc eum vocari dicunt *Vergentiari*, duobus vicis Gondara et Velia aquas praebentem. Vid. C. O. Müller. Orchomen. p. 489 coll. Gail. Le philol. V p. 309 seq. Qui fons num idem sit atque ille, quem Clarke (Travels II, 3 pag. 83) pro Gargaphio fonte habet, haud dignoscam; statuit nimirum eam aquam, quae e fonte prosiliat dimidia ferme horâ remoto a vico Platana, si quis inde pugnae campum petat, ad hunc

ὅπλα, ἤϊσαν διὰ τῆς ὑπωρείης τοῦ Κιθαιρῶνος παρὰ Ὑσιὰς ἐς τὴν Πλαταιΐδα γῆν· ἀπικόμενοι δὲ, ἐτάσσοντο κατὰ ἔθνεα πλησίον τῆς τε κρήνης τῆς Γαργαφίης καὶ τοῦ τεμένεος τοῦ Ἀνδροκράτεος τοῦ ἥρωος, διὰ ὄχθων τε οὐκ ὑψηλῶν καὶ ἀπέδου χω-
26 ρίον. Ἐνθαῦτα ἐν τῇ διατάξι ἐγένετο λόγων πολ- Contentio inter Tegeatas et A-
2 λὸς ὠθισμὸς Τεγεητέων τε καὶ Ἀθηναίων. ἐδικαί- 703 thenienses de lo-

---

fontem Gargaphiae spectare videri.

παρὰ Ὑσιὰς] i. e. *praeter Hysias*, ut V, 74. VI, 108. De ipsa urbe dixi ad IX, 15. Quae continuo sequuntur ἐς τὴν Πλαταιΐδα γῆν (i. e. *in agrum Plataeensem*) Gail Le philol. IV p. 284 ob sequens ἀπικόμενοι intelligi vult: *marchant vers le territoire de Platée*, quemadmodum paulo ante ἐπικαταβῆναι ἐς Πλαταιάς *descendre vers Platée.* Equidem cur a vulgata interpretatione recedam, haud intelligo.

τοῦ τεμένεος τοῦ Ἀνδροκράτεος τοῦ ἥρωος] Androcratis fanum propius abest ab ipsa Plataeensium urbe, haud multum a Cereris templo situm loco minus apto tam peditibus quam equitibus. Vid. Gail l. l. V p. 300—306 Kruse Hell. II, 1 p. 596 et tabulam adiectam, quae totius regionis accuratam continet delineationem. De ipso heroe antiquo conf. Wasse ad Thucydid. III, 24 et potissimum Plutarch. Aristid. 11 pag. 325. — Ad voces διὰ ὄχθων (*per colles*) conf. IX, 56. 59 et allata ad IV, 201. Pro χωρίον tres codd. χῶρον. Atque alibi quoque χωρίον de loco spatioso adhiberi, ut II, 29 observat Schweighaeuserus.

Cap. XXVI.

λόγων πολλὸς ὠθισμὸς] Vid. nott. ad VII, 225. Quod olim legebatur πολλῶν in Florent. quoque libro conspicuum, dudum correxit Wesseling. Diss. Herod. XI pag. 205 reponens πολλὸς, ut VIII, 78 et recte interpretans: *vehemens verborum altercatio.* Ad verbum ἐδικαίευν conf. nott. ad VIII, 126 et ad pronomina αὐτοὶ (ubi olim male αὐτέων) ἑκάτεροι Matth. Gr. Gr. §. 468 fin. p. 869. Conferunt III, 82, ubi αὐτὸς ἕκαστος et V, 13 αὐτὰ ἕκαστα. Quod vero Valcken. τὸ ἕτερον κέρας per euphemismum dici putat *sinistrum cornu*, ob Plutarch. Aristid. 12, ubi de eadem disceptatione inter Athenienses et Tegeatas refertur, merito obloquitur Schweighaeuser, quum ἕτερον κέρας utrumlibet intelligatur cornu sive sinistrum sive dextrum. Ad proximum τοῦτο μὲν non sequitur τοῦτο δὲ, sed eius loco cap. 27 initio legitur: Ἀθη-

co honorario in acie obtinendo. Quibus utrique argumentis ad eum sibi vindicandum usi.

ευν γὰρ αὐτοὶ ἑκάτεροι ἔχειν τὸ ἕτερον κέρας, καὶ
3 καινὰ καὶ παλαιὰ παραφέροντες ἔργα. τοῦτο μὲν,
οἱ Τεγεῆται ἔλεγον τάδε· „Ἡμεῖς αἰεί κοτε ἀξιεύμεθα
„ταύτης τῆς τάξιος ἐκ τῶν συμμάχων ἁπάντων, ὅσαι
„ἤδη ἔξοδοι κοιναὶ ἐγένοντο Πελοποννησίοισι καὶ τὸ
„παλαιὸν, καὶ τὸ νέον, ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου ἐπεί τε
„Ἡρακλεῖδαι ἐπειρῶντο μετὰ τὸν Εὐρυσθέος θάνα-
4 „τον κατιόντες ἐς Πελοπόννησον. τότε εὑρόμεθα
„τοῦτο, διὰ πρῆγμα τοιόνδε. Ἐπεὶ μετὰ Ἀχαιῶν
„καὶ Ἰώνων τῶν τότε ἐόντων ἐν Πελοποννήσῳ, ἐκ-
„βοηθήσαντες ἐς τὸν Ἰσθμὸν, ἱζόμεθα ἀντίοι τοῖσι
„κατιοῦσι· τότε ὦν λόγος Ὕλλον ἀγορεύσασθαι, ὡς
„χρεὸν εἴη τὸν μὲν στρατὸν τῷ στρατῷ μὴ ἀνακιν-

ναῖοι δὲ πρὸς ταῦτα ὑπεκρίναντο τάδε.

ἀξιεύμεθα ταύτης τῆς τάξιος] „Sic Tegeatae postea *ἀξιονικότεροί εἰμεν Ἀθηναίων ταύτην τὴν τάξιν ἔχειν*: et Athenienses cap. 27 *ἆρ' οὐ δίκαιοί εἰμεν ἔχειν ταύτην τὴν τάξιν*. Hinc in Plutarchi Aristid. 12 pag. 326 A. *Ἀθηναῖοι Τεγεάταις περὶ τάξεως ἐρίσαντες*. Lis erat non adeo de loco, quem obtinerent, sed *utri cornu alterum in hostem ducerent.*" *Wesseling.* Pro *τῆς τάξιος* una Aldina *τῆς στάσιος*. Vid. IX, 21. — In seqq. *ὅσαι ἤδη ἔξοδοι* breviter dictum pro *ἐν ταῖς κοιναῖς ἐξόδοις, ὅσαι* statuit Matth. Gr. Gr. §. 474 E. pag. 888. — Pro *τὸ παλαιὸν* duo codd. *τὸ πάλαι*, ut IV, 180. VII, 142. IX, 72. Sed *τὸ παλαιὸν* invenitur quoque VII, 129, idque huic loco eo magis aptum, ubi sequitur *τὸ νέον*. *Cr.* addit Heindorf. ad Platon. Euthydem. §. 40 pag. 355.

ἐπειρῶντο — κατιόντες] Eadem structura IX, 53, ubi vid. Ad argumentum loci cf. Diodor. IV, 57. 58. Ad verba *μετὰ Ἀχαιῶν καὶ Ἰώνων* vid. nott. ad I, 146, et ad locutionem *ἱζόμενοι ἀντίοι* Herod. V, 18. IX, 18. Quae sequuntur verba: *τότε ὦν λόγος Ὕλλον ἀγορεύσασθαι* reddenda videntur: *fama est Hyllum edixisse*, vel etiam, quod eodem fere redit, *edicendum curasse.* Quo eodem sensu activum *προηγόρευε* IX, 98. VII, 10 §. 4 coll. IX, 92 et VIII, 5, ubi *ἠγόρευε* et potissimum VI, 97. Hinc Grashof (Zeitschrift f. Alterthumswissensch. 1834 nr. 3 p. 248) coniicit pro *ἀγορεύσασθαι* refingendum esse *ἀγορήσασθαι*, ea notione [*concionandi, publice s. pro concione dicendi*] quâ VI, 11 verbum *ἠγορόωντο*. Mihi vix opus vide-

„δυνεύειν συμβάλλοντα· ἐκ δὲ τοῦ Πελοποννησίου „στρατοπέδου, τὸν ἂν σφέων αὐτῶν κρίνωσι εἶναι „ἄριστον, τοῦτόν οἱ μουνομαχῆσαι ἐπὶ διακειμέ-
5 „νοισι. ἔδοξέ τε τοῖσι Πελοποννησίοισι ταῦτα εἶναι „ποιητέα, καὶ ἔταμον ὅρκια ἐπὶ λόγῳ τοιῷδε· ἢν „μὲν Ὕλλος νικήσῃ τὸν Πελοποννησίων ἡγεμόνα, „κατιέναι Ἡρακλείδας ἐπὶ τὰ πατρώϊα· ἢν δὲ νικη„θῇ, τὰ ἔμπαλιν Ἡρακλείδας ἀπαλλάσσεσθαι, καὶ „ἀπάγειν τὴν στρατιὴν, ἑκατόν τε ἐτέων μὴ ζητῆ-
6 „σαι κάτοδον ἐς Πελοπόννησον. προεκρίθη τε δὴ ἐκ „πάντων συμμάχων ἐθελοντὴς Ἔχεμος, ὁ Ἠερόπου,

---

tur tali mutatione, libris scriptis praesertim invitis. De vocula ὦν monuit Matth. Gr. Gr. §. 625 p. 1273.

ἐπὶ διακειμένοισι] i. e. *certis quibusdam propositis legibus s. conditionibus*, de quibus inter utrosque convenerat. Citat Herodotea Eustath. ad Il. p. 233, 33 s. 177, 5. Haud aliter Plutarch. Thes. 17 ἐπὶ τοῖς ὁρισθεῖσιν. Mor. II p. 808 A. ἐπὶ πᾶσι δικαίοις. Ad argumentum loci sic *Valcken.* „Quae de Hyllo narrantur Heraclida certis sub conditionibus ad singulare certamen Peloponnesiorum praestantissimum provocante, comparari poterunt cum Diodor. Sic. IV, 58. Sed iuxta Diodorum, Hyllo cadente, intra annos quinquaginta non reverterentur in Peloponnesum Heraclidae: verius ille scripsisset cum Herodoto ἐντὸς ἐτῶν ἑκατὸν, iudice viro summo ad Diodor. Conf. Meurs. De regn. Laced. cap. 7.“ Quibus addam, quae *Wesselingius* ad illum Diodori locum adscripsit: „Frequentis olim usus inter dissidentes reges singularia erant certamina, longe profecto honestiora et magis e re civium, quam quae vulgo levi saepe ex causa inter privatos sumuntur. Exempla principum, ut popularium sanguini parceretur, inter se congredientium non addo: sunt enim in his libris haud rara et ab incomparabili Is. Casaubon. ad Athen. IV, 13 diligenter collecta.“ — Ad verba ἔταμον ὅρκια conf. IV, 70. VII, 132.

ἑκατόν τε ἐτέων] i. e. *intra centum annos.* Nec aliter simplex genitivus II, 115. VI, 58. In annorum centum numero congruit cum Herodoto Schol. Thucyd. I, 12; qui hac de re egerint, plures laudat Wesseling. ad Diodor. l. l.

Ἔχεμος ὁ Ἠερόπου τοῦ Φηγέος] Omnes libri scripti Φηγέος, quod inde retinendum duxi. Nam e Pausania VIII, 4 §. 7, ubi ille vocatur Κηφεὺς, apud Herodotum corrigere volunt Κηφέος, suadente quoque

„τοῦ Φηγέος, στρατηγός τε ἐὼν καὶ βασιλεὺς ἡμέ-
„τερος, καὶ ἐμουνομάχησέ τε καὶ ἀπέκτεινε Ὕλλον.
7 „Ἐκ τούτου τοῦ ἔργου εὑρόμεθα ἐν τοῖσι Πελοπον-
„νησίοισι τοῖσι τότε καὶ ἄλλα γέρεα μεγάλα, τὰ δια-
„τελέομεν ἔχοντες, καὶ τοῦ κέρεος τοῦ ἑτέρου αἰεὶ
8 ἡγεμονεύειν, κοινῆς ἐξόδου γινομένης. Ὑμῖν μὲν
„νυν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, οὐκ ἀντιεύμεθα· ἀλλὰ, δι-
„δόντες αἵρεσιν ὁκοτέρου βούλεσθε κέρεος ἄρχειν,
„παρίεμεν· τοῦ δὲ ἑτέρου φαμὲν ἡμέας ἱκνέεσθαι
9 „ἡγεμονεύειν, κατά περ ἐν τῷ πρόσθε χρόνῳ. Χω-
„ρίς τε τούτου τοῦ ἀπηγημένου ἔργου, ἀξιονικώτε-
„ροί εἰμεν Ἀθηναίων ταύτην τὴν τάξιν ἔχειν. πολ-
„λοὶ μὲν γάρ τε καὶ εὖ ἔχοντες πρὸς ὑμέας ἡμῖν,
„ἄνδρες Σπαρτιῆται, ἀγῶνες ἀγωνίδαται, πολλοὶ δὲ

Siebelis (qui hunc *Echemum* luctae praemium tulisse in Olympico certamine observat e Pindar. Ol. X, 79 seqq.) et Larchero, qui hoc de Cepheo praeter Pausaniae l. l. excitat Apollodor. I, 8 §. 2 pag. 30 et §. 16 pag. 49. Hinc Negris recepit *Κηφέος*.

φαμὲν ἡμέας ἱκνέεσθαι ἡγεμονεύειν] Borheck., praeeunte Koen. ad Gregor. Cor. De dial. Ion. §. 56 et Larchero, rescribi vult *ἐς ἡμέας*: quibus Schweigh. recte opponit ipsum Herodotum III, 36, quamquam praepositio et ipsa reperitur addita VI, 57. Nam haec fere loci sententia: „*ad nos pertinere dicimus imperium s. ductum alterius cornu*“: quod convenit cum iis, quae continuo subiiciuntur: *ἡμέας δίκαιον ἔχειν τὸ ἕτερον*, ubi scil. *iure hoc sibi deberi contendunt.*

τοῦ ἀπηγημένου] Passivo sensu accipiendum esse observat Matth. Gr. Gr. §. 495 E. p. 931. Ad sequens *ἀξιονικώτεροι* cf. VII, 187, ibique allata.

ἀγῶνες ἀγωνίδαται] Verbum *ἀγωνίδαται* affert Eustath. ad Il. p. 234, 20 s. 177, 23. Attigit quoque Matth. Gr. Gr. §. 204, b p. 377. Ad argumentum loci conf. I, 65 seqq. — In seqq. retinui *δίκαιον*, quoniam *δικαιότερον* et libri scripti respuunt et usus linguae; sed positivum subinde ita poni invenimus, ubi mente addere licet *μᾶλλον*, quod idem etiam cap. 27 statuere licet, ubi superlativum pro comparativo Noster adhibuisse videtur: *αἰεὶ πρώτοισι εἶναι ἢ Ἀρκάσι*. De illo usu conf. Matth. Gr. Gr. §. 457, 1 pag. 855, de hoc §. 462. Et vide sis quoque Lambert. Bos. De ellipss. Ling. Gr. pag. 769. — Ad particularum negativarum usum in

10 „καὶ πρὸς ἄλλους. οὕτω ὦν ἡμέας δίκαιον ἔχειν „τὸ ἕτερον κέρας, ἤπερ Ἀθηναίους. οὐ γάρ σφί „ἐστι ἔργα οἷά περ ἡμῖν κατεργασμένα, οὔτ' ὦν „καινὰ οὔτε παλαιά.“ Οἱ μὲν ταῦτα ἔλεγον.

27 Ἀθηναῖοι δὲ πρὸς ταῦτα ὑπεκρίναντο τάδε· „Ἐπιστά- 704
„μεθα μὲν σύνοδον τήνδε μάχης εἵνεκα συλλεγῆναι

2 „πρὸς τὸν βάρβαρον, ἀλλ' οὐ λόγων. ἐπεὶ δὲ ὁ „Τεγεήτης προέθηκε παλαιὰ καὶ καινὰ λέγειν τὰ „ἑκατέροισι ἐν τῷ παντὶ χρόνῳ κατέργασται χρηστά, „ἀναγκαίως ἡμῖν ἔχει δηλῶσαι πρὸς ὑμέας, ὅθεν ἡ-

---

verbis: *οὔτ' ὦν καινὰ οὔτε παλαιὰ* vid. Matth. Gr. Gr. §. 625 p. 1275.

Cap. XXVII.

σύνοδον τήνδε — συλλεγῆναι] i. e. *bene novimus, convenisse nos hic pugnandi, non altercandi causa*, sive, ut exponit Schweigh. in Lex. Herod.: „*novimus pugnandi causa cum hoste hic nos convenisse, non sermonum faciendorum causa*, i. e. *non ut longis orationibus tempus teramus.*“ Plutarchus in Aristid. 12 haec hunc in modum profert: *ἥκομεν*, inquit Aristides, *οὐ τοῖς συμμάχοις στασιάσοντες, ἀλλὰ μαχούμενοι τοῖς πολεμίοις*. Ubi similia quaedam dicta affert Valckenaer. e Liv. XXXII, 34. Diodor. II p. 638. Euripid. Phoeniss. 591.

προέθηκε—λέγειν] Schwgh., qui prius intellexerat: *instituit dicere s. proposuit, ut diceremus*, postea hunc unum huic loco convenire sensum statuit: *praetulit commemorare* vel *ut commemoraremus*. De qua interpretatione merito dubitans Stegerus, rescribi voluit *λέγων*. Equidem e glossa marginali in textum irrepsisse verbum crediderim.

ἀναγκαίως ἡμῖν ἔχει δηλῶσαι πρὸς ὑμέας] „Laudabilia, quae multis hic enarrant Athenienses, maiorum suorum facinora, hinc paucis commemorat Pseudo-Plut. De Herod. Malign. pag. 872 A. Eadem illa magna cum laude celebrantur ab oratoribus; ab Isocrate in Panegyr. p. 51 [§. 27 seq.] seqq. in Aristid. Panathen. p. 201 etc. in *Ἐπιταφίοις* etiam *λόγοις*, quibus nomina praefiguntur Demosthenis et Lysiae.“ *Valcken.* — In seqq. e Florentino aliisque dedi *οὗτοί φασι*, ubi Schaefer. cum Matth. *φασὶ οὗτοι*. Ac paulo post voces *τοῦτο μὲν* ante *τούτους* immerito ex uno Sancrofti codice omisit Schaeferus, quem Matth. et Bekker. sequuntur. Mihi ceterorum librorum auctoritas praestare videbatur.

„μῖν πατρώϊόν ἐστι, ἐοῦσι χρηστοῖσι αἰεὶ, πρώτοισι εἶναι
3 „ἢ Ἀρκάσι. Ἡρακλείδας, τῶν οὗτοί φασι ἀποκτεῖναι τὸν
„ἡγεμόνα ἐν Ἰσθμῷ, τοῦτο μὲν τούτους πρότερον,
„ἐξελαυνομένους ὑπὸ πάντων τῶν Ἑλλήνων ἐς τοὺς
„ἀπικοίατο φεύγοντες δουλοσύνην πρὸς Μυκηναίων,
„μοῦνοι ὑποδεξάμενοι, τὴν Εὐρυσθέος ὕβριν κατεί-
„λομεν, σὺν κείνοισι μάχῃ νικήσαντες τοὺς τότε
4 „ἔχοντας Πελοπόννησον. τοῦτο δὲ, Ἀργείους τοὺς
„μετὰ Πολυνείκεος ἐπὶ Θήβας ἐλάσαντας, τελευτή-
„σαντας τὸν αἰῶνα, καὶ ἀτάφους κειμένους, στρα-
„τευσάμενοι ἐπὶ τοὺς Καδμείους, ἀνελέσθαι τε τοὺς
„νεκρούς φαμεν, καὶ θάψαι τῆς ἡμετέρης ἐν Ἐλευ-
5 „σῖνι. ἔστι δὲ ἡμῖν ἔργον εὖ ἔχον καὶ ἐς Ἀμαζονί-

Ἀργείους τοὺς μετὰ Πολυνείκεος κ. τ. λ.] Hosce accusativos non bene convenire cum iis, quae deinceps leguntur: *ἀνελέσθαι τε τοὺς νεκροὺς* nemo non videt. Pro accusativis absolutis si quis accipere velit, non intercedam; nisi praestat ad illud structurae genus referre, de quo Matth. Gr. Gr. 427 not. 3. De ipso argumento loci vid. V, 67 ibique nott. Larcherus excitaverat Apollodor. III, 6 §. 1. 3. 6. 8. III, 7 §. 1. Plutarch. Thes. cp. 29 p. 14 A. — Verbum *ἀνελέσθαι* in cadaveribus ad sepulturam tollendis adhibitum illustrat Wesselingius Isocratis locc. Panegyr. 15 §. 55 p. 52 A. Plat. [cp. 21 §. 53] p. 306 D. — Panath. [cap. 70 §. 171] p. 269 A. Lys. Epitaph. [pag. 60 seq.] p. 33, ubi cf. Taylor. Tu add. IX, 23 et Boissonad. ad Philostrat. Heroicc. p. 431. 542. Lex. Xenoph. I p. 195.

καὶ θάψαι τῆς ἡμετέρης ἐν Ἐλευσῖνι] Vid. Matth. Gr. Gr. §. 321, 6 pag. 629. De verbo *θάπτειν* dixi ad V, 8. Eleusine (i. e. in agro Eleusinio, non in templo Eleusinio) illos sepultos esse testantur quoque Pausan. I, 39 §. 2 et Lysias Epitaph. p. 191. 25 s. p. 65 Reisk.

ἔστι δὲ ἡμῖν ἔργον εὖ ἔχον καὶ ἐς Ἀμαζονίδας κ. τ. λ.] Ita scripti libri quantum scio omnes, quos hîc deserere nolui, probante Wesselingio, Diss. Herod. IX p. 132, ubi de hoc loco uberius egit. Cum enim in Aldina post verba *τὰς Ἀμαζονίδας* invenirentur inserta verba *τὰς ἀποθήκας*, Gronovius reponi voluerat *τὰς ἀποθήτας*, probante Larchero, qui reddit *redoutables guerrières*, et Toupio in Epist. crit. p. 82 s.

„δας, τὰς ἀπὸ Θερμώδοντος ποταμοῦ ἐσβαλούσας
„κοτὲ ἐς γῆν τὴν Ἀττικήν. καὶ ἐν τοῖσι Τρωϊκοῖσι
6 „πόνοισι οὐδαμῶν ἐλειπόμεθα. Ἀλλ' οὐ γάρ τι
„προέχει τούτων ἐπιμεμνῆσθαι· καὶ γὰρ ἂν χρηστοὶ
„τότε ἐόντες, ὡυτοὶ νῦν ἂν εἶεν φλαυρότεροι· καὶ
7 „τότε ἐόντες φλαῦροι, νῦν ἂν εἶεν ἀμείνονες. Παλαιῶν
„μέν νυν ἔργων ἅλις ἔστω. ἡμῖν δὲ εἰ μηδὲν ἄλλο

---

p. 66 (T. II p. 500. IV p. 489); Coraës scribi maluit: *ἐς Ἀμαζονίδας τὰς ἀπὸ Θρηΐκης τὰς ἀπὸ Θερμώδοντος* ob Virg. Aen. XI, 659, quod merito displicuit Larchero, qui Taylori quoque in medium profert emendationem in Lectt. Lysiacc. cap. 4 init. pag. 687 s. p. 243 Reisk. *ἐς Ἀμαζονίδας τὰς ἀπὸ Θεμισκύρας τῆς ἐπὶ Θερμώδοντος ποταμοῦ.* — De Amazonibus, quarum sedes ad Thermodontem fluvium, vid. nott. ad IV, 110 coll. IV, 68 et Ephori fragmentt. p. 209 Marx. a *Cr.* ad h. l. laudat., Homer. Il. III, 189 coll. VI, 186. De incursione earum in Atticam vid. Plutarch. Thes. 26 seq. p. 12 E. Paus. I, 41 §. 7. Lysias l. l.

καὶ ἐν τοῖσι Τρωϊκοῖσι πόνοισι] Male duo codd. *Ἡρωϊκοῖσι*, quamquam, notante Wesselingio, id ipsum reperitur apud Diodor. XV, 79 coll. Cicer. De N. D. III, 21. Additur h. l. nomen *πόνοισι*, quum alias nullum eiusmodi nomen reperiamus adiectum, ut VII, 20. 171 *τὰ Τρωϊκά.* At vide sis Lambert. Bos. De ellipss. pag. 395. 396. De ipsa voce *πόνος* conf. VI, 114. VIII, 89. Caeterum testis est Homerus, Il. II, 546. 556 seqq. ad Troicam expeditionem quinquaginta naves Athenienses praebuisse. Eorundem Atheniensium poeta meminit Il. IV, 328 (ubi *Ἀθηναῖοι μήστωρες ἀϋτῆς*) XIII, 196. 689. XV, 337.

ἀλλ' οὐ γάρ τι προέχει] *nihil admodum proficit, mentionem harum rerum fecisse*, interpretatur Schweigh. in Lex. Herod. ubi vid. Usum particulae *γὰρ* attigit Matth. Gr. Gr. §. 615 pag. 1242, cui add. Hartung. Lehre v. d. Gr. Partt. I p. 470. — *φλαυρότεροι* valet *deteriores, minus fortes imbellesque indeque inutiles*, ut I, 207, ubi *τῆς στρατιῆς τὸ φλαυρότατον* idem est atque *τὸ ἀχρήϊον.*

εἰ μηδὲν ἄλλο ἐστὶ ἀποδεδεγμένον] i. e. *si nullum aliud* (facinus) *a nobis exhibitum esset* s. *si nullum aliud edidissemus facinus* (at multa sane praestitimus, si qui alii Graecorum), *ob unam certe pugnam Marathoniam digni sumus, qui hunc obtineamus honorem.* Cf. Matth. Gr. Gr. §. 629 pag. 1288, qui idem §. 617 p. 1250 consulatur ad verba *εἰ τέοισι καὶ ἄλλοισι Ἑλλήνων.* Pro *ὥσπερ*

„ἐστὶ ἀποδεδεγμένον, ὥσπερ ἐστὶ πολλά τε καὶ εὖ
„ἔχοντα, εἰ τέοισι καὶ ἄλλοισι Ἑλλήνων, ἀλλὰ καὶ 705
„ἀπὸ τοῦ ἐν Μαραθῶνι ἔργου ἄξιοί εἰμεν τοῦτο τὸ
„γέρας ἔχειν, καὶ ἄλλα πρὸς τούτῳ· οἵτινες μοῦνοι
„Ἑλλήνων δὴ μουνομαχήσαντες τῷ Πέρσῃ, καὶ ἔρ-
„γῳ τοσούτῳ ἐπιχειρήσαντες, περιεγενόμεθα, καὶ ἐνι-
8 „κήσαμεν ἔθνεα ἓξ τε καὶ τεσσεράκοντα. ἆρ᾽ οὐ
„δίκαιοί εἰμεν ἔχειν ταύτην τὴν τάξιν ἀπὸ τούτου μού-
„νου τοῦ ἔργου; Ἀλλ᾽ οὐ γὰρ ἐν τῷ τοιῷδε τάξιος
„εἵνεκα στασιάζειν πρέπει, ἄρτιοί εἰμεν πείθεσθαι
„ὑμῖν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, ἵνα δοκέει ἐπιτηδεώτατον

---

in proxime antecedentibus haud opus rescribere οἷσπέρ ἐστι, ut Abreschio venerat in mentem. Ad ipsam sententiam ab scriptore hîc prolatam faciunt, quae adscripsit *Valckenaerius*: „Campus Marathonius praecipua semper fuit Atheniensibus gloriandi materies, quia hanc de Persis victoriam soli reportaverant. Ea de re loquenti Lycurgo c. Leocr. p. 162, 13 (p. 210 seq. R.) dicuntur οὐκ ἐπὶ τῇ δόξῃ μέγα φρονοῦντες, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῷ ταύτης ἄξια πράττειν." Qui idem vir dein excitat testimonia Aristophanis Eqq. 1331. Thucydidis I, 73, ubi Athenienses se solos dicunt Marathone προκινδυνεῦσαι τῷ βαρβάρῳ, Critiae apud Athen. I p. 28 C., eoque etiam spectat Μαραθωνομάχων nomen Atticis auribus iucundissimum apud Aristoph. Nub. 982. Athen. VI p. 253 F.

ἐνικήσαμεν ἔθνεα ἓξ τε καὶ τεσσεράκοντα] „Satis gloriose. Annumerantur nobis nationes Dario vectigales III, 90 seqq. isto numero plures. Illaene vero Marathonium in campum contra Athenienses et navibus quidem sexcentis (VI, 95) venerunt? Iustius adiungitur, non profecto decere τάξιος εἵνεκα στασιάζειν: adesse enim, οὐ τοῖς συμμάχοις στασιάσοντας, ἀλλὰ μαχουμένους τοῖς πολεμίοις, uti Plutarch. Aristid. [cap. 12] p. 326. B." *Wesseling.*

ἆρ᾽ οὐ δίκαιοί εἰμεν] i. e. *nonne iustum est, nos eum obtinere locum ob hoc unum facinus.* De usu vocis δίκαιος conf. nott. ad VIII, 137. Ad seq. ἄρτιοί εἰμεν (*parati sumus ad vobis parendum*) conf. IX, 48. 53. Gail. Le philolog. V. p. 217, hunc in modum haec intelligi vult: „*nos prétentions ne nous rendront pas imprudens: nous serons et nous sommes assez sages pour vous obéïr.*"

ἵνα δοκέει] Ita recte nunc editur pro φοκέῃ, dudum iubente Valckenaerio, qui etiam

„ἡμέας εἶναι ἑστάναι, καὶ κατ' οὕστινας. πάντη
9 „γὰρ τεταγμένοι, πειρησόμεθα εἶναι χρηστοί. ἐξηγέ-
28 „εσθε δὲ ὡς πεισομένων.“ Οἱ μὲν ταῦτα ἀμείβοντο. Λακεδαιμονίων δὲ ἀνέβωσε ἅπαν τὸ στρατόπεδον Ἀθηναίους ἀξιονικοτέρους εἶναι ἔχειν τὸ κέρας ἤπερ Ἀρκάδας. οὕτω δὴ ἔσχον οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ ὑπερεβάλοντο τοὺς Τεγεήτας.

Re ad Spartanorum arbitrium reiecta, Tegeatae causa cadunt. Acies quo ordine instructa. Atheniensium dux Aristides [8. 79.].

2 Μετὰ δὲ ταῦτα, ἐτάσσοντο ὧδε οἱ ἐπιφοιτῶντές τε καὶ οἱ ἀρχὴν ἐλθόντες Ἑλλήνων. τὸ μὲν δεξιὸν κέρας εἶχον Λακεδαιμονίων μύριοι· τούτων δὲ τοὺς πεντακισχιλίους, ἐόντας Σπαρτιήτας, ἐφύλασσον ψιλοὶ τῶν εἱλωτέων πεντακισχίλιοι καὶ τρισ-
3 μύριοι, περὶ ἄνδρα ἕκαστον ἑπτὰ τεταγμένοι. προσεχέας δέ σφι εἵλοντο ἑστάναι οἱ Σπαρτιῆται
4 τοὺς Τεγεήτας, καὶ τιμῆς εἵνεκα καὶ ἀρετῆς. τούτων δ' ἦσαν ὁπλῖται χίλιοι καὶ πεντηκόσιοι· μετὰ δὲ τούτους ἵσταντο Κορινθίων πεντακισχίλιοι·

ἵν' ἂν δοκέῃ scribi posse coniiciebat. Ad ipsam sententiam ille laudat Plutarch. V. Aristid. l. l. et II p. 208. — Ad sequens *κατ' οὕστινας* conf. VIII, 85.

Cap. XXVIII.

ἀνέβωσε] Conf. nott. ad I, 11. De voce *ἀξιονικότερος* cf. nott. ad VII, 187 et de verbo *ὑπερβάλλεσθαι* nott. ad VI, 140. Mox *οἱ ἐπιφοιτῶντες* (qui post veniunt s. accedunt) opponuntur iis, qui *ἀρχὴν* i. e. ab initio s. principio iam accurrerant. Verbum *ἐπιφοιτᾶν* invenimus I, 97.

ἐφύλασσον] *custodiebant* i. e. custodiendi et curandi causa eos comitabantur, ut simul essent armigeri atque ministri. Ad vocem *εἱλωτέων* cf. nott. ad IX, 10.

προσεχέας δέ σφι εἵλοντο] i. e. *proximum locum Tegeatis tribuerunt Spartani*, ut reddit Schweighaeuserus, sive Spartani Tegeatas sibi elegerunt, qui ipsis proximi starent in acie. Sic *προσεχὴς* IX, 102 coll. III, 73. 89. 91. 92, ubi *finitimum, proximum* indicat. — Quae sequuntur: *καὶ τιμῆς εἵνεκα καὶ ἀρετῆς*, Matth. Gr. Gr. §. 576 p. 1137 attigit explicans: *honoris causa et propter virtutem.* Probabile est priora hic respici Tegeatum et Spartanorum certamina, in quibus illos superiores fuisse narrat Herod. I, 65 coll. IX, 26 fin.

τούτων δ' ἦσαν ὁπλῖται κ. τ. λ.] Quam Herodotus hic recensionem dat populorum, qui ad Plataeas pugnaverint, ea non prorsus convenit cum Pausan. V, 23 §. 1, ubi gentium,

παρὰ δέ σφι εὕροντο παρὰ Πανσανίεω ἑστάναι Ποτιδαιητέων τῶν ἐκ Παλλήνης τοὺς παρεόντας τριηκοσίους. τούτων δὲ ἐχόμενοι ἵσταντο Ἀρκάδες Ὀρ-

---

quae Plataeensi pugnae interfuerint ille prodit nomina tripodi Olympico inscripta; qua de re disserit Broendsted. in Itin. I p. 106 seqq. Desunt enim apud Herodotum incolae quinque insularum Aegaei maris: Cei, Naxii, Tenii, Cythnii, Melii, quorum nomina exhibentur in illa inscriptione, quosque non tam per socordiam ab Herodoto neglectos putem, quam potius eam ob causam, quod pauci fuerint numero nec magni momenti, accensi τοῖς ψιλοῖς, quos ipsos in universum modo indicat Herodotus, accuratius recensens τοὺς ὁπλίτας s. gravis armaturae milites. Quod vero apud eundem Pausaniam *Elei* referuntur, quos post pugnam advenisse tradit Herodotus IX, 77, id Broendstedio auctore vel ita explicandum, ut non *Elei* in Peloponneso sed *Elei Eretrienses* intelligantur, vel statuendum, errore factum esse, ut Pausanias pro *Palaeensibus*, qui revera desunt, legerit in illa inscriptione *Eleos: FAΛEIOI* pro *ΓΑΛΕΙΣ, Eretrienses* autem atque *Leucadios* eam ob causam omissos putat idem Broendsted. l. l., quod hi una cum aliarum duarum gentium militibus collocati fuerint ex causa quapiam, quam tamen nobis expiscari haud liceat.

παρὰ δέ σφι εὕροντο] i. e. *a Pausania* (qui totius exercitus fuit dux) *impetrarunt*, *ut iuxta ipsos ii Potidaeatae, qui aderant trecenti numero collocarentur.* De verbo εὑρίσκεσθαι vid. IX, 26 coll. 6. III, 148. Potidaeam vero Corinthiorum fuisse coloniam, sic satis e Thucydide I, 56 constat. Urbis Noster mentionem facit VII, 123. VIII, 126 seq.

τούτων δὲ ἐχόμενοι] i. e. *hisce proximi* stabant in acie *Orchomenii Arcades* (quo scil. ab Orchomeniis Boeotis distinguerentur), oriundi *Orchomeno*, quae fuit urbs sane antiquissima, in Graecorum bellis crebro memorata sed quo tempore Strabo vixit, iam diruta, ita ut Pausaniae aetate VIII, 13 non nisi exiguae exstiterint moenium atque aedium reliquiae, non longe remotae a vico *Calpaci* s. *Calpachi*, ad quem ab urbe Tripolitza per Capsam devenimus spatio quatuor horarum et amplius. Testantur Gell. et Dodwell., qui tribus ferme horis a Mantinea se huc profectum esse scribit. Plura Mannert. VIII p. 438 seq. Wasse ad Thucydid. V, 61 et Poppo ad Thucyd. I, 2 p. 189. Apud Herodotum VII, 202 eiusdem gentis mentio inter eas gentes, quae ad Thermopylas miserunt copias. De Sicyoniis

5 χομένιοι ἑξακόσιοι· τούτων δὲ, Σικυώνιοι τρισχίλιοι.
τούτων δὲ εἴχοντο Ἐπιδαυρίων ὀκτακόσιοι. παρὰ
δὲ τούτους, Τροιζηνίων ἐτάσσοντο χίλιοι· Τροιζη-
νίων δὲ ἐχόμενοι, Λεπρεητέων διηκόσιοι· τούτων δὲ
Μυκηναίων καὶ Τιρυνθίων τετρακόσιοι· τούτων δὲ
6 ἐχόμενοι, Φλιάσιοι χίλιοι. παρὰ δὲ τούτους ἕστασαν
Ἑρμιονέες τριηκόσιοι. Ἑρμιονέων δὲ ἐχόμενοι ἵσταντο
Ἐρετριέων τε καὶ Στυρέων ἑξακόσιοι· τούτων δὲ Χαλκι-

---

conf. VI, 92. V, 67 seqq. VIII, 43, ubi aeque atque Troezenii inter eos enumerantur, qui naves ad Salaminem miserunt. De *Lepreatis* diximus ad IV, 148.

Μυκηναίων] Ad Thermopylas Mycenaei memorantur VII, 202. Ex quo Mycenaeorum studio erga reliquos Graecos, qui contra Persam arma ceperant, factum est, ut ab Argivis, quos cum aperte Persarum partes amplecti haud liceret, a neutrorum partibus stetisse accepimus, iratis postea lacesserentur urbeque diruta Argos transferrentur, quotquot tum essent superstites. Adhuc urbis dirutae moenium quorundam, Cyclopia vulgo vocant, rudera sive fundamenta superesse narrant. Sed ex eo, quod ad Thermopylas non nisi octoginta, ad Plataeas quadringentos misit homines, merito colligas Mycenaeorum civitatem, quae antiquo tempore ita eminuit, iam Herodoti aetate multum decrevisse. Conf. Mannert. VIII p. 650.

Φλιάσιοι] Iidem ad Thermopylas quoque profecti erant, teste Herodoto VIII, 202. De ipsa urbe *Phliunte* agroque *Phliasio*, in montibus sito et Sicyonia ditione, Cleonis atque Argolide incluso plura disserit Mannert. VIII p. 380 seq., qui idem pag. 382 quod mille gravis armaturae milites haec civitas contra Mardonium misit, inde coniicit, omnem civitatem continuisse quindecim fere millia hominum liberorum. De situ urbis non prorsus liquet, nec ullas veteris urbis ruinas adhuc detectas esse constat.

Ἑρμιονέες] Vid. VIII, 43. 73. *Eretrienses*, quos igitur ex parte in Graecia servatos esse patet, cum a Dario haec gens Susa transferretur teste Herod. VI, 119, aeque atque *Hermionenses* commemorantur VIII, 46: nam utraque civitas ad Salaminiam pugnam praebuit naves. De *Styrensibus* vid. VIII, 1. 46; de *Chalcidensibus* VIII, 127 coll. V, 74. 79. 99. Pausan. V, 23 §. 1, qui habet: *Χαλκιδεῖς οἱ ἐπὶ τῷ Εὐρίπῳ.* Vocem *ἐχόμενοι*, quae in Herodoti textum ex Aldina male irrepserat ante *Χαλκιδέες*, sustuli equidem, libris sic iubenti-

7 δέες τετρακόσιοι· τούτων δὲ, Ἀμπρακιητέων πεντη- 706
κόσιοι. μετὰ δὲ τούτους, Λευκαδίων καὶ Ἀνακτορίων
ὀκτακόσιοι ἕστασαν· τούτων δὲ ἐχόμενοι, Παλέες,
8 οἱ ἐκ Κεφαλληνίης διηκόσιοι. μετὰ δὲ τούτους Αἰγινη-
τέων πεντηκόσιοι ἐτάχθησαν. παρὰ δὲ τούτους ἐ-
9 τάσσοντο Μεγαρέων τρισχίλιοι. εἴχοντο δὲ τούτων,
Πλαταιέες ἑξακόσιοι. τελευταῖοι δὲ καὶ πρῶτοι Ἀ-
θηναῖοι ἐτάσσοντο, κέρας ἔχοντες τὸ εὐώνυμον, ὀκτα-
κισχίλιοι· ἐστρατήγεε δ' αὐτῶν Ἀριστείδης ὁ Λυ-
29 σιμάχου. Οὗτοι, πλὴν τῶν ἑπτὰ περὶ ἕκαστον τε-
ταγμένων Σπαρτιήτῃσι, ἦσαν ὁπλῖται· συνάπαντες

Numerus et armatura militum.

---

bus. Retinuit tamen post Schaeferum Matthiae.

Ἀμπρακιητέων] De *Ambraciotis* conf. VIII, 45, de *Leucadiis* VIII, 45. 47. *Anactorium*, unde *Anactorii*, a Corinthiis olim conditum et postea Corinthiis atque Corcyraeis commune, mari adiacebat ad ostium sinus Ambracici, quo loco nunc fere situm esse dicitur oppidum *Vonizza*. Ante belli Peloponnesiaci tempora in Corinthiorum devenit potestatem; sed mox ab Atheniensibus capta ab eo inde tempore magis magisque decrevit, donec Nicopolin incolas transtulit Augustus. Neque enim longe hinc distat *Actium*, quod ad ipsius Anactorii ditionem olim pertinuit. Conf. Mannert. VIII p. 67 seq. Poppo ad Thucydid. I, 2 p. 150.

Παλέες οἱ ἐκ Κεφαλληνίης] In Cephallenia insulâ quarta urbs vocatur *Πάλη*, eiusque cives *Παλεῖς* s. Ionice *Παλέες* et Attice *Παλῆς*, ut apud Thucydid. I, 27 coll. Wass. ad Thucyd. II, 30, itemque *Παλαιεῖς* apud Polyb. V, 3 §. 4 (coll. V, 5. 10), ubi conf. Schweigh. Corinthiorum coloniam dicunt fuisse hanc urbem, sitam, ut arbitrantur, prope vicum *Lixuri*, ubi adhuc unius ferme horae intervallo ruinae quaedam superesse dicuntur nomine solito *Palaeo-Castro* s. *Palichi* cognitae. Conf. Mannert. VIII, p. 91. Poppo I, 2 p. 153.

Ἀριστείδης] Pertinet huc Plutarchi locus in Aristid. cap. 11 scribentis, Aristidem ad bellum fuisse electum *αὐτοκράτορα*, assumtis octo mille gravis armaturae militibus. Et confer sis quoque Herodotum VIII, 79.

Cap. XXIX.

συνάπαντες] Ita e duobus codd. merito revocatum pro *σύμπαντες*. Vid. I, 134. 178. VII, 187. Ad argumentum loci bene sic *Valcken.*: „In

ἐόντες ἀριθμὸν τρεῖς τε μυριάδες, καὶ ὀκτὼ χιλιά-
2 *δες, καὶ ἑκατοντάδες ἑπτά. ὁπλῖται μὲν οἱ πάντες συλλεγέντες ἐπὶ τὸν βάρβαρον, ἦσαν τοσοῦτοι. Ψιλῶν δὲ πλῆθος ἦν τόδε. τῆς μὲν Σπαρτιητικῆς τάξιος πεντακισχίλιοι καὶ τρισμύριοι ἄνδρες, ὡς ἐόντων ἑπτὰ περὶ ἕκαστον ἄνδρα· καὶ τούτων πᾶς τις*
3 *παρήρτητο ὡς ἐς πόλεμον. οἱ δὲ τῶν λοιπῶν Λακεδαιμονίων καὶ Ἑλλήνων ψιλοὶ, ὡς εἷς περὶ ἕκαστον ἐὼν ἄνδρα,*
4 *πεντακόσιοι καὶ τετρακισχίλιοι καὶ τρισμύριοι ἦσαν. ψιλῶν μὲν δὴ τῶν ἁπάντων μαχίμων ἦν τὸ πλῆθος*

---

hoc numero gravis armaturae militum 38,700, nihil inesse vitii liquet e sequentibus; primum enim praeter illos ψιλοὶ memorantur cum Spartanis missi Helotes 35,000, tum ceterorum Graecorum ψιλοὶ 34,500. Hi universi conficiunt 108,200, quibus adiuncti tandem 1800 Thespienses summam implebant 110,000. [Qui idem numerus prodit ex accurata Bröndstedii recensione I p. 105 coll. Clinton. Fast. Hellen. p. 427.] Herodotus infra [cap. 30] σὺν Θεσπιέων τοῖσι παρεοῦσι ἐξεπληροῦντο αἵ ἕνδεκα μυριάδες. De his Graeciae libertatis statoribus intelligo Diodor. Sic. XI, 30.“ — In seqq. verbum παρήρτητο hinc attigit Iacobs. ad Aelian. N. A. V, 3. Tu cf. ad huius verbi usum VII, 20. VIII, 76 ibique allata IX, 42.

ὡς εἷς περὶ ἕκαστον ἐὼν ἄνδρα] „*Unus fere circa quemque virum*, fuere 34,500. Si absolute et sine exceptione dixisset, *unus circa quemque virum*, numerus istorum leviter armatorum non nisi 33,700 fuisset. Nunc intelligi par est (quod etiam alioquin credibile erat) nonnullis ex numero ὁπλιτῶν, de quibus hic agitur, duo aut plures leviter armatos, aliis vero nullum fortasse praesto fuisse.“ *Schweighaeuser.* Ad numerorum menda, quae in his Herodoti libris frequentiora omnino reperiantur, sive ipsius scriptoris sive librariorum culpâ, hoc quoque relatum vult Dahlmann. in Herodot. p. 99, quod hic velites *octingenti* plures, quam qui ex iusta prodeunt computatione, enumerantur. Tu vide praeter Boeckh. Oeconom. Athenn. I p. 276. 278, quem citat Dahlmann. Manso Spart. II pag. 312 et C. O. Müller. in Aeginett. pag. 126, qui Herodotum levis armaturae numerum vix aliunde quam ex hoplitis definivisse ratus haec subiicit: „Sed fortasse octingenti ψιλοὶ, qui redundant, aut octingentis Epidauriis, ut κονιοπόποδες, aut octingentis Anactoriis, ita ut singulis duo additi fuerint levis armaturae, adiungendi erunt.“

ἕξ τε μυριάδες, καὶ ἐννέα χιλιάδες, καὶ ἑκατοντάδες
30 πέντε. Τοῦ δὲ σύμπαντος Ἑλληνικοῦ τοῦ συνελ-
θόντος ἐς Πλαταιὰς σύν τε ὁπλίτῃσι καὶ ψιλοῖσι
τοῖσι μαχίμοισι ἕνδεκα μυριάδες ἦσαν, μιῆς χιλιάδος
2 πρὸς δὲ ὀκτακοσίων ἀνδρῶν καταδέουσαι. σὺν δὲ
Θεσπιέων τοῖσι παρεοῦσι ἐξεπληροῦντο αἱ ἕνδεκα
3 μυριάδες. παρῆσαν γὰρ καὶ Θεσπιέων ἐν τῷ στρα-
τοπέδῳ οἱ περιεόντες, ἀριθμὸν ἐς ὀκτακοσίους καὶ
χιλίους· ὅπλα δὲ οὐδ' οὗτοι εἶχον. Οὗτοί μέν νυν
ταχθέντες ἐπὶ τῷ Ἀσωπῷ ἐστρατοπεδεύοντο.

31 Οἱ δὲ ἀμφὶ Μαρδόνιον βάρβαροι, ὡς ἀπεκή-
δευσαν Μασίστιον, παρῆσαν, πυθόμενοι τοὺς Ἕλ-
ληνας εἶναι ἐν Πλαταιῇσι, καὶ αὐτοὶ ἐπὶ τὸν Ἀσω-
2 πὸν τὸν ταύτῃ ῥέοντα. ἀπικόμενοι δὲ, ἀντετάσ-
σοντο ὧδε ὑπὸ Μαρδονίου. Κατὰ μὲν Λακεδαιμο-

Barbari Graecos insecuti, quo ordine castra locaverint, Persae Lacedaemoniis, Atheniensibus Graeci apud Mardonium militantes oppositi.

Cap. XXX.

τοῖσι μαχίμοισι] De vi articuli vid. citt. ad VIII, 82.

ὅπλα δὲ οὐδ' οὗτοι εἶχον] i. e. ὁπλῖται *haud quidem fuere, sed ad velitum s.* τῶν ψιλῶν *numerum pertinebant, in levi erant armatura*, γυμνοί. Nam vocem ὅπλα de *scutis* s. *clypeis* potissimum dici, ut apud Latinos *arma*, docuit Wesseling. ad Diodor. Sicul. XIV, 23 et ad h. Herodoti locum, ubi de hoc usu excitat Heliodor. Aethiop. IX p. 428 [Cp. 12] Pausan. IV, 29 §. 1. Polyb. I, 76. Salmas. ad Vopisc. Aurel. 7. Et conf. ipsum Herodotum IX. 62. 63. At Broendsted. I p. 104, praeeunte Bellanger., Thespienses revera *sine armis* Graecorum exercitui interfuisse nec unâ cum ceteris pugnasse contendit, quod militum pugnantium in numerum haud referantur ab Herodoto, nec hoplitis nec velitibus additi, quodque in inscriptione illa Olympiaca ad IX, 28 memorata Thespiensium nulla fiat mentio. Itaque pro οὐδ' οὗτοι legi mavult οὐκ s. οὔκω οὗτοι. Libri scripti non addicunt.

Cap. XXXI.

ὡς ἀπεκήδευσαν] i. e. *cum Masistii mortem lugere desierant* s. *eluxerant*, ut reddit Valckenaerius, bene respiciens ad vim praepositionis ἀπὸ, quae rei perfectae et absolutae notionem continet. Quae plura hanc in rem affert idem Valckenaerius tum ad h.l., tum in Annotat. ad Adoniaz. Theocrit. p. 202, iis add. Fischer. ad Weller. III, p. 113. De ipso Persarum luctu conf. IX, 24.

Κατὰ μὲν Λακεδαιμονίους

νίους ἔστησε Πέρσας· καὶ δὴ πολλὸν γὰρ περιέασαν 707
πλήθεϊ οἱ Πέρσαι, ἐπί τε τάξις πλεῦνας ἐκεκοσμέα-
3 το, καὶ ἐπεῖχον τοὺς Τεγεήτας. ἔταξε δὲ οὕτω· ὅ
τι μὲν ἦν αὐτοῦ δυνατώτατον πᾶν ἀπολέξας, ἔστησε
ἀντίον Λακεδαιμονίων· τὸ δὲ ἀσθενέστερον παρέ-
ταξε κατὰ τοὺς Τεγεήτας. ταῦτα δ' ἐποίεε φραζόν-
4 των τε καὶ διδασκόντων Θηβαίων. Περσέων δὲ ἐχο-
μένους ἔταξε Μήδους· οὗτοι δὲ ἐπέσχον Κοριν-
θίους τε καὶ Ποτιδαιήτας, καὶ Ὀρχομενίους τε
5 καὶ Σικυωνίους. Μήδων δὲ ἐχομένους ἔτα-
ξε Βακτρίους· οὗτοι δὲ ἐπέσχον Ἐπιδαυρίους
τε καὶ Τροιζηνίους, καὶ Λεπρεήτας τε καὶ Τι-
6 ρυνθίους, καὶ Μυκηναίους τε καὶ Φλιασίους. με-
τὰ δὲ Βακτρίους ἔστησε Ἰνδούς· οὗτοι δὲ ἐπέσχον

ἔστησε] κατὰ et h. l. et in seqq. indicat *e regione, gegenüber*. Vid. citt. ad VIII, 85, et de singulis gentibus, quibus Persarum constitit exercitus, VIII, 113. — Mox Schweigh. cum Gaisford. e Sancrofti libro dedit περιέασαν a forma ἔα pro ἦν (conf. II, 19. I, 187 ibique citt.). Matthiae dedit περιῆσαν. Schaeferus cum Bekkero retinuerat vulgatum περίεσαν, quod Florentinus quoque hic praebet, qui alias constanter pro ἔσαν exhibet ἦσαν. — Ad formam ἐκεκοσμέατο cf. Matth. Gr. Gr. §. 204, 6 p. 377.

καὶ ἐπεῖχον τοὺς Τεγεήτας] Schweighaeus. suspicatur scriptum fuisse: καὶ ἐπεῖχον καὶ τοὺς Τεγεήτας: „*atque etiam Tegeatas contra se stantes habebant.*" Quo tamen vix opus; est enim loci sensus: *atque obtinebant aciem Tegeatis adversam*, ex aequo Tegeatis atque Laconibus oppositi stabant in acie, quum scil. numero essent multo plures quam Lacones: ita ut ipsorum acies Laconum et Tegeatarum simul obtegeret aciem. Quo eodem sensu mox ἐπέσχον. Ad sequens οὕτω, quod non ad praegressa, sed ad sequentia spectat, vid. Matth. Gr. Gr. §. 470, not. p. 871, qui idem §. 442, 4 not. p. 828 ad verba: ὅ, τι μὲν ἦν — πᾶν ἀπολέξας consulendus, ad quae ipsa hunc in modum *Wesselingius*: „Sermo de Persis, quorum *quod robustissimum* contra Lacedaemonios Mardonius opposuit, quod infirmius vero contra Tegeatas. Nonne ergo ὅ τι μὲν ἦν αὐτῶν quae elegans Pauwii coniectio? Alioqui τὸ δυνατώτατον τοῦ στρατοῦ VIII, 34." Mihi Pauwii coniectura haud opus esse videtur.

Ἑρμιονέας τε καὶ Ἐρετριέας, καὶ Στυρέας τε καὶ
Χαλκιδέας. Ἰνδῶν δὲ ἐχομένους Σάκας ἔταξε· οἳ
ἐπέσχον Ἀμπρακιήτας τε καὶ Ἀνακτορίους, καὶ Λευ-
7 καδίους, καὶ Παλέας, καὶ Αἰγινήτας. Σακέων δὲ
ἐχομένους ἔταξε ἀντία Ἀθηναίων τε καὶ Πλαταιέων
καὶ Μεγαρέων Βοιωτούς τε καὶ Λοκρούς, καὶ Μη-
8 λιέας τε καὶ Θεσσαλοὺς, καὶ Φωκέων τοὺς χιλίους.
οὐ γὰρ ὦν ἅπαντες οἱ Φωκέες ἐμήδισαν ἀλλά τινες
αὐτῶν καὶ τὰ Ἑλλήνων ηὖξον, περὶ τὸν Παρνησ-
σὸν κατειλημένοι· καὶ ἐνθεῦτεν ὁρμεώμενοι, ἔφερόν
τε καὶ ἦγον τήν τε Μαρδονίου στρατιὴν καὶ τοὺς
μετ' αὐτοῦ ἐόντας Ἑλλήνων. ἔταξε δὲ καὶ Μακεδό-
νας τε καὶ τοὺς περὶ Θεσσαλίην οἰκημένους κατὰ
32 τοὺς Ἀθηναίους. Ταῦτα μὲν τῶν ἐθνέων τὰ μέγι-
στα ὀνόμασται τῶν ὑπὸ Μαρδονίου ταχθέντων, τά περ
2 ἐπιφανέστατά τε ἦν καὶ λόγου πλείστου. ἐνῆσαν δὲ
καὶ ἄλλων ἐθνέων ἄνδρες ἀναμεμιγμένοι, Φρυγῶν
τε καὶ Θρηΐκων, καὶ Μυσῶν τε καὶ Παιόνων, καὶ
τῶν ἄλλων· ἐν δὲ, καὶ Αἰθιόπων τε καὶ Αἰγυπτίων

Quibus ex populis conflatus Mardonii exercitus quantusque eius tunc numerus.

Βοιωτούς τε καὶ Λοκροὺς καὶ Μηλιέας] Vid. VIII, 66. De Thessalis regi faventibus VII, 172 seq. VIII, 30; de *Phocensibus* IX, 17. 18. — Ad verbum κατειλημένοι (i. e. *compulsi*, *conclusi*) vid. VIII, 27. IX, 70. Cuius loco quod duo codd. afferunt κατειλημμένοι, id male tuetur Gail Le philol. IV p. 354 seq. atque eodem sensu quo ἀπολελαμμένοι poni putat.

ἔφερόν τε καὶ ἦγον] De hac locutione vid. citt. ad III, 39 fin. Verba τοὺς περὶ Θεσσαλίην οἰκημένους attigit Matth. Gr. Gr. §. 589, c. p. 1177. Et recte Gail. l. l. pag. 291 intellexit *Thessaliae incolas, dans l'étendue de la Thessalie. Macedones* autem probabiliter illi sunt, qui Alexandrum sequebantur, quem in Persarum exercitu vidimus VII, 137. VIII, 140 seq. coll. IX, 44. Nam a Mardonio iam Persis fuere subiecti Darii iussu, ut refert Noster VI, 44.

Cap. XXXII.

Φρυγῶν] De *Phrygibus* vid. VII, 73; de *Thracibus* VII, 185; de *Mysis* V, 74; de *Paeonibus* VII, 185; de *Aethiopibus* VII, 69. 70; de *Aegyptiis* VII, 89. Pertinent huc, opinor, Aeschyli verba in Persis

οἵ τε Ἑρμοτύβιες καὶ οἱ Καλασίριες καλεό-
μενοι, μαχαιροφόροι· οἵπερ εἰσὶ Αἰγυπτίων μοῦ-
3 *νοι μάχιμοι. τούτους δὲ ἔτι ἐν Φαλήρῳ ἐὼν*
ἀπὸ τῶν νηῶν ἀπεβιβάσατο, ἐόντας ἐπιβά-
τας· οὐ γὰρ ἐτάχθησαν ἐς τὸν πεζὸν τὸν ἅμα
4 *Ξέρξῃ ἀπικόμενον ἐς Ἀθήνας Αἰγύπτιοι. Τῶν μὲν*
δὴ βαρβάρων ἦσαν τριήκοντα μυριάδες, ὡς καὶ πρό-
τερον δεδήλωται· τῶν δὲ Ἑλλήνων τῶν Μαρδονίου
συμμάχων οἶδε μὲν οὐδεὶς ἀριθμόν· οὐ γὰρ ὦν ἠ-
ριθμήθησαν· ὡς δὲ ἐπεικάσαι, ἐς πέντε μυριάδας 708
συλλεγῆναι εἰκάζω. Οὗτοι οἱ παραταχθέντες πεζοὶ
ἦσαν· ἡ δὲ ἵππος χωρὶς ἐτέτακτο.

33 *Ὡς δὲ ἄρα πάντες οἱ ἐτετάχατο κατά τε ἔθνεα καὶ κατὰ τέλεα, ἐνθαῦτα τῇ δευτέρῃ ἡμέρῃ ἐθύοντο*

Graeci ad auspicia pugnae capienda vate Tisameno usi. Is

39: *ἐλειοβάται ναῶν ἐρέται δεινοί, πλῆθός τ' ἀνάριθμοι.*

οἵ τε Ἑρμοτύβιες καὶ οἱ Καλασίριες κ. τ. λ.] i. e. *qui vocantur Hermotybii et Calasirii, ensibus armati.* Hinc distinctio poni debet ante *μαχαιροφόροι*. De ipsis nominibus vid. II, 164. — Mox cum recentt. dedi e Flor. et Sancrofti cod. *ἐν Φαλήρῳ ἐών*, ubi vulgo *ἐὼν ἐν Φαλήρῳ*. Ad verbum *ἀπεβιβάσατο* conf. VIII, 76 et ad vocem *ἐπιβάτας* VII, 96.

ἐτάχθησαν ἐς τὸν πεζὸν] Cf. quae similia attuli ad VII, 21. In proxime seqq. articulum *τὰς* ante *Ἀθήνας*, quem post Schaefer. retinuit Matthiae, equidem cum reliquis delevi auctoritate Florentini codicis aliorumque.

ὡς καὶ πρότερον δεδήλωται] Vid. VIII, 113. — Formulam loquendi *ὡς — ἐπεικάσαι ut vero coniicere licet* s. *coniecturâ si uti licet*, illustrat Matth. Gr. Gr. §. 545 p. 1070, cui add. Hermann. ad Viger. p. 744 et Apitzius ad Sophocl. Trachin. Adverss. p. 107 ad vers. 131. Quod in Sancrofti exstat codice *ἀπεικάσαι* pro *ἐπεικάσαι*, id merito huic loco congruere negat Wesselingius, cum *ἀπεικάζειν* poni soleat in *assimilando* et *comparando*, *ἐπεικάζειν* in *coniiciendo*. Conf. Aeschyl. Choeph. 963 ibique Blomfield. Suppl. 252. Sophocl. Oed. Col. 17. 147, Trach. 144: quae attulit Wesselingius, qui etiam de ipso Persici exercitus numero conferri vult Diodor. Sic. XI, 30.

Cap. XXXIII.

κατά τε ἔθνεα καὶ κατὰ τέ-

ortu Eleus, qua mercede civitatem a Spartanis obtinuerit:

2 καὶ ἀμφότεροι. Ἕλλησι μὲν Τισαμενὸς Ἀντιόχου ἦν ὁ θυόμενος· οὗτος γὰρ δὴ εἵπετο τῷ στρατεύματι τούτῳ μάντις· τὸν, ἐόντα Ἠλεῖον καὶ γένεος τοῦ Ἰαμιδέων Κλυτιάδην, Λακεδαιμόνιοι ἐποιήσαντο
3 λεωσφέτερον. Τισαμενῷ γὰρ μαντευομένῳ ἐν Δελ-

λεα] Conf. VII, 81. IX, 20. De verbo θύεσθαι conf. nott. ad VII, 189.

καὶ γένεος τοῦ Ἰαμιδέων Κλυτιάδην] Haud fugit interpretes Ciceronis locus De Divinat. I, 41: „Elis in Peloponneso familias duas certas habet, Iamidarum unam, alteram Clytidarum, haruspicinae nobilitate praestantes.“ Iam si Tisamenus fuerit Clytiades atque τῶν Ἰαμιδῶν (ut patet e Pausan. III, 11 §. 6, qui probabiliter sequitur Herodotum), affinitate hasce familias fuisse nexas Tisamenique patrem e Clytiadis fuisse colligit Wesselingius. A lectore quodam ad voces γένεος τοῦ Ἰαμιδέων adscripta fuisse verba οὐ Κλυτιάδην s. ἢ Κλυτιάδην olim statuerat Valcken. Sed libri scripti omnes tenent Κλυτιάδην, cuius loco Sancrofti codex habet Κλυτιάδου. Et potuit sane gens Iamidarum nobilissima (de qua vid. nott. ad V, 44) in diversas discedere stirpes sive familias; quarum una a Clytio quodam originem tulerit, unde progenitus Tisamenus Clytii sive filius sive unus e posteris. Ex qua Iamidarum stirpe plures vates Eleenses, observante Valckenaerio, idem profert Pausanias, *Eumantin* IV, 16 §. 1. *Thrasybulum* VI, 2 §. 2 [et VIII, 10 §. 4], *Eperastum* e Clytii stirpe VI, 17 §. 4. Ac vatem *Eleum*, *Hegesistratum* e Telliadarum stirpe secum habuit Mardonius teste Herodoto IX, 37; ita ut triplex existat vatum genus per Elidem, vatibus, ut ad VIII, 27 notavimus, insignem: *Iamidae*, *Clytiadae*, *Telliadae*: quos eosdem memorat Philostrat. V. A. V, 25. De Iamidis et Clytiadis dudum egerant, notante Valckenaerio, Victor. V. L. XIII, 15. Leopard. Emendd. IV, 18.

λεωσφέτερον] i. e. πολιήτην σφέτερον, ut paulo infra ipse loquitur Noster, Portus interpretatus erat: οἵ τινὲς ἐκ τοῦ λεῶ (i. e. λαοῦ) σφετέρου ποιοῦσιν εἶναι. Disiuncte scribi voluit Reiske: λεῷ σφέτερον.

μαντευομένῳ ἐν Δελφοῖσι περὶ γόνου] Verbum μαντεύεσθαι hic indicat: *consulere oraculum*, *sciscitari*, ut I, 46. VIII, 36; cum alias, atque inprimis apud Pausaniam, ut bene monuit Siebelis ad III, 11 §. 6. II, 24 §. 1, significet: *oracula edere, vaticinari*: quâ eâdem significatione hoc verbum apud Herodotum IX, 34. 35. 37 fin. 92. 95 obvium. Vocem

φοῖσι περὶ γόνου, ἀνεῖλε ἡ Πυθίη, ἀγῶνας τοὺς μεγίστους ἀναιρήσεσθαι πέντε. ὁ μὲν δὴ ἁμαρτὼν τοῦ χρηστηρίου, προσεῖχε γυμνασίοισι, ὡς ἀναιρη-
4 σόμενος γυμνικοὺς ἀγῶνας. ἀσκέων δὲ πεντάεθλον, παρὰ ἓν πάλαισμα ἔδραμε νικᾶν ὀλυμπιάδα, Ἱερω-

---

γόνου quod suspectum videri posse addit Schweighaeuserus, mirans, quod de *prole* consulenti oraculum nihil tale, quod ad prolem proxime pertineat, responderit, notandum est, ab Herodoto non omne afferri Apollinis responsum, sed id unum inde commemorari, quod maxime advertebat ac tenebat scriptorem. — In seqq. ad verbum ἀναιρήσεσθαι conf. nott. ad V, 102. Formulae ἁμαρτάνειν τοῦ χρησμοῦ (*oraculi sensum non assequi* ut I, 71. IV, 164) opponitur συνιέναι τοῦ χρησμοῦ apud Pausan. III, 11 §. 6. — Articulum τοῖσι ante γυμνασίοισι, quem post Schaeferum tenuit Matthiae, equidem abieci cum reliquis edd., quum a Florentino aliisque ille absit. — Ad vocem πεντάεθλον conf. VI, 92 ibique allata.

παρὰ ἓν πάλαισμα ἔδραμε νικᾶν ὀλυμπιάδα] i. e. *reportasset victoriam Olympicam, nisi unum luctae certamen obstitisset* s. *nisi una lucta ab Hieronymo fuisset superatus*. Monuit de usu verbi τρέχειν G. Hermann. ad Viger. p. 702. Praepositio in talibus vim habet excludendi, bene notante Wesselingio et Valckenaerio, qui de hoc usu excitant Casaubon. ad Strabon. X p. 700 s. 456. Demosthen. in Aristocr. p. 331 [p. 688, 26 R.] Isae. p. 41, 36 [p. 40 R.] Dio Chrysost. IX p. 141 D. coll. Matth. Gr. Gr. §. 588 p. 1174. Tu vide potissimum Pausaniae l. l. Herodotea explanantis: quo ex loco simul discimus, Tisamenum in *cursu* et *saltu* victorem fuisse, in *lucta* succubuisse. Sed quinquertium cum quinque complecteretur certaminum genera: saltum, discum, iaculationem, cursum, luctam (de quo vid. Philipp. De Pentathlo s. Quinquertio Berolin. 1827 pag. 27 seq. 87); iure quaeras de duobus hic praetermissis generibus, de iaculo et disco. Boeckhius utrumque athletam parem fuisse arbitratur, adeo ut neuter pro victore haberi potuerit, G. Hermannus Tisamenum utroque certamine superiorem atque victorem discessisse ponit. Quo rectius, opinor, Philipp. l. l. p. 105 Tisamenum statuit utroque certamine victum abiisse. Sed illud bene mihi observare videtur G. Hermann. (Opuscc. Acadd. III p. 29 s. De Sosigen. Aeginet. p. 9), hoc Herodoti loco satis comprobari, illum, qui in aliqua quinquertii parte victus fuisset,

5 νύμῳ τῷ Ἀνδρίῳ ἐλθὼν ἐς ἔριν. Λακεδαιμόνιοι δὲ,
μαθόντες οὐκ ἐς γυμνικοὺς ἀλλ' ἐς ἀρηΐους ἀγῶνας
φέρον τὸ Τισαμενοῦ μαντήϊον, μισθῷ ἐπειρῶντο
πείσαντες Τισαμενὸν ποιέεσθαι ἅμα Ἡρακλειδέων
6 τοῖσι βασιλεῦσι ἡγεμόνα τῶν πολέμων. ὁ δὲ, ὁρέων
περὶ πολλοῦ ποιευμένους Σπαρτιήτας φίλον αὐτὸν 709
προσθέσθαι, μαθὼν τοῦτο, ἀνετίμα, σημαίνων σφι,
ὡς „ἤν μιν πολιήτην σφέτερον ποιήσωνται τῶν
„πάντων μεταδιδόντες, ποιήσει ταῦτα, ἐπ' ἄλλῳ μι-
7 „σθῷ δ' οὔ.“ Σπαρτιῆται δὲ, πρῶτα μὲν ἀκούσαν-
τες δεινὰ ἐποίευν τε καὶ μετίεσαν τῆς χρησμοσύνης

---

reliqua tamen peregisse genera, ut certe ei, a quo superatus esset, quinquertii victoriam eriperet, aut quantum in ipso esset, laudem eius minueret. Id quoque Herodoti testimonio, ut idem monet, probatur, neminem, nisi qui in omnibus quinque certaminibus adversarium superasset, victorem quinquertii esse habitum. — In seqq. cum recentt. revocavi *Λακεδαιμόνιοι δὲ μαθόντες*, ubi vulgo *μαθόντες δὲ Λακεδαιμόνιοι:* quod post Schaeferum etiam retinuit Matth.

ἐπειρῶντο πείσαντες] Vid. IX, 53. Quod sequitur *φίλον προσθέσθαι* (*amicum sibi aliquem adsciscere*), invenitur quoque III, 74. V, 66. 69, ubi alia quaedam iam excitavi. Verbum *ἀνατιμᾶν* de mercatoribus dici, qui *annonam incendunt* s. *pretium augent*, bene notavit Valckenaer., citans Dion. Cass. XXXVIII, 5 itemque verbum cognatum *ἐπιτιμᾶν*, cuius usum illustravit Ruhnken. ad Timaei Lex. Plat. p. 115, cui Cr. addit Zonar. Lex. s. v. *ἐπετίμα* pag. 831. — Mox pro *ποιήσει* Schaefer. et Matth. *ποιήσειν* e Sancrofti libro.

δεινὰ ἐποίευν] Revocavi hoc, probante Schweighaeusero et Stegero, quamquam de eo dubitat censor Lipsiensis 1833 p. 48. E duobus codd. Schaefer. dederat *ἐποιεῦντο* eumque sequitur Bekkerus.

μετίεσαν τῆς χρησμοσύνης] i. e. *missam fecerunt eius artem vaticinandi*, sive, ut bene reddit Lange: *sie schlugen sich die Weissagung ganz aus dem Sinn.* Vid. Matth. Gr. Gr. §. 332, 7 pag. 640 et ed. Brit. p. XLV. Vocem *χρησμοσύνης* Schweighaeuser. in Lex. Herod. eodem sensu quo *μαντοσύνην* accipi vult de *arte* ac *munere vatis*; Wesseling., cui accedit Schneider. in Lex. Gr. s. v. *desiderium* h. l. intelligi maluit eoque referunt, quae cap. 35 initio leguntur: *Σπαρτιῆται ἐδέοντο γὰρ δεινῶς τοῦ Τισαμενοῦ.*

τὸ παράπαν. τέλος δὲ, δείματος μεγάλου ἐπικρεμαμένου τοῦ Περσικοῦ τούτου στρατεύματος, καταί-
8 νεον μετιόντες. ὁ δὲ, γνοὺς τετραμμένους σφέας, οὐδ᾽ οὕτω ἔφη ἔτι ἀρκέεσθαι τούτοισι μούνοισι, ἀλλὰ δεῖν ἔτι καὶ τὸν ἀδελφεὸν ἑωυτοῦ Ἡγίην γίνεσθαι Σπαρτιήτην ἐπὶ τοῖσι αὐτοῖσι λόγοισι τοῖσι
34 καὶ αὐτὸς γίνεται. Ταῦτα δὲ λέγων οὗτος ἐμιμέετο Μελάμποδα, ὡς εἰκάσαι βασιληΐην τε καὶ πολιτηΐην,
2 αἰτεόμενον. καὶ γὰρ δὴ καὶ Μελάμπους, τῶν ἐν Ἄργεϊ γυναικῶν μανεισέων, ὥς μιν οἱ Ἀργεῖοι ἐμισθοῦντο ἐκ Πύλου παῦσαι τὰς σφετέρας γυναῖκας τῆς νούσου, μισθὸν προετείνατο τῆς βασιληΐης τὸ

imitatus hac in re Melampodem regiam Argis dignitatem simili olim ratione adeptum,

---

καταίνεον μετιόντες] i. e. *concesserunt in hanc conditionem, eum arcessentes.* Verbum καταινεῖν eodem significatu IX, 34, ubi etiam dicit συγχωρεῖν. Participium μετιόντες bene tuetur Wesselingius, ut III, 15. In aliis exstat μετιέντες, unde Portus interpretatur: *de sua pertinacia remittentes.* — Ad verba ἀρκέεσθαι τούτοισι μούνοισι vid. Matth. Gr. Gr. §. 398, a p. 728 et nott. ad Herod. VII, 160. — Quem Herodotus vocat Ἡγίην, Pausan. III, 11 §. 5 nepotem Tisameni vocat Ἁγίαν vatem, qui Lysandro in proelio ad Aegos potamos commisso fuerit vaticinatus. Caeterum ut Hegiam, ita Tyrtaeum quoque in Spartanorum civium numerum fuisse receptum accepimus. Lege sis Plutarch. II p. 230 D., ubi nonnulla attulit Wyttenbach. in Animadverss. p. 1188 seq.

Cap. XXXIV.

ἐμιμέετο Μελάμποδα] i. e. *imitari studuit,* ut mox ἐμισθοῦντο *locare studuerunt* s. *voluerunt:* de qua imperfecti notione vid. citt. ad I, 68. De *Melampode* vid. II, 49. VII, 221 Schubart Quaest. geneall. pag. 73 seq. 108 seq. Comparari autem debent cum hac Herodoti narratione, Diodor. Sicul. IV, 68. Schol. ad Pindar. Nem. IX, 30. Pausan. II, 18 §. 4, quo auctore hoc accidit, cum Anaxagoras Argei filius regnum Argis teneret. Et vid. quoque Ovid. Met. XV, 322.

βασιληΐην τε καὶ πολιτηΐην αἰτεόμενον] i. e. *regnum et ius civitatis sibi petentem.* Bene *Wesselingius:* „Tisamenus ius Spartanae civitatis quaerebat, Melampus partem regni Argivorum: pares ambo cupiditate habendi, valde dispares in re desiderata.“ — Pro αἰτεόμενον alii αἰτεόμενος.

προετείνατο] Hoc loco Schaeferus, quem Matth. et Bekker. sequuntur, retinet προετείνετο,

3 ἥμισυ. οὐκ ἀνασχομένων δὲ τῶν Ἀργείων, ἀλλ' ἀ-
πιόντων ὡς ἐμαίνοντο πολλῷ πλεῦνες τῶν γυναικῶν,
οὕτω δὴ ὑποστάντες τὰ ὁ Μελάμπους προετείνετο,
4 ἤϊσαν δώσοντές οἱ ταῦτα. ὁ δὲ ἐνθαῦτα δὴ ἐπορέ-
γεται, ὁρέων αὐτοὺς τετραμμένους, φὰς, „ἢν μὴ καὶ
„τῷ ἀδελφεῷ Βίαντι μεταδῶσι τὸ τριτημόριον τῆς
„βασιληΐης, οὐ ποιήσειν τὰ βούλονται." οἱ δὲ Ἀρ-

---

quod ipsum paulo inferius, ubi illi προετείνατο, exhibuit Gaisford. De ipso verbo conf. nott. ad VII, 160.

οὕτω δὴ ὑποστάντες] i. e. ita s. tum demum Argivi recipientes, quae Melampus *proposuit*, s. *in conditionem a Melampode propositam consentientes accesserunt, haec ipsi daturi.* Haud aliter fere ὑφιστάναι III, 127. 128. De voculis οὕτω δὴ cf. allata ad IX, 6. Sequens ἐπορέγεται reddiderim: *plura adeo petiit*, praeter ea, quae iam petierat, aliud quid sibi postulans. Ea enim praepositionis ἐπὶ in verbis compositis est vis, ut aliquid addi vel augeri indicet. Conf. quae notavi in Creuzeri Melett. III p. 61. Ad structuram verbi μεταδιδόναι conf. VIII, 5.

τὸ τριτημόριον τῆς βασιληΐης] Non satis congruere videntur Herodotea cum iis, quae enarrat Diodorus IV, 68, Argivos scil. Melampodi gratiam rependentes duas regni partes esse largitos, Melampodem autem cum Biante fratre suam communicasse portionem. Nec magis convenit Pindari scholiasta Nem. IX, 30 Melampodem scribens, postquam mercede pacta duarum regni partium mulieres furore agitatas purgasset, servasse sibi dimidium, alterum ultro Bianti concedentem: ita ut omne imperium esset tripartitum, inter Melampodidas, Biantidas et Proetidas divisum. Dissentit denique Pausanias II, 18 §. 4 mulierum a furore sanatarum hanc Melampodi gratiam scribens ab Anaxagora esse relatam, ut aequis cum ipso ipsiusque fratre Biante partibus regnum communicaret. Sed quis quaeso in talibus omnia sibi prorsus congruere exspectabit? Addam equidem Schweighaeuseri notam: „Praeter *dimidium regni*, quod sibi Melampus postulaverat, insuper fratri suo postulavit *tertiam regni partem*, nempe tertiam partem dimidiati regni, quod Argivis superesset, adeoque sextam partem totius. Igitur, quandoquidem conditioni subscripserunt Argivi, accepit Melampus cum fratre quatuor sextas partes, id est duas de tribus partibus totius regni, ut Diodorus Sic. ait et Pindari Scholiastes."

γεῖοι ἀπειληθέντες ἐς στεινὸν, καταινέουσι καὶ ταῦτα.
35 Ὡς δὲ καὶ Σπαρτιῆται, ἐδέοντο γὰρ δεινῶς τοῦ Τισαμενοῦ, πάντως συνεχώρεόν οἱ. συγχωρησάντων δὲ καὶ ταῦτα τῶν Σπαρτιητέων, οὕτω δὴ πέντε σφι μαντευόμενος ἀγῶνας τοὺς μεγίστους Τισαμενὸς ὁ Ἠλεῖος, γενόμενος Σπαρτιήτης, συγκαταιρέει. μοῦνοι δὲ δὴ πάντων ἀνθρώπων ἐγένοντο
2 οὗτοι Σπαρτιήτῃσι πολιῆται. οἱ δὲ πέντε ἀγῶνες, οἵδε ἐγένοντο· εἷς μὲν καὶ πρῶτος, οὗτος ὁ ἐν Πλαταιῇσι· ἐπὶ δὲ, ὁ ἐν Τεγέῃ πρὸς Τεγεήτας τε

idemque Spartae quinque auctor victoriarum.

ἀπειληθέντες ἐς στεινὸν] Vid. I, 24. VIII, 109 de locutione. Verbum καταινεῖν attigi ad IX, 33.

Cap. XXXV.

πάντως συνεχώρεόν οἱ] Pro πάντως Schweighaeusero in mentem venerat πάντων, quemadmodum VII, 161. Quo tamen opus esse negat Letronne in Journal des Sav. 1817 pag. 44, si quidem πάντως, quod idem valeat atque ἅπασι, aeque probum constituat sensum atque πάντως ἀγαθὸς, alia id genus. In seqq. μαντεύεσθαι *vaticinandi* notionem habet, ut diximus ad IX, 33.

συγκαταιρέει] i. e. *ad maxima certamina feliciter peragenda suam ille operam contulit Spartanis* s. *operâ suâ* (divinandi scil. arte) *Spartanos adiuvit.* Conf. nott. ad VII, 50. Pausanias III, 11 §. 6 hunc in modum haec protulit: σφίσιν ὁ Τισαμενὸς ἀγῶνας πολέμου πέντε ἐνίκησε.

μοῦνοι δὲ δὴ πάντων ἀνθρώπων ἐγένοντο οὗτοι Σπαρτιήτῃσι πολιῆται] Hoc sane nemo mirabitur, qui, qualis omnino civitatis Spartanae fuerit ratio atque indoles, bene novit: ut in quâ ob arctissimam illam stirpium cognationem, quae eadem in omnibus Dorum institutis conspicua, peregrinum admittere familiisque immiscere nefas habebatur. Itaque maxime memorabile, quod a scriptore hîc proditur vereque unicum, quod Tisamenus Eleus eiusque frater Hegias in Laconum civitatem ita receptus fuit, ut eodem, quo ceteri Spartani veri ac genuini, uterentur iure iisdemque fruerentur privilegiis, quibus legitime nati Spartani fruuntur, quin in unam etiam recepti tribum e tribus illis tribubus, quibus omnis constitit Spartanorum civitas.

ἐπὶ δὲ] Vid. VII, 219 de locutione. Quae h. l. dicuntur quinque certamina, ea eodem ordine recenset Pausan. III, 11 §. 6 ipsum Herodotum probabiliter secutus. Quae post Plataeensem pugnam commemorantur Spartanorum certamina,

καὶ Ἀργείους γενόμενος· μετὰ δὲ, ὁ ἐν Διπαιεῦσι πρὸς Ἀρκάδας πάντας, πλὴν Μαντινέων· ἐπὶ δὲ, ὁ Μεσσηνίων ὁ πρὸς Ἰθώμῃ· ὕστατος δὲ, ὁ ἐν Τα- 710

alterum cum Tegeatis Argivisque, alterum cum Arcadibus commissum, incidunt intra Olymp. LXXV, 2 et LXXVIII, 4, observante C. O. Müller. Dor. I p. 188, qui merito ad haec attendi vult. Nam unica fere est mentio eorum, quae post Persas devictos in Peloponneso inter ipsos Peloponnesios acciderint. Tegeatas Spartanis semper infensos fuisse novimus: qui reconciliati cum Spartanis iisque sociati per bellum Persicum postea disiuncti priores inimicitias renovasse videntur. Argivis etiam perpetuas fere rixas atque contentiones cum Spartanis fuisse accepimus: quippe quorum principatum, ut videtur, detrectabant indeque etiam in Persico bello ceteros Graecos haud adiuvabant, neutrorum partes secuti. Nec plura nobis innotuere de Spartanorum certaminibus cum *Arcadibus* vicinis, quos Spartae sive dominatum sive principatum ferre noluisse ac de agrorum terminis cum Spartanis contendisse credibile est. De *Dipaeensibus* ita Pausanias l. l. *οἱ δὲ Διπαιεῖς ἐν τῇ Μαιναλίᾳ πόλισμα Ἀρκάδων ἦσαν*: e quibus ipsis concludere liceat, Pausaniae aetate memoriam urbis iam obliteratam fuisse, aut etiam ipsam urbem illa aetate non amplius exstitisse.

ὁ Μεσσηνίων ὁ πρὸς Ἰθώμῃ] Vulgo: *πρὸς τῷ Ἰσθμῷ*. At articulum meliores libri ignorant male retentum a Schaefero et Matthiae. Sed *Ἰσθμῷ* omnes praebent scripti libri, quos hic deserendos censui Palmerii coniecturam, quam etiam praetulit Negris, secutus, Larchero quoque probatam et Siebelisio ad Pausan. l. l. pag. 31, qui nunc, ab eodem Siebelisio constitutus, praebet: *τέταρτον δὲ ἠγωνίσατο πρὸς τοὺς* [ubi olim male insertum erat *ἐξ Ἰσθμοῦ*] *ἐς Ἰθώμην ἀποστάντας τῶν εἱλώτων*; addit Pausanias, tunc quidem non omnes defecisse helotas, sed Messenicos tantum, qui se a priscis Helotis abiunxerant, eosque Delphici Apollinis ex oraculo et Tisameni monitis a Lacedaemoniis foedere facto esse dimissos incolumes. Vocatur autem hoc bellum vulgo tertium Messenicum, excitatum tam a Messeniis Spartae subditis et in helotarum statum redactis, quam a priscis helotis, vel certe eorum parte, viribus coniunctis, et decem in annos productum obsessa Ithone, i. e. ab anno 465—456 a. Chr. n. s. Olymp. LXXVIII, 4—LXXXI, 1. Vid. Thucydid. I, 101. Diodor. Sic. XI, 64. Plutarch. Cimon. 16 coll. Dahlmann. Herod. pag. 39 et C. O. Müller. Dor. I p. 189. Quo magis mi-

νάγρῃ πρὸς Ἀθηναίους τε καὶ Ἀργείους γενόμενος. οὗτος δὲ ὕστατος κατεργάσθη τῶν πέντε ἀγώνων.

36 Οὗτος δὴ τότε τοῖσι Ἕλλησι ὁ Τισαμενὸς, ἀγόντων τῶν Σπαρτιητέων, ἐμαντεύετο ἐν τῇ Πλαταιΐδι. τοῖσι μέν νυν Ἕλλησι καλὰ ἐγίνετο τὰ ἱρὰ, ἀμυνομένοισι· διαβᾶσι δὲ τὸν Ἀσωπὸν καὶ μάχης ἄρχουσι, οὔ.

Proelium lacessere exta tum Graecos,

37 Μαρδονίῳ δὲ, προθυμεομένῳ μάχης ἄρχειν, οὐκ ἐπιτήδεα ἐγίνετο τὰ ἱρά· ἀμυνομένῳ δὲ καὶ τούτῳ καλά· καὶ γὰρ οὗτος Ἑλληνικοῖσι ἱροῖσι ἐχρέετο, μάντιν ἔχων Ἡγησίστρατον, ἄνδρα Ἠλεῖόν
2 τε καὶ τῶν Τελλιαδέων ἐόντα λογιμώτατον. τὸν δὴ πρότερον τούτων Σπαρτιῆται λαβόντες ἔδησαν ἐπὶ θανάτῳ, ὡς πεπονθότες πολλά τε καὶ ἀνάρσια ὑπ' αὐ-

tum barbaros prohibent: nam et Mardonius ad sacra Graeco ritu facienda vatem, Hegesistratum Eleum, conduxerat. Hic iam antea Spartanorum hostis, quam miro modo, cum in illorum manus aliquando incidisset, e custodia evaserit.

---

rari subit Gailium (Le philol. IV p. 381—388) hoc modo lectioni olim vulgatae Ἰσθμῷ patrocinari; ut bellum istud Messenicum tertium unquam exstitisse, locumque Herodoti e Pausania emendari posse neget. Unam in clausula addam Schweighaeuseri coniecturam, πρὸς Ἰθώμῳ reponentis, si nimirum aliunde constaret, non solum Ἰθώμην sed etiam Ἴθωμον Graecos dixisse.

ὁ ἐν Τανάγρῃ] Haec pugna, de qua vid. Thucydid, I, 108 ibiq. interprett. Diodor. XI, 80, incidit in annum 457 a. Chr. n. sive Olymp. LXXX, 4, aut, ut Dahlmann. ponit, in annum 458 a. Chr. n. s. Olymp. LXXX, 3. — Ad passivam notionem aoristi κατεργάσθη cf. Matth. Gr. Gr. §. 495.

Cap. XXXVI.

ἐμαντεύετο] i. e. *vaticinabatur*. Vid. nott. ad IX, 33. — Ad seqq. καλὰ ἐγίνετο τὰ ἱρὰ conf. allata ad VII, 134 et Schaefer. ad Lambert. Bos. De ellipss. L. Gr. p. 213. Infra IX, 37 οὐκ ἐπιτήδεα ἐγίνετο τὰ ἱρὰ eodem spectat.

Cap. XXXVII.

προθυμεομένῳ] Duo codd. προθυμένῳ; Florentinus cum uno Parisino προθυμομένῳ, quod genuinum videtur Schaefero l. l., ubi de usu participii in dativo positi plura affert. Sed quae sequuntur: ἀμυνομένῳ δὲ καὶ τούτῳ satis vulgatam tueri videntur. — ἐχρέετο reliqui intactum, quamquam Florentinus, Mediceus, alii: ἐχρέατο, duo codd. ἐχρᾶτο.

ἄνδρα Ἠλεῖόν τε καὶ τῶν Τελλιαδέων] Vid. nott. ad IX, 33. Male *Arcadem* vocat Plutarch. II p. 479 B. Ad verba ἔδησαν ἐπὶ θανάτῳ vid. I, 109.

3 τοῦ. ὁ δὲ ἐν τούτῳ τῷ κακῷ ἐχόμενος, ὥστε τρέχων περὶ τῆς ψυχῆς πρό τε τοῦ θανάτου πεισόμενος πολλά τε καὶ λυγρὰ, ἔργον ἐργάσατο μέζον λό-
4 γου. ὡς γὰρ δὴ ἐδέδετο ἐν ξύλῳ σιδηροδέτῳ, ἐσενειχθέντος κως σιδηρίου ἐκράτησε· αὐτίκα δὲ ἐμηχανᾶτο ἀνδρειότατον ἔργον πάντων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν. σταθμησάμενος γὰρ ὅκως ἐξελεύσεταί οἱ τὸ λοιπὸν
5 τοῦ ποδὸς, ἀπέταμε τὸν ταρσὸν ἑωυτοῦ. ταῦτα δὲ ποιήσας, ὥστε φυλασσόμενος ὑπὸ φυλάκων, διορύξας τὸν τοῖχον, ἀπέδρη ἐς Τεγέην, τὰς μὲν νύκτας πορευόμενος, τὰς δὲ ἡμέρας καταδύνων ἐς ὕλην καὶ αὐλιζόμενος· οὕτω ὥστε Λακεδαιμονίων πανδημεὶ διζημένων, τρίτῃ εὐφρόνῃ γενέσθαι ἐν Τεγέῃ· τοὺς δὲ ἐν θώυματι μεγάλῳ ἐνέχεσθαι τῆς τε τόλμης, ὁ-

---

III, 119 et de voce ἀνάρσια nott. ad III, 10.

ἐν τούτῳ τῷ κακῷ ἐχόμενος] Attigi ad VIII, 52. Seqq. ὥστε τρέχειν περὶ τῆς ψυχῆς illustravi ad VII, 57. Ad voces μέζον λόγου vid. nott. ad VII, 147.

ἐδέδετο ἐν ξύλῳ σιδηροδέτῳ] Attigi ad VI, 75. Wesselingius conferri iubet Petit. ad Legg. Attic. IV, 9 p. 461 et Actt. Apost. XVI, 24 ibique Wetsten.

ἐσενειχθέντος κως σιδηρίου ἐκράτησε] i. e. *nactus est instrumentum ferreum aliquo modo compedibus illatum* eoque ipso dein usus est ad pedem amputandum. Namque pes adstrictus erat ligno σιδηροδέτῳ i. e. quod ferro revinctum erat; idque ipsum ferrum s. ferramentum (hoc enim est σιδήριον, ut notavi ad VII, 18) inde extraxit, quo pedem implicatum et innexum abscinderet. — In seqq. verbum σταθμησάμενος hinc excitat Suidas s. v. III p. 368.

ἀπέταμε τὸν ταρσὸν] *Plantam pedis* interpretantur s. anteriorem pedis partem, quâ parte pes latior est. Pollux II, 4 §. 197: (τοῦ ποδὸς) τὸ ἔμπροσθεν μετὰ τοὺς δακτύλους, ταρσός. In huius ταρσοῦ abscissi locum mox ille substituisse fertur ξύλινον πόδα: itaque ταρσὸν latiori sensu accipere malim de omni pede aut certe de inferiori eius parte. *Tegeam* autem Hegesistratus aufugit, quo eodem etiam Leotychides in exilium abierat, teste Herodoto VI, 67: quippe Tegeatae Laconibus infensi atque inimici, ut monui ad I, 65. IX, 26 fin. 35. De verbo αὐλίζεσθαι conf. nott. ad VIII, 8; de voce εὐφρόνης vid. nott. ad VII, 12.

ἐν θώυματι — ἐνέχεσθαι]

ῥέοντας τὸ ἡμίτομον τοῦ ποδὸς κείμενον, κἀκεῖνον
6 οὐ δυναμένους εὑρεῖν. Τότε μὲν οὕτω διαφυγὼν
Λακεδαιμονίους, καταφεύγει ἐς Τεγέην, ἐοῦσαν οὐκ
ἀρθμίην Λακεδαιμονίοισι τοῦτον τὸν χρόνον. ὑγιὴς
δὲ γενόμενος, καὶ προσποιησάμενος ξύλινον πόδα
7 κατεστήκεε ἐκ τῆς ἰθείης Λακεδαιμονίοισι πολέμιος.
οὐ μέντοι ἔς γε τέλος οἱ συνήνεικε τὸ ἔχθος τὸ ἐς
Λακεδαιμονίους συγκεκυρημένον· ἥλω γὰρ μαντευό-
8 μενος ἐν Ζακύνθῳ ὑπ' αὐτῶν, καὶ ἀπέθανε. Ὁ
μέν νυν θάνατος ὁ Ἡγησιστράτου ὕστερον ἐγένετο
τῶν Πλαταιϊκῶν· τότε δ' ἐπὶ τῷ Ἀσωπῷ Μαρδο-

Hic quoque reposui θωύματι pro θώματι. Ipsam locutionem attigi VIII, 25. 135. Post τόλμης sustuli distinctionem, quo intelligeretur voculam τε ante τόλμης pertinere ad ῥέοντας, quocum convenit κἀκεῖνον (i. e. καὶ ἐκεῖνον) οὐ δυναμένους. — Voculam ἀρθμίην attigi ad IX, 9. — In seqq. προσποιησάμενος est: *sibi ligneum pedem adscivit*, *fieri iussit*, ubi medii verbi elucet vis. Conf. VI, 66 ibique nott. et potissimum Plutarch. II p. 479 B.

κατεστήκεε] i. e. *factus est*, *exstitit*, ut I, 31. 92. IX, 70. ἐκ τῆς ἰθείης valet *palam*, *aperte*, ut monui ad III, 127. — Mox οὐ μέντοι γε ἐς τέλος, e libris quibusdam allatum non assumsi, persistens in vulgata, οὐ μέντοι ἔς γε τέλος, quam etiam Bekkerum retinuisse video. Conf. nott. ad II, 63.

τὸ ἔχθος τὸ ἐς Λακεδαιμονίους συγκεκυρημένον] Variavit orationem IX, 38 scribens τὸ ἔχθος τὸ Λακεδαιμονίων. Nostrum locum Portus Latine reddidit: *odium casu fortuito susceptum;* Reiskius: *odium quocunque demum casu ipsum inter et Lacedaemonios conflatum*; Schweighaeuserus (qui illud *fortuitum* urgeri vetat): odium quod illi acciderat s. quod acceperat. Equidem hunc fere totius loci sensum esse crediderim: *Neque tamen ei ad extremum usque* (bene) *cessit inimicitia*, *in quam inciderat cum Lacedaemoniis.* Verbum συνήνεικε non aliter fere adhibetur VIII, 87.

ἥλω γὰρ — ἐν Ζακύνθῳ] Hoc factum esse coniicit Schöll, vernaculus interpres, secunda belli Peloponnesiaci aestate (s. Ol. 87, 3. a. Chr. n. 430), quâ Lacedaemonii incursionem fecerunt in Zacynthi insulam, iam antea, ut videtur, Spartae infensam, si quidem Demaratus, Spartanorum exsul, eo primum se contulit, teste Herodoto VI, 70. At tum Hegesistratum octogenarium certe senem fuisse statuas necesse erit. Itaque ipse Schöll. de priori quodam

νίῳ μεμισθωμένος οὐκ ὀλίγου, ἐθύετό τε καὶ προεθυμέετο κατά τε τὸ ἔχθος τὸ Λακεδαιμονίων καὶ κατὰ τὸ κέρδος.

38 Graecorum barbaris auxiliantium vates Hippomachus Leucadius. Interim Timagenidas Thebanus Mardonio suadet, ut Cithaeronis fauces occupet.

Ὡς δὲ οὐκ ἐκαλλιέρεε ὥστε μάχεσθαι, οὔτε αὐτοῖσι Πέρσῃσι, οὔτε τοῖσι μετ᾽ ἐκείνων ἐοῦσι Ἑλλήνων· (εἶχον γὰρ καὶ οὗτοι ἐπ᾽ ἑωυτῶν μάντιν Ἱππόμαχον, Λευκάδιον ἄνδρα·) ἐπιῤῥεόντων δὲ τῶν 711
Ἑλλήνων, καὶ γινομένων πλεύνων, Τιμηγενίδης ὁ Ἕρπυος, ἀνὴρ Θηβαῖος, συνεβούλευσε Μαρδονίῳ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Κιθαιρῶνος φυλάξαι· λέγων ὡς ἐπιῤῥέουσι οἱ Ἕλληνες αἰεὶ ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην, καὶ

---

bello, nobis non cognito forsitan hîc cogitandum esse addit.

μεμισθωμένος οὐκ ὀλίγου] i. e. *mercede haud exigua conductus.* Subintelligas licet τιμήματος s. ἀργυρίου: de quo vid. Lambert. Bos. De ellipss. L. Gr. p. 39 seq. 473 seq. — Articulum τῷ ante Μαρδονίῳ, quem tuentur Schaeferus, Matthiae et Bekkerus, equidem cum reliquis abieci, Florentini aliorumque codd. auctoritate fretus.

ἐθύετό τε καὶ προεθυμέετο] Ad verbum ἐθύετο conf. nott. ad VII, 189. Sequens προεθυμέετο intelligo: *magnum studium exhibuit, valde studiosus fuit.* Qui ita interpretatus erat Schweighaeuserus: „sacra faciebat, *libenter suscepto eo munere*" is postea rectius, opinor, in Lex. Herod. ita reddidit: *promtam operam navavit.* In verbis κατά τε τὸ ἔχθος κ. τ. λ. praepositio valet *ob, propter.* Vid. nott. ad VIII, 30. Matth. Gr. Gr. §. 581 p. 1130.

Cap. XXXVIII.

Ὡς δὲ οὐκ ἐκαλλιέρεε] Cf. nott. ad VII, 134.

εἶχον γὰρ καὶ οὗτοι ἐπ᾽ ἑωυτῶν μάντιν Ἱππόμαχον] i. e. *nam hi quoque suum quendam, sibi ipsis proprium habebant vatem Hippomachum* sive, ut Hoogeveen reddit ad Viger. pag. 614: *habebant enim et hi peculiarem sibi haruspicem Hippomachum.* De locutione ἐπ ἑωυτῶν vid. IX, 17 et allata ad IV, 114. — In seqq. τὰς ἐκβολὰς, ut IX, 39, dicit *fauces*, per quas e Cithaerone monte exitus patet. De fluvii exitu s. ostio idem vocabulum VII, 128. De *Timagenida* cf. IX, 86. Pausan. VII, 10 §. 1.

καὶ ὡς ἀπολάμψοιτο συχνοὺς] i. e. *dicens se multos intercepturum esse*, Graecos scil. accurrentes ad Thessalos s. ad eos Graecos, qui a Persarum partibus starent. De forma futuri ἀπολάμψομαι vid. citt. ad III, 146, ubi ἀπολάμψεσθαι

Quo facto, commeatus Graecorum intercipitur.

39 ὡς ἀπολάμψοιτο συχνούς. Ἡμέραι δέ σφι ἀντικατημένοισι ἤδη ἐγεγόνεσαν ὀκτὼ, ὅτε ταῦτα ἐκεῖνος
2 συνεβούλευε Μαρδονίῳ. ὁ δὲ μαθὼν τὴν παραίνεσιν εὖ ἔχουσαν, ὡς εὐφρόνη ἐγένετο, πέμπει τὴν ἵππον ἐς τὰς ἐκβολὰς τὰς Κιθαιρωνίδας, αἳ ἐπὶ Πλαταιέων φέρουσι· τὰς Βοιωτοὶ μὲν Τρεῖς Κεφαλὰς καλέουσι, Ἀθηναῖοι δὲ Δρυὸς Κεφαλάς. πεμ-
3 φθέντες δὲ οἱ ἱππόται, οὐ μάτην ἀπίκοντο. ἐσβάλλοντα γὰρ ἐς τὸ πεδίον λαμβάνουσι ὑποζύγιά τε πεντακόσια, σιτία ἄγοντα ἀπὸ Πελοποννήσου ἐς τὸ

τὴν πόλιν *urbem recipere.* Neque huc non facit illud ἀπολαμφθέντες *conclusi, inclusi, intercepti*: de quo vid. VIII, 10. 11. 76. 97. V, 100. — Quod proxime antecedit αἰεὶ ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην attulit Baquet ad Dion. Chrysost. Specim. p. 66 multa de ista orationis abundantia excitans.

Cap. XXXIX.

Ἡμέραι δέ σφι ἀντικατημένοισι ἤδη ἐγεγόνεσαν ὀκτὼ] Eadem locutio IX, 41. Participii usum in talibus attigi ad IX, 10. — De voce εὐφρόνης vid. VII, 12.

αἳ ἐπὶ Πλαταιέων φέρουσι] i. e. *quae Plataeas versus ducunt.* *Δρυὸς Κεφαλαὶ capita quercus* inveniuntur quoque apud Philostrat. Icon. II, 19 fin., qui, monente Iacobs. pag. 512, nostrum locum respexit, et Thucyd. III, 24 teste Wesselingio, qui alteram appellationem se unquam legisse negat. Nec mihi quidquam innotuit. De his vero faucibus, quibus *Trium capitum* s. *Quercus capitum* nomen, Pausaniam IX, 2 §. 2 cogitasse putat Kruse Hell. II, 1 p. 421 seq., ubi τὴν λεωφόρον (ὁδὸν) appellat, quae nunc vocetur ἐτρατὴ τοῦ *Βίζιρις*. Escendit enim ibi via in obliquum ducta per montem horridum, eaque primaria olim via fuit e Peloponneso in Boeotiam proficiscentibus. Itaque cogitandum erit de ipso montis Cithaeronis iugo prominenti eoque praecipiti ac declivi, per quod via sursum tendebat obtectum quercubus, unde loco nomen. Quin adhuc illas Cithaeronis declivitates pinis et quercubus, aliis eiusmodi arboribus consitas esse peregrinatores asserunt. Ad occidentem Plataearum hunc locum indicarat Barbié in mappa geographica; rectius sane Gail ad orientem inter Eleutheras atque Erythras. Vid. C. O. Müller. Orchomen. p. 488. 489. Thucyd. I, 2 p. 280 Poppo.

4 στρατόπεδον, καὶ ἀνθρώπους, οἳ εἵποντο τοῖσι ζεύγεσι.
ἑλόντες δὲ ταύτην τὴν ἄγρην οἱ Πέρσαι, ἀφειδέως
ἐφόνευον, οὐ φειδόμενοι οὔτε ὑποζυγίου οὐδενός,
5 οὔτε ἀνθρώπου. ὡς δὲ ἄδην εἶχον κτείνοντες τὰ
λοιπὰ αὐτῶν ἤλαυνον περιβαλλόμενοι παρά τε Μαρ-
40 δόνιον καὶ ἐς τὸ στρατόπεδον. Μετὰ δὲ τοῦτο τὸ
ἔργον ἑτέρας δύο ἡμέρας διέτριψαν, οὐδέτεροι βου-
λόμενοι μάχης ἄρξαι. μέχρι μὲν γὰρ τοῦ Ἀσωποῦ
ἐπήϊσαν οἱ βάρβαροι, πειρώμενοι τῶν Ἑλλήνων, διέ-
2 βαινον δὲ οὐδέτεροι. ἡ μέντοι ἵππος ἡ Μαρδονίου
αἰεὶ προσέκειτό τε καὶ ἐλύπεε τοὺς Ἕλληνας. οἱ γὰρ
Θηβαῖοι, ἅτε μηδίζοντες μεγάλως, προθύμως ἔφερον
τὸν πόλεμον, καὶ αἰεὶ κατηγέοντο μέχρι μάχης· τὸ
δὲ ἀπὸ τούτου παραδεκόμενοι Πέρσαι τε καὶ Μῆδοι,
μάλα ἔσκον οἳ ἀπεδείκνυντο ἀρετάς.

καὶ ἀνθρώπους οἳ εἵποντο τοῖσι ζεύγεσι] Possis intelligere *servos*, quos haud raro simpliciter vocari ἀνθρώπους, ostendunt, quae ad Evangel. Luc. XII, 36 allata sunt ab interpretibus et quae ipse attuli ad Plutarch. Alcibiad. pag. 68: nisi h. l. omnino indicantur viles homines, inferioris qui erant conditionis, nec armis ferendis digni sive apti; ut sane nec excludantur servi, nec soli in periculum veniant, ut ait Wesseling.

ἀφειδέως ἐφόνευον] Quid sibi velit vocula ἀφειδέως, statim explicat verbis subiectis: οὐ φειδόμενοι οὔτε ὑποζυγίου οὐδενός, οὔτε ἀνθρώπου. Idem I, 163. 207 fin.

ὡς δὲ ἄδην εἶχεν κτείνοντες] Excitat Suidas s. v. ἄδην I p. 51. Tu vid. Matth. Gr. Gr. §. 550, b pag. 1081. Valckenaerius de hac locutione excitaverat Platon. Charmid. pag. 153 C. De republ. VII fin. Athen. IV pag. 128 E. Hemsterhus. ad Lucian. Nigr. c. 13. T. I pag. 247 Bip.

ἤλαυνον περιβαλλόμενοι] i. e. *reliqua eorum* (iumentorum aeque atque hominum) *abigerunt ad Mardonium*, *circumvenientes*, *cingentes eaque in usum suum vertentes.* Ita Schweighaeuser. in Lex. Herod. De verbo περιβάλλεσθαι conf. III, 71 ibique nott. VIII, 8.

Cap. XL.

μηδίζοντες μεγάλως] Conf. nott. ad IX, 17. Locutionem φέρειν τὸν πόλεμον invenimus IX, 18. Ad κατηγέοντο mente addas licet τῇ τοῦ Μαρδονίου ἵππῳ. — Formam ἔσκον attigimus ad VI, 133. VII, 119.

41 Μέχρι μέν νυν τῶν δέκα ἡμερέων οὐδὲν ἐπὶ πλεῦν ἐγίνετο τούτων. ὡς δὲ ἑνδεκάτη ἐγεγόνεε ἡμέρη ἀντικατημένοισι ἐν Πλαταιῇσι, οἵ τε δὴ Ἕλληνες πολλῷ πλεῦνες ἐγεγόνεσαν, καὶ Μαρδόνιος περιημέκτεε τῇ ἕδρῃ, ἐνθαῦτα ἐς λόγους ἦλθον Μαρδόνιός τε ὁ Γωβρύεω καὶ Ἀρτάβαζος ὁ Φαρνάκεος, ὃς ἐν ὀλίγοισι Περσέων ἦν ἀνὴρ δόκιμος παρὰ Ξέρ-
2 ξῃ. Βουλευομένων δὲ αἵδε ἦσαν αἱ γνῶμαι· ἡ μὲν Ἀρταβάζου, ὡς „χρεὸν εἴη ἀναζεύξαντας τὴν ταχίστην πάντα τὸν στρατὸν, ἰέναι ἐς τὸ τεῖχος τὸ „Θηβαίων, ἔνθα σῖτόν τέ σφι ἐσενηνεῖχθαι πολλὸν,
3 „καὶ χόρτον τοῖσι ὑποζυγίοισι· κατ' ἡσυχίην τε ἵζο- 712

Ita decem diebus exactis cum interea Graecorum exercitus multum crevisset, Mardonius, longioris morae impatiens, frustra renitente Artabazo [8, 126.], contemtisque extis [c. 37.] pugnae consilium init.

ἀποδείκνυσθαι ἀρετὰς, quod etiam hinc excitat Iacobs. ad Aelian. N. A. IV, 1, indicat: *virtutis documenta s. specimina edere.* Vid. allata ad Herodot. VII, 139.

Cap. XLI.

οὐδὲν ἐπὶ πλεῦν ἐγίνετο τούτων] Male quidam ἔτι πλεῦν. Conf. nott. ad VI, 42. Ad usum participii ἀντικατημένοισι conf. IX, 10. Verba: περιημέκτεε τῇ ἕδρῃ accipio: *moram istam impatienter ferebat;* quemadmodum, observante Valckenaerio, apud Thucydidem V, 7, (ubi conf. Wasse) milites dicuntur ἀχθόμενοι τῇ ἕδρᾳ. — Tu vid. nott. ad I, 41. Plutarchus in Aristid. 15 habet verbum δυσανασχετεῖν.

Ἀρτάβαζος ὁ Φαρνάκεος] De *Artabazo* vid. VII, 66. VIII, 126 seq. (ubi vocatur ἀνὴρ ἐν Πέρσῃσι λόγιμος καὶ πρόσθεν ἐὼν κ. τ. λ.) coll. IX, 66. 89. Hoc loco vocatur, ὃς ἐν ὀλίγοισι Περσέων ἦν ἀνὴρ δόκιμος παρὰ Ξέρξῃ i. e. *vir in paucis s. maxime spectatus auctoritateque pollens apud Xerxem.* Locutionem attigi ad IV, 52.

ὡς χρεὸν εἴη] Vid. Matth. Gr. Gr. §. 529 pag. 1028. Verbum ἀναζευγνύναι, quod plerumque absolute ponitur significatione *movendi castra, discedendi cum classe,* h. l. activa notione *abducendi* Noster posuit, ut IX, 58 coll. VIII, 60 §. 1. — Formam εἰσενηνεῖχθαι citat Matth. Gr. Gr. §. 254 pag. 495.

καὶ χόρτον τοῖσι ὑποζυγίοισι] Simili modo apud Diodor. XVI, 41 τοῖς ἵπποις χόρτον et apud Philon. Quod omn. Prob. Lib. pag. 875 A. Heliodor. Aethiop. VIII pag. 398 [cp. 14] χιλὸν κτήνεσι. Attulit Wesselingius. In proxime seqq. διαπράττεσθαι valet *peragere, transigere,* ut IV, 24 coll. I, 2. II, 2. Cf. quae nu-

„μένους διαπρήσσεσθαι, ποιεῦντας τάδε· ἔχειν γὰρ „χρυσὸν πολλὸν μὲν ἐπίσημον, πολλὸν δὲ καὶ ἄση-„μον, πολλὸν δὲ καὶ ἄργυρόν τε καὶ ἐκπώματα· „τούτων φειδομένους μηδενὸς, διαπέμπειν ἐς τοὺς „Ἕλληνας, Ἑλλήνων δὲ μάλιστα ἐς τοὺς προεστεῶ-„τας ἐν τῇσι πόλισι· καὶ ταχέως σφέας παραδώσειν „τὴν ἐλευθερίην, μηδὲ ἀνακινδυνεύειν συμβάλλοντας.“

4 Τούτου μέν νυν ἡ αὐτὴ ἐγίνετο καὶ Θηβαίων γνώμη, ὡς προειδότος πλεῦν τι καὶ τούτου. Μαρδονίου δὲ ἰσχυροτέρη τε καὶ ἀγνωμονεστέρη, καὶ οὐδαμῶς συγ-

---

per dedit Reuter. ad Demosthen. Philipp. I §. 31 pag. 62. Quod paulo infra legitur διαπέμπειν est: *dimittere* in varias scil. partes. Quos hic vocat τοὺς προεστεῶτας, eos IX, 2 dicit τοὺς δυναστεύοντας.

ἡ αὐτὴ ἐγίνετο καὶ Θηβαίων γνώμη] Olim ἐγένετο, invitis codd. De argumento loci sic *Wesselingius*: „Adi ad IX, 2. Putes ex praecedenti consultatione et Artabazi (laudatissimi viri Lib. VIII, 121) sententia, uberem iam tum proditorum in Graeciae urbibus pullulasse proventum: qui quidem succrevit laetissime Philippi Macedonis aevo, teste Demosthen. pro Coron. pag. 145 [pag. 245, 16 Reisk.], ubi orator non diffitetur, superiore memoria haud paucos fuisse. Quin Herodoto horum aliquid suboluerit, haud negaverim.“ Ac sane verba adiecta tale quid indicare videntur: ὡς προειδότος πλεῦν τι καὶ τούτου i. e. *ut qui* (Artabazus) *etiam amplius quid illo* (Mardonio) *praeviderat* s. ut qui maiora adeo quam ille praeviderat mente atque praesciverat; ut sanequam ille commercium quoddam habuisse videatur cum Graecis quibusdam, qui in singulis civitatibus multum pollentes, clam cum Persa transegerant eiusque partes amplexi erant.

ἰσχυροτέρη τε καὶ ἀγνωμονεστέρη, καὶ οὐδαμῶς συγγινωσκομένη] γνώμη ἰσχυροτέρη dicitur *acrior* sententia, *gravior*, ut VII, 102 ἰσχυρὸς νόμος et IV, 205 ἰσχυραὶ τιμωρίαι coll. I, 74; ἀγνωμονεστέρη est *arrogantior*, *ferocior*, ut Schweighaeuserus interpretatur; tu conf. de nomine ἀγνωμοσύνης nott. ad IX, 4. VII, 9 §. 2. οὐδαμῶς συγγινωσκομένη dicitur sententia *minime conveniens cum aliis*, *minime cedens*: de quo conf. nott. ad VII, 12; etsi hoc displicuisse video Gail. (Le philol. V pag. 253), qui reliqua sic Gallice reddenda putat: *trop ferme, trop énergique, trop peu réfléchi.* — Quae apud Herodotum sequuntur verba: δοκέειν τε

γινωσκομένη. „Δοκέειν τε γὰρ πολλῷ κρέσσονα εἶναι
„τὴν σφετέρην στρατιὴν τῆς Ἑλληνικῆς, συμβάλλειν 45
„τε τὴν ταχίστην, μηδὲ περιορᾶν συλλεγομένους ἔτι
„πλεῦνας τῶν συλλελεγμένων· τά τε σφάγια τὰ Ἡγη-
„σιστράτου ἐᾶν χαίρειν, μηδὲ βιάζεσθαι, ἀλλὰ νόμῳ
42 „τῷ Περσέων χρεωμένους συμβάλλειν.“ Τούτου δὲ
οὕτω δικαιεῦντος, ἀντέλεγε οὐδείς, ὥστε ἐκράτεε τῇ

γὰρ πολλῷ κρέσσονα εἶναι κ. τ. λ., in quibus particula τε congruit cum verbis συμβάλλειν τε τὴν ταχίστην, ea pendent ab antecedenti γνώμῃ sententiamque illam Mardonii acriorem indicant.

τά τε σφάγια — μηδὲ βιάζεσθαι] τὰ σφάγια sunt *sacra*, *victimae*; unde non differunt τὰ ἱερά, conf. IX, 45. 61. 62. Locutionem ἐᾶν χαίρειν (*missum facere*, *non curare*) quae etiam exstat IX, 45, attigi ad IV, 112. Valckenaerius laudaverat Platon. Crit. pag. 45 A. (ubi Stallbaum. pag. 111 praeterea laudat Heindorf. ad Theaetet. pag. 441 et ipsum Valckenaer. ad Euripid. Hippolyt. 113) Isocrat. Trapez. pag. 364 C. [cp. 14 §. 29] Xenoph. Anab. VII, 3 §. 23 [ubi cf. Krüger.] et Lucian. I p. 727 (Pro Laps. in Salut. 2. 3.) Quod vero pro μηδὲ βιάζεσθαι olim quis coniecit, probante Negris, μηδὲ φράζεσθαι *neque considerare* s. *neque ad illa animum advertere*, eo haud aegre carebimus. Noluit enim ille *vim inferre auspiciis*, ut scil. invita litarent. Ea enim significatio est verbi βιάζεσθαι, addito accusativo τὰ σφάγια: de quo vid. disputata ad Plutarch. Philopoem. pag. 18. Matthiae, qui μηδὲ βιάζεσθαι idem esse dixerat atque μηδὲ ἐᾶν βιάζεσθαι ἑαυτοὺς *neque permittere*, *ut victimae sibi vim afferant*, et pugnae cupidos a pugna deterreant, bene subiicit, βιάζεσθαι τὰ σφάγια etiam posse esse *vim afferre victimis* et iis invitis (πρὸς βίαν) pugnare. Mihi hoc unum verum esse videtur. Addo Gailii interpretationem l. l. V pag. 255: „*Mardonius disoit*, *qu'il étoit d'avis d'envoyer promener les oracles et de ne pas se laisser faire violence et de n'être pas esclave des rits et usages des Grecs.*“ Ad ipsam locutionem apte Wesselingius attulerat Plutarchi locum II, pag. 244 C. εἰ δὲ μὴ χαίρειν ἐᾶν καὶ μὴ προσβιάζεσθαι. *Cr.* conferri vult Toup. ad Longinum pag. 332 et Coraëm ad Heliodori Aethiopp. VII pag. 248, qui corrigit ἰδιάζεσθαι.

Cap. XLII.

τούτου δὲ οὕτω δικαιεῦντος] i. e. *illo autem sic statuente* s. *quum ille ita faciundum censeret.* Vid. VIII, 126, ne plu-

γνώμῃ· τὸ γὰρ κράτος εἶχε τῆς στρατιῆς οὗτος ἐκ
2 βασιλέος, ἀλλ' οὐκ Ἀρτάβαζος. Μεταπεμψάμενος
ὦν τοὺς ταξιάρχους τῶν τελέων, καὶ τῶν μετ' ἑωυ-
τοῦ ἐόντων Ἑλλήνων τοὺς στρατηγοὺς, εἰρώτα εἴ
τι εἰδεῖεν λόγιον περὶ Περσέων, ὡς διαφθαρέονται
3 ἐν τῇ Ἑλλάδι. σιγώντων δὲ τῶν ἐπικλήτων, τῶν μὲν
οὐκ εἰδότων τοὺς χρησμοὺς, τῶν δὲ εἰδότων μὲν, ἐν
ἀδείῃ δὲ οὐ ποιευμένων τὸ λέγειν, αὐτὸς Μαρδόνιος
ἔλεγε· „Ἐπεὶ τοίνυν ὑμεῖς ἢ ἴστε οὐδὲν, ἢ οὐ τολμᾶτε λέ-
4 „γειν, ἀλλ' ἐγὼ ἐρέω, ὡς εὖ ἐπιστάμενος. ἔστι λόγιον ὡς
„χρεόν ἐστι Πέρσας ἀπικομένους ἐς τὴν Ἑλλάδα, διαρ-
„πάσαι τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Δελφοῖσι, μετὰ δὲ τὴν διαρπαγὴν
5 „ἀπολέσθαι πάντας. ἡμεῖς τοίνυν, αὐτὸ τοῦτο ἐπι-
„στάμενοι, οὔτε ἴμεν ἐπὶ τὸ ἱρὸν τοῦτο, οὔτε ἐπιχει-
„ρήσομεν διαρπάζειν· ταύτης τε εἵνεκα τῆς αἰτίης
6 „οὐκ ἀπολεόμεθα. ὥστε ὑμέων ὅσοι τυγχάνουσι

---

ra et ad voces τῶν τελέων cf. nott. ad VII, 81.

εἴ τι εἰδεῖεν] i. e. *num quid scirent oraculum*. εἰδεῖεν cum recentt. revocavi pro vulg. εἰδοῖεν (conf. Matth. Gr. Gr. §. 231 pag. 450) itemque διαφθαρέονται, quod Schweigh. et Gaisf. mutarant in διαφθερέονται, invito cod. Florentino aliisque. Tu vid. Buttmann. Gramm. mai. II p. 249 et Matth., quem ad VIII, 108 citavi, ubi idem Schweighaeuserus libros plerosque secutus exhibuit διαφθαρέεται pro olim vulgato διαφθερέεται.

ἐν ἀδείῃ δὲ οὐ ποιευμένων] i. e. *non tutum existimantibus dicere, non tutum sibi fore putantes, verba facere*. Haud aliena sunt, quae supra invenimus ἐν ὁμοίῳ ποιεῖσθαι VII, 138, ἐν ἐλαφρῷ ποιεῖσθαι III, 154, alia id genus. — In seqq. ad vim particulae ἀλλὰ conf. Matth. Gr. Gr. §. 613 pag. 1238 et de voce χρεὸν, quod pro χρεὼν reposui, allata ad V, 49. Futurum ἐπιχειρήσομεν respondet antecedenti ἴμεν, quod praesens futuri temporis notione poni vix quemquam fugiet.

ταύτης τε εἵνεκα τῆς αἰτίης] Vim praepositionis exponit Matth. Gr. Gr. §. 576 pag. 1137, qui idem §. 568, 3 p. 1122 consuli debet ad verba ὡς περιεσομένους ἡμέας Ἑλλήνων. In seqq. cum Schweigh. et Gaisf. dedi ἐσήμαινε; reliqui tuentur vulgatum ἐσήμηνε. Verbum παραρτέεσθαι attigi supra IX, 29. Locutionem εὐκρινέα ποιεῖσθαι (i. e. *bene disposita reddere*) illustrat, ob-

„εὔνοοι ἐόντες Πέρσῃσι, ἥδεσθε τοῦδε εἵνεκα, ὡς „περιεσομένους ἡμέας Ἑλλήνων.“ Ταῦτά σφι εἴπας, δεύτερα ἐσήμαινε παραρτέεσθαί τε πάντα καὶ εὐκρινέα ποιέεσθαι, ὡς ἅμα ἡμέρῃ τῇ ἐπιούσῃ συμβολῆς ἐσομένης.

43 Τοῦτον δ' ἔγωγε τὸν χρησμὸν τὸν Μαρδόνιος εἶπε ἐς Πέρσας ἔχειν, ἐς Ἰλλυριούς τε καὶ τὸν Ἐγχέλεων στρατὸν οἶδα πεποιημένον, ἀλλ' οὐκ 2ἐς Πέρσας. Ἀλλὰ τὰ μὲν Βάκιδι ἐς ταύτην τὴν μάχην πεποιημένα·

Bacidis oraculum de praelio Plataeensi.

Τὴν δ' ἐπὶ Θερμώδοντι καὶ Ἀσωπῷ λεχεποίῃ
Ἑλλήνων σύνοδον, καὶ βαρβαρόφωνον ἰϋγήν·

---

servante Wesselingio, Eustath. ad Il. p. 961, 6 s. 942, 49.

Cap. XLIII.

ἐς Πέρσας ἔχειν] i. e. *spectare*, *pertinere ad Persas*. Vid. nott. ad III, 48. De *Illyriis* atque *Enchelensibus* vid. nott. ad V, 61; de *Bacide* nott. ad VIII, 20; de *Musaeo* conf. VII, 6. VIII, 96. Voculam *ἐστί* post *Βάκιδι* vulgo insertam e Florentino abiecit Schweighaeuserus, his additis: „*ἐστί* adiectum erat ab his, qui ad consecutionem orationis haud satis attenderunt, quae est huiusmodi: *τὰ μὲν Βάκιδι πεποιημένα .... ταῦτα μὲν καὶ ἄλλα Μουσαίῳ* (nempe *πεποιημένα*) *ἔχοντα οἶδα* etc.“ Equidem cum Gaisfordio Schweighaeuserum sum secutus. Reliqui edd. retinuerunt copulam.

τὴν δ' ἐπὶ Θερμώδοντι κ. τ. λ.] Haec verba ex oraculi contextu abrepta ita debent intelligi, ut ad accusativos *τὴν σύνοδον καὶ ἰϋγὴν* aliquid cogitetur praegressum, v. c. *λέγω*, *ἀείδω* vel simile quid. Hoc enim vel particula *δὲ* indicare videtur. *Thermodontem* fluvium, qui prope Glisantem e Hypato monte profluit et ante Tanagram Asopo se admiscet, novit quoque Pausanias IX, 19 §. 3 coll. Tzetz. ad Lycophron. 647. Vid. Kruse Hell. II, 1 pag. 490.

Ἀσωπῷ λεχεποίῃ] Asopum vocat *herbosum*, *multis herbis utrinque inclusum*, in quibus commode recumbere, quiescere possis. Nam ad Asopi ripas utrinque laetissima prata ac fertilissima optimum praebent victum pabulumque gregibus. Ex Homeri imitatione fluxisse dicas conferens Il. IV, 383 coll. II, 697. — In seqq. vocem *βαρβαρόφωνον* attigi ad VIII, 21. *ἰϋγή*, cuius loco Homerus dixit *ἰυγμός* Il. XVIII, 572 est *clamor*, *lamentatio*. Plura Blomfield. in Glossar. ad Aeschyl. Pers. 981 coll. ad vers. 285.

τῇ πολλοὶ πεσέονται ὑπὲρ Λάχεσίν τε μόρον τε
τοξοφόρων Μήδων, ὅταν αἴσιμον ἦμαρ ἐπέλθῃ.

3 ταῦτα μὲν καὶ παραπλήσια τούτοισι ἄλλα Μουσαίῳ ἔχοντα οἶδα ἐς Πέρσας. ὁ δὲ Θερμώδων ποταμὸς ῥέει μεταξὺ Τανάγρης τε καὶ Γλίσαντος.

44 Μετὰ δὲ τὴν ἐπειρώτησιν τῶν χρησμῶν καὶ παραίνεσιν τὴν ἐκ Μαρδονίου, νύξ τε ἐγίνετο, καὶ ἐς
2 φυλακὰς ἐτάσσοντο. Ὡς δὲ πρόσω τῆς νυκτὸς προε-

Nocte insequenti Alexander Macedo [8. 136.],

ὑπὲρ Λάχεσίν τε μόρον τε τοξοφόρων Μήδων] Hoc quoque in memoriam vocat Homerica: ὑπὲρ μόρον (quod exponunt ὑπὲρ τὸ προσῆκον, ὑπὲρ τὸ εἱμαρμένον) Odyss. I, 34. Il. XX, 336; ὑπὲρ αἶσαν Il. VI, 487. Medi dicuntur *sagittiferi*, non tam ob id armorum genus, de quo Noster VII, 61, 62, quam quod in universum apud gentes orientales viguit arcuum ars atque usus aliter atque apud Graecos: de quo cf. V, 49. — αἴσιμον ἦμαρ (*fatalis dies* s. *mors*) Homerum quoque redolet, quem conf. Il. VIII, 72. XXII, 212. Odyss. XVI, 280. Nec alio sensu μόρσιμον ἦμαρ in Il. XXI, 100. Excitat h. l. ita distinctum, ut nos exhibuimus, Schaefer. ad Dionys. Halic. De compos. verbb. pag. 210 de vocabulo μόρος (*fatum*) disputans. Monuit *Creuzerus*. Cf. Herod. V, 21. — Ad voces παραπλήσια τούτοισι conferri volunt Schol. Nicandr. Ther. 400.

μεταξὺ Τανάγρης τε καὶ Γλίσαντος] De *Tanagra* vid. nott. ad IX, 15. Γλίσαντος, cuius loco alii, ut Stephan. Byz. s. v. pag. 275, Γλίσσαντος, omnes libri Herodotei exhibent itemque Pausanias IX, 19 §. 2, ubi alios quoque excitat testes Siebelis ad I, 44 §. 7 pag. 155 de diversa accentus ratione quoque monens. Nam et Γλίσας et Γλισάς scriptum reperitur. Ipsa urbs septem stadiis a Teumesso remota et Hypato monti, cui nunc nomen Kleptitobuni, adiacens, ad Thebaidem pertinuit, teste Pausania l. l. et Strabon. IX pag. 412 s. 632 A. coll. Stat. Theb. VII, 306. Vid. Kruse Hell. II, 1 pag. 568.

Cap. XLIV.

ἐς φυλακὰς ἐτάσσοντο] Ad locutionem conf. nott. ad VII, 21. Quae sequuntur: ὡς δὲ πρόσω τῆς νυκτὸς προελήλατο, Pauwius interpretatur: *ut prima pars noctis adventarat*, recipiendum ratus, quod unus obtulerat codex Sancrofti: προσελήλατο. At πρόσω s. τὸ πρόσω quod *primam* intelligi voluit *partem*, falsum esse mox patebit comparanti Herodoti locos II, 121 §. 4. III, 56 et Heindorf. ad Platon. Protag.

λήλατο, καὶ ἡσυχίη ἐδόκεε εἶναι ανα τὰ στρατόπεδα, καὶ μάλιστα οἱ ἄνθρωποι εἶναι ἐν ὕπνῳ, τηνικαῦτα προσελάσας ἵππῳ πρὸς τὰς φυλακὰς τὰς Ἀθηναίων Ἀλέξανδρος ὁ Ἀμύντεω, στρατηγός τε ἐὼν καὶ βασιλεὺς Μακεδόνων, ἐδίζητο τοῖσι στρατηγοῖσι
3 *ἐς λόγους ἐλθεῖν. τῶν δὲ φυλάκων οἱ μὲν πλεῦνες παρέμενον, οἱ δ' ἔθεον ἐπὶ τοὺς στρατηγούς· ἐλθόντες δὲ ἔλεγον, ὡς „ἄνθρωπος ἥκοι ἐπ' ἵππου ἐκ „τοῦ στρατοπέδου τοῦ Μήδων, ὃς ἄλλο μὲν οὐδὲν „παραγυμνοῖ ἔπος, στρατηγοὺς δὲ ὀνομάζων, ἐθέ-*

---

pag. 463, quem ad h. l. affert Cr. Matth. Gr. Gr. §. 295 pag. 592 recte, meâ quidem sententiâ, vernacule reddidit: *wie weit es in die Nacht war.* Nam sensus loci is est: *cum nox multum processisset, cum multum provecta esset nox.* Unde intelligitur, vulgatam lectionem προελήλατο minime sollicitandam esse. Simile attulit Wesselingius Pauli in Epist. ad Roman. XIII, 12, ἡ νὺξ προέκοψεν et Heliodori Aethiop. I pag. 26 [cap. 14] τότε γὰρ πολὺ τῆς νυκτὸς προέβη, Sallustii in Iug. 21: „*ubi plerumque noctis processit.*" Idem aliis dici πολλῆς νυκτὸς et περὶ μέσας νύκτας vel μεσούσης νυκτὸς addit Valckenaer., observans postremum hoc in eadem historia pro Herodoteis habere Plutarchum I pag. 327 D. [Aristid. cap. 15] Plat. III pag. 217 D. Xenoph. Hist. Gr. VII pag. 367, 15 [vid. Hell. I, 6, 28. Anab. I, 7, 1. VII, 8, 12]. „Deinceps narratum (ita pergit idem Valckenaerius) Macedonis Alexandri, Graecis faventis, beneficium respicit auctor Epist. 28 inter Socrat. p. 60 memorans τὴν ἐν Πλαταιαῖς ἐπὶ Μαρδονίου γεγενημένην εὐεργεσίαν. Similia quaedam Herodoteis Aristidi dicentem facit Alexandrum Plutarchus in Aristid. pag. 327 E. [cap. 15, ubi cum uno Aristide in colloquium venire voluisse Alexandrum legimus]" Tu vide de Alexandro Herod. VIII, 136 seqq. 140 seqq.

ὡς ἄνθρωπος ἥκοι] Revocavi ἥκοι, cuius loco unus Schaeferus receperat ἥκει. Sed optativi huius eadem ratio atque IX, 41 ὡς χρεὸν εἴη, ubi vid. Qui sequuntur indicativi in oratione obliqua: παραγυμνοῖ atque φησὶ, eos attigit Matth. Gr. Gr. §. 507 pag. 964, qui idem pag. 1262 de ratione particularum μὲν (παραγυμνοῖ) — (στρατηγοὺς) δὲ (ὀνομάζων) exposuit. Verbum παραγυμνοῦν tralata significatione reperitur I, 126. VIII, 19, ubi vid. Hic loci sensus:

45 „λειν φησὶ ἐς λόγους ἐλθεῖν.“ Οἱ δὲ ἐπεὶ ταῦτα ἤκουσαν, αὐτίκα εἵποντο ἐς τὰς φυλακάς. ἀπικομένοισι δὲ ἔλεγε Ἀλέξανδρος τάδε· „Ἄνδρες Ἀθη„ναῖοι, παραθήκην ὑμῖν τὰ ἔπεα τάδε τίθεμαι, „ἀπόῤῥητα ποιεύμενος πρὸς μηδένα λέγειν ὑμέας ἄλ-

quae barbari moliantur, Graecis prodit.

2 „λον ἢ Παυσανίην, μή με καὶ διαφθείρητε. οὐ γὰρ „ἂν ἔλεγον, εἰ μὴ μεγάλως ἐκηδόμην συναπάσης τῆς „Ἑλλάδος. αὐτός τε γὰρ Ἕλλην γένος εἰμὶ τὠρχαῖον, „καὶ ἀντ' ἐλευθέρης δεδουλωμένην οὐκ ἂν ἐθέλοιμι

3 „ὁρᾶν τὴν Ἑλλάδα. Λέγω δὲ ὦν, ὅτι Μαρδονίῳ „τε καὶ τῇ στρατιῇ τὰ σφάγια οὐ δύναται καταθύ-

4 „μια γενέσθαι· πάλαι γὰρ ἂν ἐμάχεσθε. νῦν δέ οἱ 714 „δέδοκται τὰ μὲν σφάγια ἐᾶν χαίρειν, ἅμα ἡμέρῃ „δὲ διαφαυσκούσῃ συμβολὴν ποιέεσθαι. καταῤῥώ„δηκε γὰρ μὴ πλεῦνες συλλεχθῆτε, ὡς ἐγὼ εἰκάζω.

5 „πρὸς ταῦτα ἑτοιμάζεσθε. ἢν δὲ ἄρα ὑπερβάληται „τὴν συμβολὴν Μαρδόνιος, καὶ μὴ ποιῆται, λιπαρέετε „μένοντες· ὀλίγων γάρ σφι ἡμερέων λείπεται σιτία.

---

nullum aliud promsit verbum s. *aperuit.*

Cap. XLV.

παραθήκην] De hac voce vid. nott. ad VI, 73.

ἀπόῤῥητα ποιεύμενος πρὸς μηδένα] scil. ἔπεα, ut IX, 93: *mea verba faciens occulta* i. e. rogans, ut occulta, tacita habeatis mea verba, ne illa palam fiant ac divulgentur. Haud aliter Dionys. Halic. A. R. III cap. 23 pag. 474 R. a Wesselingio excitatus. Hinc eâdem voce arcanam philosophorum doctrinam ipsaque mysteria declarari docuit Wyttenbach. ad Plutarch. Phaed. p. 134 — 139. Philomath. III pag. 86.

Ἕλλην γένος] Vid. V, 22 et VIII, 137. Ad τὰ σφάγια in seqq. conf. IX, 41 et ad vocem καταθύμια V, 39. Locutionem ἐᾶν χαίρειν attigimus ad IX, 41, dictionem ἅμα ἡμέρῃ διαφαυσκούσῃ ad III, 86; verbum ὑπερβάλλεσθαι in nott. ad VIII, 112. VII, 206.

λιπαρέετε μένοντες] Vid. Matth. Gr. Gr. §. 549 pag. 1081 et nott. ad VIII, 144. In proxime seqq. ὀλίγων γάρ σφι κ. τ. λ. σφι dixit Herodotus ad *Mardonium* atque *Persas* simul respiciens, quamquam unius modo Mardonii in antecedentibus mentio. — οὕτω ἔργον παράβολον (ubi Schaeferus dederat ἔργον οὕτω παράβολον) dedi cum recentt. dudum probante Valckenaerio. Indicat

6„Ἢν δὲ ὑμῖν ὁ πόλεμος ὅδε κατὰ νόον τελευτήσῃ,
„μνησθῆναί τινα χρὴ καὶ ἐμεῦ ἐλευθερώσιος πέρι,
„ὃς Ἑλλήνων εἵνεκα οὕτω ἔργον παράβολον ἔργα-
„σμαι ὑπὸ προθυμίης, ἐθέλων ὑμῖν δηλῶσαι τὴν
„διάνοιαν τὴν Μαρδονίου, ἵνα μὴ ἐπιπέσωσι ὑμῖν
7„οἱ βάρβαροι μὴ προσδεκομένοισί κω. εἰμὶ δὲ Ἀλέ-
„ξανδρος ὁ Μακεδών." Ὁ μὲν, ταῦτα εἴπας, ἀπή-
λαυνε ὀπίσω ἐς τὸ στρατόπεδον καὶ τὴν ἑωυτοῦ
τάξιν.

46 Οἱ δὲ στρατηγοὶ τῶν Ἀθηναίων, ἐλθόντες ἐπὶ
τὸ δεξιὸν κέρας, ἔλεγον Παυσανίῃ τά περ ἤκουσαν
Ἀλεξάνδρου. ὁ δὲ, τούτῳ τῷ λόγῳ καταῤῥωδήσας
2τοὺς Πέρσας, ἔλεγε τάδε· „Ἐπεὶ τοίνυν ἐς ἠῶ ἡ
„συμβολὴ γίνεται, ὑμέας μὲν χρεόν ἐστι τοὺς Ἀθη-
„ναίους στῆναι κατὰ τοὺς Πέρσας, ἡμέας δὲ κατὰ
„τοὺς Βοιωτούς τε καὶ τοὺς κατ᾽ ὑμέας τεταγμέ-
3„νους Ἑλλήνων, τῶνδε εἵνεκα. ὑμεῖς ἐπίστασθε
„τοὺς Μήδους καὶ τὴν μάχην αὐτῶν, ἐν Μαραθῶνι
„μαχεσάμενοι· ἡμεῖς δὲ ἄπειροί τέ εἰμεν καὶ ἀδαέες

---

facinus atrox atque *temerarium.* De voce παράβολος conf. quae attuli ad Plutarch. Artaxerx. I in Creuzeri Melett. III p. 6.

Cap. XLVI.

ἐς ἠῶ] Matth. Gr. Gr. §. 578 E. pag. 1146 interpretatur: *des Morgens, mit Tagesanbruch.* Ad argumentum huius cp. et seqq. conf. Plutarch. Aristid. 16 coll. II pag. 872.— Vim praepositionis κατὰ in proxime seqq. attigi ad VIII, 85. Pro εἵνεκεν, quod cum Schaefero tuentur Matth. et Bekker., equidem cum Schwgh. et Gaisf. e Florentino atque Sancrofti libro revocandum duxi εἵνεκα.

ἡμεῖς δὲ ἄπειροι κ. τ. λ.] „Mira Pausaniae mora et tergiversatio. Ad Thermopylas Spartanorum plures non inulti occubuerant: patriae decus, quod Xerxi Demaratus VII, 102 ostenderat, nullo modo dedecorantes. Adeone, quod eorum evaserint nulli, Medi terribiles? Haud praeter veritatem Isocrates Panathen. [cp. 76 §. 189] pag. 272 E. de bello adversus Xerxem, ἐν ᾧ πλέον διήνεγκαν Athenienses Λακεδαιμονίων ἐν ἅπασι τοῖς κινδύνοις, ἢ κεῖνοι τῶν ἄλλων. Magna certe Atheniensium gloria, cum Medorum nomen Graecis omnibus auditu esset formidolosum, eorum

„τούτων τῶν ἀνδρῶν. Σπαρτιητέων γὰρ οὐδεὶς
„πεπείρηται Μήδων· ἡμεῖς δὲ Βοιωτῶν καὶ Θεσ-
4„σαλῶν ἔμπειροί εἰμεν. ἀλλ' ἀναλαβόντας τὰ ὅπλα
„χρεόν ἐστι ἰέναι ὑμέας μὲν ἐς τόδε τὸ κέρας, ἡμέας
5„δὲ ἐς τὸ εὐώνυμον." Πρὸς δὲ ταῦτα εἶπαν οἱ 'Α-
θηναῖοι τάδε· „Καὶ αὐτοῖσι ἡμῖν πάλαι ἀπ' ἀρχῆς,
„ἐπεί τε εἴδομεν κατ' ὑμέας τασσομένους τοὺς Πέρ-
„σας, ἐν νόῳ ἐγένετο εἰπεῖν ταῦτα τά περ ὑμεῖς
„φθάντες προφέρετε· ἀλλὰ γὰρ ἀῤῥωδέομεν μὴ ὑμῖν
6„οὐκ ἡδέες γένωνται οἱ λόγοι. ἐπεὶ δ' ὦν αὐτοὶ
„ἐμνήσθητε, καὶ ἡδομένοισι ἡμῖν οἱ λόγοι γεγόνασι,
47 „καὶ ἑτοῖμοί εἰμεν ποιέειν ταῦτα." Ὡς δ' ἤρεσκε

Graecorum acies mutata sic, ut Persis Athenienses, Lacedaemonii auxiliis Mardonii Graecis opponantur [c. 31.]: sed mox prior ordo restitutus.

ἀμφοτέροισι ταῦτα, ἠώς τε διέφαινε, καὶ διαλλάσ-
σοντο τὰς τάξις. γνόντες δὲ οἱ Βοιωτοὶ τὸ ποιεύ-
2μενον, ἐξαγορεύουσι Μαρδονίῳ. ὁ δ' ἐπεί τε ἤ-
κουσε, αὐτίκα μετιστάναι καὶ αὐτὸς ἐπειρᾶτο, πα-
ράγων τοὺς Πέρσας κατὰ τοὺς Λακεδαιμονίους.
3Ὡς δὲ ἔμαθε τοῦτο τοιοῦτο γινόμενον ὁ Πανσα-
νίης, γνοὺς ὅτι οὐ λανθάνει, ὀπίσω ἦγε τοὺς
Σπαρτιήτας ἐπὶ τὸ δεξιὸν κέρας· ὣς δ' αὔτως καὶ 715
ὁ Μαρδόνιος ἐπὶ τοῦ εὐωνύμου.

---

impetum et arma repressisse, lib. VI, 112. Add. Plutarch. Aristid. [cp. 16] pag. 328 C." *Wesseling.* — In seqq. ad formam εἴδομεν conf. Matth. Gr. Gr. §. 231 pag. 449, qui idem §. 553 pag. 1085 ad verba φθάντες προφέρετε conferendus, itemque §. 615 pag. 1242 ad particulas ἀλλὰ γὰρ, §. 520 in. pag. 1000 ad verbum γένωνται et §. 388, E ad structuram dativi ἡδομένοισι — γεγόνασι. — Pro εἶπαι revocavi εἰπεῖν; vid. nott. ad VIII, 65.

Cap. XLVII.

ἠώς τε διέφαινε καὶ διαλλάσσοντο τὰς τάξις] Conf. VII, 217 ibique nott. — Ad verbum ἐξαγορεύειν conf. nott. ad II, 170.

Ὡς δὲ ἔμαθε — γινόμενον] Vulgo γενόμενον, quod Schaeferus et Matthiae tenent. Equidem cum reliquis Florentinum librum secutus sum. — In fine cap. ἐπὶ τὸ κέρας, bene distinguendum ab eo, quod sequitur ἐπὶ τοῦ εὐωνύμου i. e. *laevum cornu versus* illud valet: *ad laevum cornu.*

Mardonius Spartanis ignaviam exprobrat.

48 Ἐπεὶ δὲ κατέστησαν ἐς τὰς ἀρχαίας τάξις, πέμ-
ψας ὁ Μαρδόνιος κήρυκα ἐς τοὺς Σπαρτιήτας, ἔλεγε
2 τάδε· „Ὦ Λακεδαιμόνιοι, ὑμεῖς δὴ λέγεσθε εἶναι
„ἄνδρες ἄριστοι ὑπὸ τῶν τῇδε ἀνθρώπων, ἐκπαγλεο-
„μένων ὡς οὔτε φεύγετε ἐκ πολέμου, οὔτε τάξιν ἐκ-
„λείπετε, μένοντές τε ἢ ἀπόλλυτε τοὺς ἐναντίους,
3 „ἢ αὐτοὶ ἀπόλλυσθε. τῶν δ' ἄρ' ἦν οὐδὲν ἀληθές.
„πρὶν γὰρ ἢ συμμίξαι ἡμέας, ἐς χειρῶν τε νόμον
„ἀπικέσθαι, καὶ δὴ φεύγοντας καὶ στάσιν ἐκλεί-
„ποντας ὑμέας εἴδομεν, ἐν Ἀθηναίοισί τε τὴν πρό-
„πειραν ποιευμένους, αὐτούς τε ἀντία δούλων τῶν
4 „ἡμετέρων τασσομένους. ταῦτα οὐδαμῶς ἀνδρῶν
„ἀγαθῶν ἔργα· ἀλλὰ πλεῖστον δὴ ἐν ὑμῖν ἐψεύσθη-
„μεν. προσδεκόμενοι γὰρ κατὰ κλέος, ὡς δὴ πέμ-
„ψετε ἐς ἡμέας κήρυκα προκαλεύμενοι, καὶ βου-
„λόμενοι μούνοισι Πέρσῃσι μάχεσθαι· ἄρτιοι
„ἐόντες ποιέειν ταῦτα, οὐδὲν τοιοῦτο λέγοντας
5 „ὑμέας εὕρομεν, ἀλλὰ πτώσσοντας μᾶλλον. Νῦν
„ὦν ἐπειδὴ οὐκ ὑμεῖς ἤρξατε τούτου τοῦ λόγου,

Cap. XLVIII.

ἐκπαγλεομένων] Conf. nott. ad VII, 181 et ad seqq. οὔτε — οὔτε — τε vid. Matth. Gr. Gr. §. 626 pag. 1277. Herod. I, 160. Locutionem ἐς χειρῶν τε νόμον attigimus ad VIII, 89.

καὶ στάσιν ἐκλείποντες] στάσιν cum Schweigh. et Gaisf. reposui pro τάξιν, quod Schaeferus, quem Matth. et Bekker. sequuntur, duorum codd. auctoritate fretus retinuit. Tu vid. nott. ad IX, 21. — Ad vocem δούλων conf. nott. ad VII, 5. — κατὰ κλέος valet: *pro eorum gloria s. ob eorum gloriam*; quam vim habere praepositionem κατὰ vidimus VIII, 30. IX, 38.

βουλόμενοι μούνοισι Πέρσῃσι] μούνοισι scripti dant libri. Unde μοῦνοι venerit, equidem nescio: quamquam vulgato id aptius videtur Valckenaerio. Koenio in mentem venerat: βουλόμενοι μοῦνοι μούνοισι, haud ineleganter quidem, quamquam vix necessarie. — Ad sequens ἄρτιοι vid. nott. ad IX, 27. Verbum πτώσσειν significatione haud differt a πτήσσειν, in quo *expavescendi* inest notio, translata ab avibus, quae prae metu alas demittunt. Vid. Blomfield. Glossar. ad Aeschyl. Prometh. 29 et nott. ad Philopoem. pag. 47. — Ad voces δεδόξωσθε εἶναι ἄριστοι conf. VII, 135.

,ἀλλ' ἡμεῖς ἄρχομεν, τί δὴ οὐ πρὸ μὲν τῶν
,,Ἑλλήνων ὑμεῖς, ἐπεί τε δεδόξωσθε εἶναι ἄριστοι,
,,πρὸ δὲ τῶν βαρβάρων ἡμεῖς, ἴσοι πρὸς ἴσους ἀρι-
,,θμὸν μαχεσόμεθα; καὶ ἢν μὲν δοκέῃ καὶ τοὺς ἄλ-
,,λους μάχεσθαι, οἵ δ' ὦν μετέπειτα μαχέσθων ὕστε-
6 ,,ροι. εἰ δὲ καὶ μὴ δοκέοι, ἀλλ' ἡμέας μούνους
,,ἀποχρᾶν, ἡμεῖς δὲ διαμαχεσόμεθα· ὁκότεροι δ' ἂν
,,ἡμέων νικήσωσι, τούτους τῷ ἅπαντι στρατοπέδῳ
49 ,,νικᾶν." Ὁ μὲν, ταῦτα εἴπας τε καὶ ἐπισχὼν χρό-
νον, ὥς οἵ οὐδεὶς οὐδὲν ὑπεκρίνετο, ἀπαλλάσσετο
ὀπίσω· ἀπελθὼν δὲ ἐσήμαινε Μαρδονίῳ τὰ καταλα-
2 βόντα. Ὁ δὲ, περιχαρὴς γενόμενος καὶ ἐπαρθεὶς
ψυχρῇ νίκῃ, ἐπῆκε τὴν ἵππον ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας.
3 ὡς δὲ ἐπήλασαν οἱ ἱππόται, ἐσινέοντο πᾶσαν τὴν

Proluditur pugnae Plataeensi. Immissus in Graecos equitatus barbarorum, multum nocet exercitui, fontemque Gargaphiam [c. 25] obstruit.

ἴσοι πρὸς ἴσους] Conf. nott. ad I, 2. Pro μαχεσόμεθα in Florentino, aliisque exstat μαχεσάμεθα, quod arridet Schweighaeusero vertenti: *cur nonpugnassemus* itemque Schaefero loco mox laudando. Mihi secus videtur. Nam loci sententia haec: *Cur non decertabimus pares cum paribus* (*numero cum simus*). Caeterum oboritur mihi suspicio, ea, quae hic leguntur, e Graecorum talium rerum narrationes exornantium et ampliantium scholis fluxisse. In seqq. ad voces οἵ δ' ὦν conf. Matth. Gr. Gr. §. 625 pag. 1273, qui idem §. 203, 4 pag. 375 coll. §. 546 pag. 1072 et Schaefer. Apparat. ad Demosth. T. IV pag. 488 ad μαχέσθων conferatur. Et facit mecum Wessel. Diss. Herod. IX pag. 136, ubi futurum μαχεσόμεθα unum stare posse commonstravit. De usu voculae ὦν monuit quoque Hartung. Lehre v. d. Partikeln der Gr. Spr. II pag. 22.

εἰ δὲ καὶ μὴ δοκέοι] Noli eo offendi, quod paulo ante praecedit ἢν μὲν δοκέῃ; conf. Matth. Gr. Gr. §. 524, 6 pag. 1019 itemque Werfer. in Actt. phill. Monacc. I pag. 101. Unde satis patet, falso a Schaefero, libris scriptis invitis, exhiberi ἢν δὲ — δοκέῃ.

Cap. XLIX.

ἐπισχὼν χρόνον] i. e. *nonnihil*, *aliquamdiu commoratus*. τὰ καταλαβόντα dicit *ea*, *quae acciderant*, ut IX, 93. 104 coll. III, 42 ibique allatt. — Ψυχρὴν νίκην in seqq. interpretantur *frigidam* (i. e. *vanam*) *victoriam*; cf. VI, 108 ibique nott. — Ad verba ἐπῆκε τὴν ἵππον conf. V, 63.

ἐσινέοντο] Ita e Sancrofti libro reposui cum Schweigh.

στρατιὴν τὴν Ἑλληνικὴν, ἐσακοντίζοντές τε καὶ ἐστοξεύοντες, ὥστε ἱπποτοξόται τε ἐόντες, καὶ προσφέρεσθαι ἄποροι· τήν τε κρήνην τὴν Γαργαφίην, 716
ἀπ' ἧς ὑδρεύετο πᾶν τὸ στράτευμα τὸ Ἑλληνικὸν, 86
4 συνετάραξαν καὶ συνέχωσαν. ἦσαν μὲν ὦν κατὰ τὴν κρήνην Λακεδαιμόνιοι τεταγμένοι μοῦνοι· τοῖσι δὲ ἄλλοισι Ἕλλησι ἡ μὲν κρήνη πρόσω ἐγίνετο, ὡς ἕκαστοι ἔτυχον τεταγμένοι, ὁ δὲ Ἀσωπὸς ἀγχοῦ.
5 ἐρυκόμενοι δὲ ἀπὸ τοῦ Ἀσωποῦ, οὕτω δὴ ἐπὶ τὴν κρήνην ἐφοίτεον· ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ γάρ σφι οὐκ ἐξῆν ὕδωρ φορέεσθαι, ὑπό τε τῶν ἱππέων καὶ τοξευμάτων.

50 Τούτου δὲ τοιούτου γινομένου, οἱ τῶν Ἑλλήνων στρατηγοὶ, ἅτε τοῦ τε ὕδατος στερηθείσης τῆς στρατιῆς, καὶ ὑπὸ τῆς ἵππου ταρασσομένης, συνε-

Itaque Graecis et aqua et commeatu exclusis, [c. 39.]

---

pro ἐσίνοντο. Vid. IX, 13 ibique nott. — Mox cum Matth. et Bekk. secutus sum Schaeferum, qui e duobus codd. dedit ἐστοξεύοντες, ubi reliqui τοξεύοντες. Vox ἱπποτοξόται obvia IV, 46. Medorum et Parthyaeorum ἱπποτοξόται, notante Wesselingio, apud Appian. B. Civ. IV. [59. 88.] p. 1001 et 1024 et Plutarch. Crass. pag. 558 B. [cp. 24. 25] Dicuntur autem illi προσφέρεσθαι ἄποροι i. e. *ad quos difficulter accedas, quibuscum difficile est ad manus venire.* Conf. IV, 46 ibique nott.

κρήνην τὴν Γαργαφίην] Conf. IX, 25 ibique nott. Verbum συγχοῦν in seqq. reperitur quoque IV, 120. 140 eadem *obruendi s. obstruendi* significatione; quâ Pausanias IX, 4 §. 2 et X, 18 §. 2 dicit συγχέειν. — τεταγμένοι μοῦνοι (pro μοῦνοι τεταγμένοι) e Florentino aliisque receptum est.

τοῖσι δὲ ἄλλοισι Ἕλλησι κ. τ. λ.] Pro ἐγένετο, quod post Schaeferum retinuit Matth., equidem cum reliquis dedi ἐγίνετο, iubente Florentino aliisque. Sensus est: reliqui Graeci, prout quique in acie collocati erant, fontem habebant procul, sed Asopum in propinquo; e quo cum arcerentur (ne scil. aquam haurire possent), ita iam ad Gargaphiam fontem accesserunt aquatum. — De particulis οὕτω δὴ conf. nott. ad IX, 6.

Cap. L.

Τούτου δὲ τοιούτου γινομένου] Eadem locutio V, 109. Ac paulo post τούτων τοιούτων ἐόντων.

λέχθησαν περὶ αὐτῶν τε τούτων καὶ ἄλλων, ἐλθόντες παρὰ Παυσανίην ἐπὶ τὸ δεξιὸν κέρας. ἄλλα γὰρ, τούτων τοιούτων ἐόντων, μᾶλλόν σφεας ἐπελύπεε. οὔτε γὰρ σιτία εἶχον ἔτι, οἵ τέ σφεων ὀπέωνες, ἀποπεμφθέντες ἐς Πελοπόννησον ὡς ἐπισιτιεύμενοι, ἀποκεκλέατο ὑπὸ τῆς ἵππου, οὐ δυνάμενοι ἀπικέσθαι ἐς τὸ στρατόπεδον.

51 *Pausaniae castra sub noctem proximam mutare placet. Oëroë.* Βουλευομένοισι δὲ τοῖσι στρατηγοῖσι ἔδοξε, ἢν ὑπερβάλωνται κείνην τὴν ἡμέρην οἱ Πέρσαι συμβολὴν μὴ ποιεύμενοι, ἐς τὴν νῆσον ἰέναι. ἡ δέ ἐστι ἀπὸ τοῦ Ἀσωποῦ καὶ τῆς κρή-

---

ἄλλα γὰρ — μᾶλλόν σφεας ἐπελύπεε] i. e. *namque haec quum ita essent, alia quoque* (incommoda) *ipsos vel magis premebant.* Rescripsi ἄλλα cum Valckenaerio, Schweigh. et Gaisf., libris scriptis invitis, qui in lectione ἀλλὰ conspirant; quod si cum Matth. (quem conf. Gr. Gr. §. 615 pag. 1244 coll. Ast. ad Platon. Phaedr. pag. 224, ubi de particulis ἀλλὰ γὰρ crebrius iunctis) receperis, subiecto, quod dicunt, carebit oratio. Pro ἐλύπεε cum eodem Schweigh. et Gaisf. dedi ἐπελύπεε, quod cum aliis suggerebat Florentinus. — In proxime seqq. cum recentt. dedi ὀπέωνες, ubi Sancrofti codex ὀπαῶνες, et Schaefer. cum Matth. ὀπάονες. Tu conf. nott. ad V, 111. Qui enim dixit Ποσειδέων, alia id genus, eum quoque ὀπέων dicere potuisse pro ὀπάων, nihil sane impedit. Ad verbum ἐπισιτιεύμενοι conf. nott. ad VII, 176 fin.; et de forma ἀποκεκλέατο Matth. Gr. Gr. §. 204, 6 pag. 377.

Cap. LI.

ἢν ὑπερβάλωνται — μὴ ποιεύμενοι] μὴ ex duobus codd. receptum a Schaefero retinui cum reliquis edd. et probante G. Hermanno, qui hunc loci sensum esse docuit in Wolf. et Buttm. Mus. Antiq. I pag. 219 et ad Viger. pag. 811: „*si eum diem Persae sine proelio praetermisissent*" idem adiiciens, particula μὴ si omittatur, loci sensum esse: *si eo die proelium committere Persae omisissent.* Schweighaeus. verbo ὑπερβάλλεσθαι *supersedendi* tribuerat notionem; equidem *differendi* et *procrastinandi* significatione id poni credam, de qua conf. IX, 45. — In seqq. dicendi genus: ἐστὶ — ἀπέχουσα attigit Matth. Gr. Gr. §. 559 p. 1104, qui idem in verbis: νῆσος δὲ οὕτω ἂν εἴη κ. τ. λ. particulam οὕτω ad sequentia, non ad praegressa spectare monuit §. 470 not. p. 871. Verbum διέχων (i. e. *separans, dirimens*) affert Thomas Mag. s. v. διέχει pag. 134. — Hoc

νης τῆς Γαργαφίης, ἐπ' ᾗ ἐστρατοπεδεύοντο τότε,

autem loco, ubi Plataeensis pugnae incipit narratio, haud alienum erit monere lectores, ad ea, quae de ipsa pugna locisque, in quibus pugnatum est, apud Herodotum produntur, rite intelligenda multum facere docti Angli libellum, quem ex aliorum libris, Krusii, Letronnii (Journal. d. Savans 1817 pag. 720 seqq.), Gailii mihi unice cognitum, non ad manus fuisse valde doleo. Inscribitur ille liber: Topography illustrative of the battle of Plataea etc. by Iohn Spencer Stanhope. London 1817. 8; additis simul mappis geographicis totius regionis delineationes exhibentibus: ad quas editor operâ Allasonii potissimum usus esse fertur. Quae ibi exhibetur Plataeensis planitiei adumbratio, eam repetiit Kruse, (cuius vid. Atlas nr. VI coll. Hell. II, 1. pag. 591. 492) quippe optimam suo iudicio, in qua, quaecunque Herodotus enarret, bene inveniri possint. Eandem quoque, paucis quibusdam mutatis, exhibuit Gail., cuius vid. Atlas planch. 26 coll. Analyse des Cartes pag. 27. Le philolog. IV pag. 279 seqq. V pag. 190 seq. 195 seqq. 226 seqq. 273 seqq. Ubi quae ad Herodotum illustrandum protulit, ea suis quaeque locis commemorabuntur. Quae vero ante doctorum illorum Anglorum operam ferebantur campi Plataeensis delineationes, eas omnes plus minus falsas esse observat Kruse l. l. pag. 492. Id quod inprimis cadit in eam huius regionis campique Plataeensis delineationem, quam celeberrimus Barthelemyus in opere satis vulgato, quod inscribitur Anacharsis, exhibuit, teste Krusio et Clarke, cuius vid. Travels II, 3. chap. III pag. 78 seq. Qui idem accurate illam regionem emensus, apud indigenas adhuc pugnae celeberrimae famam conservari asserit, ex quâ etiam campum quendam, in quo olim pugnatum fuerit, indicare soleant extensum ab eo Asopi ponte, qui nunc Moreae vocetur, quum Thebis in Peloponnesum sive Moream proficiscentibus superandus sit, usque ad sacrum quem appellant fontem hodieque superstitem. Distat ille locus unum milliare a vico Platana septentrionem et orientem simul versus; inque eo multa ferri plumbive fragmenta adhuc inveniuntur ab incolis, qui ex eo ipso simul atque ex insigni huius loci fertilitate suam opinionem tueri quam maxime student. Nec sane quidquam esse ipse iudicat Clarke, ex quo ab incolis falso statui appareat. Vid. l. l. p. 84 seq. Ipsas urbis veteris ruinas idem scribit (pag. 86 seq.) se invenisse in loco quodam Cithaeronis proiecto, cui nunc nomen *Palaeo-Castro*, remotas

δέκα σταδίους ἀπέχουσα, πρὸ τῆς Πλαταιέων πόλιος. νῆσος δὲ οὕτω ἂν εἴη ἐν ἠπείρῳ· σχιζόμενος ὁ ποταμὸς ἄνωθεν ἐκ τοῦ Κιθαιρῶνος ῥέει κάτω ἐς τὸ πεδίον, διέχων ἀπ' ἀλλήλων τὰ ῥέεθρα ὅσονπερ τρία στάδια· καὶ ἔπειτα συμμίσγει ἐς τὠυτό·
3 *οὔνομα δέ οἱ Ὠερόη. θυγατέρα δὲ ταύτην λέγουσι*

---

unum milliarium a vico Cocla, qui unius horae itinere distat a vico Platana, cui ipsi hae ruinae, quae grandium moenium fundamenta praebeant ac structuram valde rudem, sint propiores. Hinc inter Cyclopiorum qui dicuntur murorum reliquias exhibuit quoque Dodwell. in opere saepius ante laudato.

οὔνομα δέ οἱ Ὠερόη] Pausanias IX, 4 §. 3 loco maxime gemino, ipsum Herodotum haud scio an secutus: *ἐκ Πλαταίας δὲ ἰοῦσιν ἐς Θήβας ποταμός ἐστιν Ὠερόη· θυγατέρα δὲ εἶναι τὴν Ὠερόην τοῦ Ἀσώπου λέγουσι.* Unde satis patet, quod etiam orationis tenor ac nexus docet, apud Herodotum verba *σχιζόμενος ὁ ποταμὸς ἄνωθεν ἐκ τοῦ Κιθαιρῶνος ῥέει κάτω ἐς τὸ πεδίον κ. τ. λ.* non de Asopo, ut quibusdam placuit ipsique Pausaniae editori doctissimo pag. 14. 15, sed de hoc ipso Oeroes rivo esse intelligenda. Obstat enim Herodotei loci ratio ipsiusque regionis conditio; ita ut nunquam mihi persuaderi patiar Herodotum illa verba scripsisse de Asopo cogitantem, cuius tam crebram in antecedentibus fecerat mentionem, quum h. l. ita potius scribat, ut alium fluvium nondum memoratum, nondum cognitum ipsi in mente fuisse appareat. Hinc quoque paulo inferius idem perscribit Noster: *τὸν δὴ ἡ Ἀσωπὶς Ὠερόη περισχίζεται, ῥέουσα ἐκ τοῦ Κιθαιρῶνος*: quae ipsa satis evincunt, verba supra allata non nisi de Oeroë intelligi posse. Quo magis miror Siebelis. (ad Pausan l. l.), qui apud Herodotum *ὁ ποταμὸς* per leges grammaticas non nisi ad Asopum referri posse contendit. Quod cur necessarium sit, equidem non intelligo; neque quidquam opinor impedit, quo minus *ὁ ποταμὸς* non de Asopo sed de Oeroe accipiatur; qui rivus ex alto Cithaerone delapsus in planitiem, ante ipsam Plataeensium urbem in duos divisus amnes efficit insulam, in quam Graeci transire decreverunt, quamque perperam olim Asopo formari opinantes in variis agri Plataeensis delineationibus alio prorsus loco exhibuerunt geographi, omnis regionis ratione perversa et ipsius pugnae intelligentia impedita. Meliora edocuit Kruse (l. l. II, 1 pag. 491 — 493 Atlas nr. VI) ipse

εἶναι Ἀσωποῦ οἱ ἐπιχώριοι. Ἐς τοῦτον δὴ τὸν χῶρον ἐβουλεύσαντο μεταναστῆναι, ἵνα καὶ ὕδατι ἔχωσι χρᾶσθαι ἀφθόνῳ, καὶ οἱ ἱππέες σφέας μὴ σινοίατο, ὥσπερ κατ' ἰθὺ ἐόντων. μετακινέεσθαί τε ἐδόκεε τότε ἐπεὰν τῆς νυκτὸς ᾖ δευτέρη φυλακή, ὡς

---

secutus Stanhope in libro laudato pag. 71. 72 aliosque doctos Anglos, itemque Letronne l. supra l. p. 722 seqq. atque Gail. (Le philol. IV p. 360 seq. V p. 288 seq.) Add. C. O. Müller. Orchomen. pag. 488. Sequitur autem Oeroes rivus aliam prorsus atque Asopus, directionem marisque in sinum, qui est prope Livadostro, ut nunc appellant, effluit. *Asopi* autem fons non in iugis Cithaeronis quaeri debet, unde scilicet ille delabatur in planitiem ut quidam olim falso tradiderunt, sed in ipsa planitie sub montem, unde haud ita procul sacelli cuiusdam inveniuntur reliquiae. Ex quo loco rivus septentrionem atque mox etiam orientem versus progressus Thebanorum agros olim a Plataeensi ditione separabat; deinde in Euripi sinum aquas volvit. Accurate docuit Clarke Travels II, 3 p. 78 seq., de priorum doctorum virorum errore monens, quum ipse Asopi fontem inviseret rivique cursum persequeretur.

θυγατέρα δὲ ταύτην — οἱ ἐπιχώριοι] Observat Wesseling. in duodecim Asopi filiabus nullam reperiri Oeroes mentionem apud Diodor. IV, 72 neque apud Apollodorum III, 11 §. 5. — In seqq., ubi post ἵνα sequitur coniunctivus (ἔχωσι), quem mox excipit optativus (σινοίατο), tu vide de hac modorum variatione Matth. Gr. Gr. §. 518, 1, 4 pag. 994 et G. Hermann. ad Viger. pag. 851. Pro κατιθὺ scripsi κατ' ἰθὺ, quod etiam Florentinus liber offerebat. Sensus est: *sicuti* (scil. laesi, lacessiti erant), *dum equites ipsis ex adverso stabant.*

δευτέρη φυλακὴ] *Secunda noctis* indicatur *vigilia*, quam a nostra hora nona aut decima incoepisse et usque ad duodecimam horam sive ad mediam usque noctem credam pertinuisse, siquidem veteribus Graecis teste Polluce I, 7. 8. in tres φυλακὰς divisa erat nox, quarum prima etiam dicebatur ἀρχὴ νυκτὸς sive περὶ πρώτην νυκτὸς s. νυκτὸς ἀρχομένης, secunda μεσούσης νυκτός. Romanis per noctem quatuor vigilias fuisse constat. Egit de vigiliis constituendis Aeneas Tactic. cap. 21; plura de his dabunt Wetsten. ad N. T. I p. 416. Cellar. De Vigiliis §. 6 pag. 397 Diss. Acadd. coll. Xenoph. Memorab. IV, 7, 4 ibiq. interpr. Ad sequens ὡς ἂν vid. IX, 22 et ad locutionem ὑπὸ τὴν νύκτα nott. ad IX, 58.

ἂν μὴ ἰδοίατο οἱ Πέρσαι ἐξορμεωμένους, καί σφεας
5 ἑπόμενοι ταράσσοιεν οἱ ἱππόται. ἀπικομένων δὲ ἐς τὸν χῶρον τοῦτον τὸν δὴ ἡ Ἀσωπὶς Ὠερόη περισχίζεται ῥέουσα ἐκ τοῦ Κιθαιρῶνος, ὑπὸ τὴν νύκτα ταύτην ἐδόκεε τοὺς ἡμίσεας ἀποστέλλειν τοῦ στρατοπέδου πρὸς τὸν Κιθαιρῶνα, ὡς ἀναλάβοιεν τοὺς ὀπέωνας τοὺς ἐπὶ τὰ σιτία οἰχομένους· ἦσαν γὰρ ἐν τῷ Κιθαιρῶνι ἀπολελαμμένοι.

52 Ταῦτα βουλευσάμενοι, κείνην μὲν τὴν ἡμέρην πᾶσαν, προσ-
2 κειμένης τῆς ἵππου, εἶχον πόνον ἄτρυτον. ὡς δὲ ἥ τε ἡμέρη ἔληγε, καὶ οἱ ἱππέες ἐπέπαυντο, νυκτὸς δὴ γινομένης, καὶ ἐούσης τῆς ὥρης, ἐς τὴν συνέκειτό σφι ἀπαλλάσσεσθαι, ἐνθαῦτα ἀερθέντες οἱ πολλοὶ ἀπαλλάσσοντο, ἐς μὲν τὸν χῶρον ἐς τὸν συνέ-

Ibi dum media acies, inscio invitoque Pausania, ipsas Plataeas petit,

---

ὡς ἀναλάβοιεν κ. τ. λ.] Vid. IX, 50 fin. ἐπὶ τὰ σιτία dictum non aliter atque III, 14 (ubi vid. nott.) ἐπὶ τὸ ὕδωρ. Formam ἀπολελαμμένοι affert Matth. Gr. Gr. §. 242 pag. 472; de verbi significatione conf. VIII, 11.

Cap. LII.

εἶχον πόνον ἄτρυτον] εἶχον meliores codd. offerebant pro ἔχον, quod post Schaeferum retinuerunt Matth. et Bekker. ἄτρυτον πόνον intelligit *indefessum laborem*, *vehementem*, ut apud Sophocl. Ai. 788 κακὰ ἄτρυτα, i. e. πολύτρυτα, πάνυ κακοῦντα: quae bene attulit Doederlein. De alpha intensiv. pag. 21. — In seqq. retinui cum Schaefero γινομένης, cuius loco Schweigh. et Gaisf. dederant γενομένης, sed abieci voculam δὴ ante συνέκειτο male illatam et e proxime antecedentibus, ut mihi certe videtur, huc etiam translatam. Retinuerunt Schaefer. et Matth.

ἀερθέντες — ἀπαλλάσσοντο] Vertunt vulgo: *sublatis utensilibus s. collectis vasis discesserunt*, nisi ἀερθέντες omnino eum in modum hic additum putes, quo alias ὁρμηθέντες: de quo egi ad VIII, 133. Ipsum verbum de classe, quae vela ventis dat inque altum solvit, reperimus I, 165. 170. Quae continuo sequuntur, ob rationes particularum μὲν et δὲ, attigit Matth. Gr. Gr. §. 289, not. 9 p. 582. Et vide quoque sis ad Herod. I, 66 nott. Tu reddas licet: *in eum locum, in quem convenerat, minime in animo habentes pergere, sed, ubi loco erant moti, equitatum laetabundi effugiebant ad Plataearum urbem conversi.*

κειτο, οὐκ ἐν νόῳ ἔχοντες· οἱ δὲ, ὡς ἐκινήϑησαν, 717
ἔφευγον ἄσμενοι τὴν ἵππον πρὸς τὴν Πλαταιέων πόλιν· φεύγοντες δὲ, ἀπικνέονται ἐπὶ τὸ Ἡραῖον.
3 τὸ δὲ πρὸ τῆς πόλιός ἐστι τῆς Πλαταιέων, εἴκοσι σταδίους ἀπὸ τῆς κρήνης τῆς Γαργαφίης ἀπέχον. ἀπικόμενοι δὲ, ἔϑεντο πρὸ τοῦ ἱροῦ τὰ ὅπλα.

ἐπὶ τὸ Ἡραῖον] De loco, quo Iunonis templum, cuius etiam in seqq. aliquoties fit mentio et apud Plutarch. Aristid. 18 init., exstructum erat, non prorsus liquet: quamvis ante ipsam urbem, i. e. ab oriente urbis, situm fuisse declaret Herodotus. Atque ita quoque illud indicavit Kruse in tabula, Anglum doctum Stanhope secutus; perperam enim Gail. illud sub ipsam urbem ad septentrionem collocarat, exstructum fuisse opinans (ut ipsa afferam verba in: Le philolog. V pag. 282 seq.) „sur le tertre contigu à la plaine entre les deux ruisseaux.“ C. O. Müller. Orchomen. pag. 488. Heraeum prope Plataeas Cithaeronis fauces versus situm fuisse arbitratur. Unde coniicit Kruse Hell. II, 1 pag. 595, Heraeum ad dextram urbis partem extra moenium ambitum ibi quaerendum esse, ubi nunc ruinae quaedam ecclesiae exstare dicuntur non longe a vico Koklo, quem in veteris Plataeae locum cessisse narrant. Conf. Stanhope l. l. pag. 60. Gail. Le philolog. V pag. 281 seq. Dodwell. nulla huius templi vestigia certa se invenisse scribit; nisi forte lapidum acervi quidam huc referri possint. Vid. I cap. IX. e vers. Sickler. I, 2 pag. 74.

ἔϑεντο — τὰ ὅπλα] De locutione dixi ad I, 62 et V, 74. Minus accurate, opinor, Wesseling. reddit: „*castra metati fuerunt* sive, ut sequitur, ἐστρατοπεδεύοντο.“ Sed verbo ἐστρατοπεδεύοντο aliud indicari atque praegressis ἔϑεντο τὰ ὅπλα, vix quemquam fugiet. Primum enim ubi advenerint, *in aciem consederunt* sive *armati constiterunt*: quo facto, ad Heraeum castra posuerunt. Hinc infra IX, 72: κατήμενος ἐν τῇ τάξι, ubi conf. nott. De ipsa locutione h. l. excitant Dionys. Halic. III pag. 193. Diodor. Sicul. XII, 66 et XX, 31. Viger. ad Euseb. Praepar. Evang. XIII, 68. Xenophontea dabit Lexicon. Xenophonteum T. III pag. 299 seq. Quae cum scripsissem, incidi in Am. Peyroni disputationem: „De comando militare ϑέσϑε τὰ ὅπλα lezione“ in: Memorie di Academia reale delle Scienze de Turino Tom. XXVII pag. 193 seqq. Ubi pag. 200 nostrum quoque locum tractat, eum sic Italo sermone reddens: *giuntivi soffermaronsi colle armi a terra rimpetto al tempio* beneque monet distinguendum

dextra (Lacedaemonii cum Tegeatis) et sinistra (Athenienses) per Amomphareti Pitanatarum praefecti pervicaciam, qui barbaros fugere ignominiosum sibi duceret,

53 Καὶ οἱ μὲν περὶ τὸ Ἡραῖον ἐστρατοπεδεύοντο· Παυσανίης δὲ, ὁρέων σφέας ἀπαλλασσομένους ἐκ τοῦ στρατοπέδου, παρήγγελλε καὶ τοῖσι Λακεδαιμονίοισι, ἀναλαβόντας τὰ ὅπλα ἰέναι κατὰ τοὺς ἄλλους τοὺς προϊόντας· νομίσας αὐτοὺς ἐς τὸν χῶρον ἰέναι, ἐς 2τὸν συνεθήκαντο. Ἐνθαῦτα οἱ μὲν ἄλλοι ἄρτιοι ἦσαν τῶν ταξιαρχέων πείθεσθαι Παυσανίῃ· Ἀμομφάρετος δὲ ὁ Πολιάδεω, λοχηγέων τοῦ Πιτανητέων λό-

---

esse inter *τίθεσθαι τὰ ὅπλα* et inter *στρατοπεδεύεσθαι*, quod perperam idem esse quidam statuerunt. Sed ipsa viri doctissimi verba adscribere iuvat: „Prima di porsi a campo intorno al tempio soffermaronsi di rincontro a tempio coll' armi a terra per determinare a qual partito appigliare si dovessero; quindi essendosi consigliati di accamparsi, diedero le opportune disposizioni; e finalmente ripigliate le armi, andaronsi a porre negli alloggiamenti intorno al tempio.“

Cap. LIII.

παρήγγελλε] Ita cum recentt. exhibui e Florent. et Sancrofti libro pro vulg. *παρήγγελε*, quod cum Schaefero tuetur Buttmann. Gr. mai. II pag. 62, imperfectum huic loco convenire negans. — In seqq. verba *ἰέναι κατὰ τοὺς ἄλλους, τοὺς προϊόντας* accipio: *eadem progredi viâ, quâ reliqui praeierant.* Atque ita quoque III, 4 *ἀποστείλας κατ' αὐτὸν*, quod equidem simpliciter intellexi: *ad illum misit*, intelligi vult Schweighaeuser.: *misit eâdem viâ, quâ ille iter direxerat*, et I, 84 fin. Neque huc non pertinebit IX, 66: *κατὰ τὠυτὸ ἰέναι.* — Ad accusativum *ἀναλαβόντες*, ubi praegreditur dativus *τοῖσι Λακεδαιμονίοισι* conf. Matth. Gr. Gr. §. 581 pag. 1054. — Ad vocem *ἄρτιοι* conf. IX, 27. De *Amomphareto* vide sis Plutarchum in Aristid. cp. 17 p. 328 E. ita scribentem: *ἀνὴρ θυμοειδὴς καὶ φιλοκίνδυνος, ἔκπαλαι πρὸς τὴν μάχην σπαργῶν, οὐκ ἔφη λείψειν τὴν τάξιν, ἀλλ' αὐτόθι μένων μετὰ τῶν ἑαυτοῦ λοχιτῶν ὑποστήσεσθαι Μαρδόνιον.*

λοχηγέων τοῦ Πιτανητέων λόχου] *λογηγέων* plerique codd. Ex Aldina fluxerat *λοχηγετέων* a verbo *λοχηγετεῖν*, quod simili modo formatum apparet atque *ἀρχηγετεῖν*, *κυνηγετεῖν*, *ποδηγετεῖν*, alia id genus. At supra IX, 21 *λοχηγεῖν*: cui verbo quod h. l. adstruitur genitivus *λόχου*, non offendit, similium verborum structuram si respiciamus. Pro *Πιτανητέων*, quod e Koenii coniectura ad Gregor. Cor. de dial. Ion. §. 6 pag. 384 recepit Bekkerus *Πιτανήτεω*, eo haud opus videtur libris invitis. Quid enim differt, Pitanatarum co-

χου, „οὐκ, ἔφη, τοὺς ξείνους φεύξεσθαι, οὐδὲ ἑκὼν „εἶναι αἰσχυνέειν τὴν Σπάρτην.“ ἐθωύμαζέ τε ὁρέων τὸ ποιεύμενον, ἅτε οὐ παραγενόμενος τῷ προτέρῳ
3 λόγῳ. ὁ δὲ Παυσανίης τε καὶ ὁ Εὐρυάναξ δεινὸν μὲν ἐποιεῦντο τὸ μὴ πείθεσθαι ἐκεῖνον σφίσι, δεινότερον δὲ ἔτι, κείνου ταῦτα νενωμένου, ἀπολιπεῖν

---

hors num dicatur ὁ Πιτανητέων λόχος an ὁ Πιτανήτεω λόχος? Sed gravius hoc, argumentum loci si spectemus, quod Thucydides I, 20, quo loco sane memorabili Herodotum tangi opinantur, τὸν Πιτανάτην λόχον unquam exstitisse negat. Equidem, missa illa disceptatione, quâ Herodotus an Thucydides errore fuerit lapsus disquirunt inque diversas abeunt partes, haud sane intelligo, cur Herodoto eam cohortem, quam Pitanae vicus ad Spartanorum exercitum misit, dicere non licuerit *Pitanatarum cohortem*? Fuit enim *Pitana* unus ex antiquissimis Spartae vicis, ut monstravi ad III, 55, add. Kortüm in Schlosser. et Bercht. Archiv. IV pag. 142. 152, ubi Pitanae nomen non ordinis cuiusdam, sed loci significationem esse recte contendit. Locorum autem ac vicorum antiquae Spartae distributionem ad exercitum quoque pertinuisse, cuius scil. singulae partes sive ordines singulos referrent vicos, satis habemus cognitum. Vid. C. F. Hermann. Hellen. Staatsalterth. §. 29. inprimis not. 9. Quam igitur Pitanae incolae praebebant cohortem sive manipulum, eum hîc vocari existimo, probante quoque Negris, τὸν Πιτανητέων λόχον, praesertim cum ipsum illum vicum Noster adierit ibique etiam certe aliquamdiu commoratus sit. Vid. III, 55 ibique nott. Quare Herodotum errore hic lapsum esse haud mihi persuaderi patiar. Conf. etiam C. O. Müller. Dor. II pag. 50, ubi apte Caracallam imperatorem profert, qui antiqua instituta imitans, e Spartanis formasse dicitur λόχον Πιτανάτην, Herodian. IV, 8. Alia dabunt Meurs. Lectt. Att. I, 15. 16 coll. Miscell. Laconn. pag. 100.

τοὺς ξείνους] Vide supra IX, 11. 55 et ad formulam ἑκὼν εἶναι in seqq. VII, 174. De verbo αἰσχύνειν conf. nott. ad VII, 53 et de locutione δεινὸν ποιεῖσθαι nott. ad III, 14.

κείνου ταῦτα νενωμένου] i. e. *cum ille* (Amompharetus dux scil.) *ita secum statuisset*, s. *hoc esset animo.* Hesychius II pag. 667 νένωται· ἐν νῷ ἔχει. Add. Etymol. magn. pag. 601 et Herodot. I, 68. 77 ibiq. nott. Hinc male codd. quidam ἀναινομένου.

τὸν λόχον τὸν Πιτανήτην, μὴ, ἣν ἀπολίπωσι ποιεῦντες τὰ συνεθήκαντο τοῖσι ἄλλοισι Ἕλλησι, ἀπόληται ὑπολειφθεὶς αὐτός τε Ἀμομφάρετος καὶ οἱ 4 *μετ' αὐτοῦ. ταῦτα λογιζόμενοι, ἀτρέμας εἶχον τὸ στρατόπεδον τὸ Λακωνικὸν, καὶ ἐπειρῶντο πείθοντές* 718 *μιν ὡς οὐ χρεὸν εἴη ταῦτα ποιέειν.*

54 *Καὶ οἱ μὲν παρηγόρεον Ἀμομφάρετον, μοῦνον Λακεδαιμονίων τε καὶ Τεγεητέων λελειμμένον. Ἀθηναῖοι δὲ ἐποίευν τοιάδε. εἶχον ἀτρέμας σφέας αὐτοὺς ἵνα ἐτάχθησαν, ἐπιστάμενοι τὰ Λακεδαιμονίων φρονήματα, ὡς ἄλλα φρονεόντων καὶ ἄλλα λεγόν-* 2 *των. ὡς δὲ ἐκινήθη τὸ στρατόπεδον, ἔπεμπον σφέων ἱππέα, ὀψόμενόν τε εἰ πορεύεσθαι ἐπιχειρέοιεν οἱ Σπαρτιῆται, εἴ τε καὶ τὸ παράπαν μὴ διανοεῦνται*

ἀπολιπεῖν τὸν λόχον] *τὸν λόχον* pro obiecti accusativo accipio, si quidem et h. l. et in proxime seqq. hoc verbum suam retinet vim activam. *Gravius autem ipsis videbatur deserere Pitanatarum cohortem timentibus, ne, si eam deseruissent, facientes, de quibus cum reliquis Graecis convenerant, intereat relictus ipse Amompharetus una cum Pitanatis suis.* Itaque ad *ἀπολίπωσι* subintellig. *αὐτὸν* scil. *τὸν λόχον*. Ad locutionem *ἀτρέμας εἶχον* conf. nott. ad VII, 8 §. 1 et ad *ἐπειρῶντο πείθοντες* Matth. Gr. Gr. §. 555 pag. 1091 et Herod. IX, 26.

Cap. LIV.

ἐπιστάμενοι τὰ Λακεδαιμονίων φρονήματα] i. e. *bene gnari moris atque ingenii Laconum, qui alia sentiant, alia dicant.* Ad locutionem conf VIII, 144 et IX, 7 §. 2. Ad argumentum Wesselingius bene affert Euripid. Andromach. 447 et Herodot. VI, 108, ubi vid. nott. Quod vero Lacones hic aliter atque animo gerebant eloqui dicuntur, hoc Valcken. comparat cum Homericis Il. XI, 313. Schol. Aristoph. Av. 168 ipsumque addit Aristophanem Spartanorum fraudes ac perfidiam perstringentem in Pac. 1065. Acharn. 307 coll. Demosthen. c. Aristocr. p. 421 [pag. 659 Reisk.] — In seqq. ad optativum *ἐπιχειρέοιεν*, quem in altera interrogationis parte excipit indicativus (*διανοεῦνται*), consul. Matth. §. 507, 2 pag. 963, qui idem §. 617, 5 pag. 1253 consulatur de particula *εἴτε*, quae hic valet *an*.

ἀπαλλάσσεσθαι· ἐπείρεσθαί τε Παυσανίην τὸ χρεὸν
55 εἴη ποιέειν. Ὡς δὲ ἀπίκετο ὁ κῆρυξ ἐς τοὺς Λακε-
δαιμονίους, ὥρα τέ σφεας κατὰ χώρην τεταγμένους,
2 καὶ ἐς νείκεα ἀπιγμένους αὐτῶν τοὺς πρώτους. ὡς
γὰρ δὴ παρηγορέοντο τὸν Ἀμομφάρετον ὅ τε Εὐρυ-
άναξ καὶ ὁ Παυσανίης μὴ κινδυνεύειν μένοντας μού-
νους Λακεδαιμονίων, οὔκως ἔπειθον· ἐς ὃ ἐς νείκεά τε
Δεκελέων δὲ τῶν ποτε κ. τ. λ.] Haec verba ita mihi explico: Sophanes Decelea pago oriundus *eorum sane Decelensium ex urbe*, qui aliquando facinus in omne tempus utile perpetraverunt. Ubi particula δὲ explicandi potius quam adversandi habere videtur vim. — Verba κατὰ Ἑλένης κομιδὴν sonant: *ad recuperandam* s. *reducendam Helenam* a Theseo scil. raptam puellam, antequam Menelao nuberetur. Plura hac de re dabit Plutarch. Thes. 32 (s. 31 ibique Leopold. p. 78) coll. Pausan. II, 22 §. 7.

δὴν Τυνδαρίδαι ἐσέβαλον ἐς γῆν τὴν Ἀττικὴν σὺν
στρατοῦ πλήθεϊ, καὶ ἀνίστασαν τοὺς δήμους, οὐκ
εἰδότες ἵνα ὑπεξέκειτο ἡ Ἑλένη, τότε λέγουσι τοὺς
Δεκελέας, οἱ δὲ αὐτὸν Δέκελον, ἀχθόμενόν τε τῇ
Θησέος ὕβρι, καὶ δειμαίνοντα περὶ πάσῃ τῇ Ἀθη-
ναίων χώρῃ, ἐξηγησάμενόν σφι τὸ πᾶν πρῆγμα, κατη-
γήσασθαι ἐπὶ τὰς Ἀφίδνας· τὰς δὴ Τιτακὸς, ἐὼν
8 αὐτόχθων, καταπροδιδοῖ Τυνδαρίδῃσι. τοῖσι δὲ
Δεκελεῦσι ἐν Σπάρτῃ ἀπὸ τούτου τοῦ ἔργου ἀτε-
λείη τε καὶ προεδρίη διατελέει ἐς τόδε αἰεὶ ἔτι ἐοῦ-
σα, οὕτω ὥστε καὶ ἐς τὸν πόλεμον τὸν ὕστερον
πολλοῖσι ἔτεσι τούτων γενόμενον Ἀθηναίοισί τε καὶ
Πελοποννησίοισι, σινεομένων τὴν ἄλλην Ἀττικὴν 726
74 Λακεδαιμονίων, Δεκελέης ἀποσχέσθαι. Τούτου τοῦ

καὶ ἀνίστασαν] i. e. *expulerunt, suo loco moverunt s. cedere iusserunt.* Conf. V, 71, ne plura; ad verbum ὑπεκκεῖσθαι vid. VIII, 60 §. 2 ibique nott. De *Aphidnis* vid. nott. ad VIII, 125; de *Titaco* citant Harpocrat. s. v. Suid. s. v. Τιτακίδαι III p. 479. Etymol. M. p. 760. Steph. Byz. p. 711 s. v. Τιτακίδαι.

ἐν Σπάρτῃ ἀπὸ τούτου τοῦ ἔργου] Ita Florentinus et Sancrofti liber cum aliis. Vulgo ἀπὸ τούτου τοῦ ἔργου|ἐν Σπάρτῃ eumque verborum ordinem retinuerunt Schaefer. et Matthiae. — Ad seqq. ἀτελείη τε καὶ προεδρίη vid. nott. ad I, 54. — Pro σινομένων cum recentt. reposui σινεομένων, de quo vid. IX, 13.

Δεκελέης ἀποσχέσθαι] „Referri solet ad annum Olymp. XCI, 3 [413 a Chr. n.], quo Agis, Archidami filius, Deceleam occupavit et in maximum Atheniensium detrimentum muniit apud Thucyd. VII, 19 non sine quadam imprudentia. Aliud profecto, ἀπέχεσθαι Δεκελέης *ab ea abstinere*; aliud occupatam munimentis et praesidio instruere, belloque sedem legere. Contigisse res videtur, quae et Bouhierii opinio, belli Peloponnesiaci, quando Archidamus Atticam incursionibus infestam habuit, principio [Ol. LXXXVIII, 2 s. 431 a. Chr. n.]: Thucydid. II, 10." *Wesseling.* Et sequitur Wesselingium Larcherus itemque Schoell., cui hoc sane multo videtur probabilius. Contrariam sententiam tuentur Dahlmann. in Herod. pag. 43 et Heyse Quaest. Her. p. 76, tum vero Herodotum senem septingenta duorum annorum Thuriis haec scripsisse ponendum est.

δήμου ἐὼν ὁ Σωφάνης, καὶ ἀριστεύσας τότε Ἀθη-
2 ναίων, διξοὺς λόγους λεγομένους ἔχει. τὸν μὲν, ὡς ἐκ τοῦ ζωστῆρος τοῦ θώρηκος ἐφόρεε χαλκέῃ ἁλύσι δεδεμένην ἄγκυραν σιδηρέην· τὴν, ὅκως πελάσειε ἀπικνεόμενος τοῖσι πολεμίοισι, βαλλέσκετο, ἵνα δή μιν οἱ πολέμιοι ἐκπίπτοντες ἐκ τῆς τάξιος μετακινῆσαι μὴ δυναίατο· γινομένης δὲ φυγῆς τῶν ἐναντίων, δέ-
3 δοκτο, τὴν ἄγκυραν ἀναλαβόντα, οὕτω διώκειν. οὗτος μὲν οὕτω λέγεται. ὁ δ' ἕτερος τῶν λόγων, τῷ πρότερον λεχθέντι ἀμφισβατέων, λέγεται, ὡς ἐπ' ἀσπίδος αἰεὶ περιθεούσης καὶ οὐδαμὰ ἀτρεμιζούσης ἐφόρεε ἐπίσημον ἄγκυραν, καὶ οὐκ ἐκ τοῦ θώρηκος
75 δεδεμένην σιδηρέην. Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον Σωφάνεϊ λαμπρὸν ἔργον ἐξεργασμένον, ὅτι περικατημένων Ἀθηναίων Αἴγιναν, Εὐρυβάτην τὸν Ἀργεῖον, ἄνδρα

Cap. LXXIV.

ἵνα δή μιν οἱ πολέμιοι κ. τ. λ.] Schweighaeuser. verba *ἐκ τῆς τάξιος* cum antecedenti *ἐκπίπτοντες* cohaerere vult, quae eadem etiam ad verbum *μετακινῆσαι* subintelligenda *ἀπὸ κοινοῦ* posita esse videntur. Hoc vero ipsum *ἐκπίπτοντες ἐκ τῆς τάξιος* idem valere putat atque *προεξαΐσσοντες* IX, 62, simulque mente addi posse: *καὶ ἐς αὐτὸν ἐσπίπτοντες*. Unde haec fere loci sententia: *ut sane hostes, e sua acie in ipsum irruentes, ipsum ex acie sua s. e loco, quem in acie obtineret, movere non possent.* — In imperfecto *βαλλέσκετο iterandi* vim inesse monuit Buttmann. Gr. Gr. I pag. 393. — Ad verbum *ἀμφισβατέων* (i. e. contradicens, contrarius illi) conf. nott. ad IV, 14. Suidas s. v. I p. 154.

ἐπ' ἀσπίδος αἰεὶ — ἀτρεμιζούσης] i. e. *in clypeo, qui semper discurrebat nec unquam quietus erat,* quem semper in gyro agebat neque unquam sinebat quietum. *ἐπίσημον, clypei insigne,* notavimus ad VIII, 88. Wesseling. comparaverat Plut. II p. 234 C.

Cap. LXXV.

περικατημένων Ἀθηναίων Αἴγιναν] Pertinet hoc ad bella inter Athenienses et Aeginetas gesta ante bellum Persicum, quo imminentes, ut testatur Herodotus VII, 145 inimicitias deposuerunt, de quibus ipsis vid. V, 82 seqq. VI, 49 seqq. 73. 85 seq. 92.

Εὐρυβάτην τὸν Ἀργεῖον, ἄνδρα πεντάεθλον] Vid. VI,

2 πεντάεθλον, ἐκ προκλήσιος ἐφόνευσε. αὐτὸν δὲ Σωφάνεα χρόνῳ ὕστερον τούτων κατέλαβε, ἄνδρα γενόμενον ἀγαθὸν, Ἀθηναίων στρατηγέοντα ἅμα Λεάγρῳ τῷ Γλαύκωνος, ἀποθανεῖν ὑπὸ Ἠδωνῶν ἐν Δάτῳ περὶ τῶν μετάλλων τῶν χρυσέων μαχεόμενον.

76 Coa mulier, Hegetoridae filia, Ὡς δὲ τοῖσι Ἕλλησι ἐν Πλαταιῇσι κατέστρωντο οἱ βάρβαροι, ἐνθαῦτά σφι ἐπῆλθε γυνὴ αὐτόμολος·

---

92 coll. IX, 33 et Pausan. I, 29 §. 4. De locutione ἐκ προκλήσιος conf. nott. ad V, 1 et de verbis χρόνῳ ὕστερον τούτων nott ad IX, 64; de verbis ἄνδρα γενόμενον ἀγαθὸν nott. ad IX, 71. Incidit Sophanis mors in Olympiad. LXXXI exeuntem s. 453 a. Chr. n. quum Athenienses sub archonte Lysistrate iterum mitterent colonos, Eionem qui occuparent, ut bene notat Wesseling., cui add. Larcher. tab. chronolog. p. 655. Ad eandem cladem spectant loci Pausaniae l. l. (ubi vid. Siebelis p. 106), Isocratis De pac. §. 86 (ubi legendum ἐν Δάτῳ auctore Baitero, quem vid. Praef. ed. Isocr. Panegyr. p. IX) Thucydid. I, 100. Diodor. Sic. XII, 68. Qui quod *Drabescum* cladis locum declarant, non multum refert, quoniam *Drabescus* et *Datus* eadem fere in regione sitae erant non multum distantes teste Strabon. VII fin. Harpocrat. s. v. Δάτος coll. Suid. I p. 511) idemque proelium diverso modo appellatur a scriptoribus. De quo cf. Spohn ad Isocrat. Panegyr. §. 142. *Drabesci* nomen adhuc retineri in vici *Sdravitz* nomine, ex ore archiepiscopi Thessalonicensis retulit Cousinéry Voyage en Maced. II p. 51; qui idem suspicatur, vicum quendam campis Philipporum proximum, cui nomen Palaeochori (i. e. *antiqua urbs*), successisse in locum veteris *Dati*. Datum vero olim Satrarum gentem (de qua vid. VII, 110. 111) tenuisse, idem efficere vult II p. 97. 98. — De *Edonis* dixi in nott. ad V, 11. — Leagri filius Γλαύκων ὁ Λεάγρου teste Valckenaerio, memoratur Thucydid. I, 51. Ac Pausanias quoque l. l. *Leagrum* copiarum indicat ducem.

Cap. LXXVI.

κατέστρωντο] Vid. nott. ad VIII, 52. Pollux IX, 153. Quae sequitur de muliere historia, eam in pauciora contractam exhibet Pausan. III, 4 §. 7. Tu cf. Müller. Aeginett. pag. 126. De *Pharandate* cf. VII, 79. In ipsam vocem inquisivit nuper Pott. Etymol. Forsch. p. XLV. Quâ indicari statuit *a Behram* (qui est unus e geniis Persarum, Izeds vocatis) *datum.*

in barbarorum castris reperta, inque libertatem a Pausania vindicata.

ἢ ἐπειδὴ ἔμαθε ἀπολωλότας τοὺς Πέρσας καὶ νικῶντας τοὺς Ἕλληνας, ἐοῦσα παλλακὴ Φαρανδάτεος τοῦ Τεάσπιος, ἀνδρὸς Πέρσεω, κοσμησαμένη χρυσῷ πολλῷ καὶ αὐτὴ καὶ αἱ ἀμφίπολοι, καὶ ἐσθῆτι τῇ καλλίστῃ τῶν παρεουσέων, καταβᾶσα ἐκ τῆς ἁρμαμάξης, ἐχώρεε ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους ἔτι ἐν τῇσι φο-
2 νῇσι ἐόντας. ὁρῶσα δὲ πάντα ἐκεῖνα διέποντα Παυσανίην, πρότερόν τε τὸ οὔνομα ἐξεπισταμένη καὶ τὴν πάτρην, ὥστε πολλάκις ἀκούσασα, ἔγνω τε τὸν Παυσανίην, καὶ λαβομένη τῶν γουνάτων, ἔλεγε τάδε· „Ὦ βασιλεῦ Σπάρτης, ῥῦσαί με τὴν ἱκέτιν 727
3 „αἰχμαλώτου δουλοσύνης. σὺ γὰρ καὶ ἐς τόδε ὤνησας, τούσδε ἀπολέσας, τοὺς οὔτε δαιμόνων οὔτε
4 θεῶν ὄπιν ἔχοντας. εἰμὶ δὲ γένος μὲν Κῴη, θυγάτηρ δὲ Ἡγητορίδεω τοῦ Ἀνταγόρεω. βίῃ δέ με
5 „λαβὼν ἐν Κῷ εἶχε ὁ Πέρσης.“ Ὁ δὲ ἀμείβεται τοῖσδε· „Γύναι, θάρσει, καὶ ὡς ἱκέτις, καὶ εἰ δὴ „πρὸς τούτῳ τυγχάνεις ἀληθέα λέγουσα, καὶ εἷς θυ„γάτηρ Ἡγητορίδεω τοῦ Κῴου, ὃς ἐμοὶ ξεῖνος μά-

---

In voce Τεάσπιος radicem *asp* s. *esp*, quae equum denotat et in multis Persarum vocabulis conspicua est, agnoscere licet. Cf. ibid. p. LX. De voce ἁρμαμάξης vid. nott. ad VII, 41. Mox dixit φόνη, ubi vulgo φόνος. Sic Iones κοίτη et κοῖτος, alia, de quibus conf. I, 9. IV, 201.

ὦ βασιλεῦ] Proprie non rex, sed regis Plistarchi fuit tutor, testibus Herod. IX, 10. Thucydid. I, 132. Pausan. III, 4, 7. Sed condonandum ait Wesselingius matronae animo prae laetitia perturbato. — Ad proxime seqq. ῥῦσαί με κ. τ. λ. conferri volunt V, 49. IX, 89. Epigramm. apud Aristid. III p. 648.

τοὺς οὔτε δαιμόνων οὔτε θεῶν ὄπιν ἔχοντας] i. e. „*nec daemonum neque deorum maiestatem s. vindictam reveritos.*“ *Valcken.* citans VIII, 143, ubi vid. nott. — In seqq. ad particulam δὲ iteratam conf. Matth. Gr. Gr. §. 616 p. 1247, ἔχειν valet *uxoris loco habere,* ut III, 31.

εἷς] Ita dedi secutus Schaeferum aliosque, ubi Schweighaeuserus atque Gaisford. dederant εἶ, improbante censore Lipsiensi 1833 p. 49. — Pro τότε μὲν Bekker. quaerit: „an μέν μιν?“

„λιστα τυγχάνει ἐὼν τῶν περὶ κείνους τοὺς χώρους
6 „οἰκημένων.“ Ταῦτα εἴπας, τότε μὲν ἐπέτρεψε τῶν
ἐφόρων τοῖσι παρεοῦσι, ὕστερον δὲ ἀπέπεμψε ἐς Αἴ-
77 γιναν, ἐς τὴν αὐτὴ ἤθελε ἀπικέσθαι. Μετὰ δὲ τὴν
ἄπιξιν τῆς γυναικὸς, αὐτίκα μετὰ ταῦτα ἀπίκοντο
Μαντινέες ἐπ' ἐξεργασμένοισι· μαθόντες δὲ ὅτι ὕ-
στεροι ἥκουσι τῆς συμβολῆς, συμφορὴν ἐποιεῦντο
2 μεγάλην, ἄξιοί τε ἔφασαν εἶναι σφέας ζημιῶσαι.
πυνθανόμενοι δὲ τοὺς Μήδους τοὺς μετὰ Ἀρταβά-
ζου φεύγοντας, τούτους ἐδίωκον μέχρι Θεσσαλίης·
3 Λακεδαιμόνιοι δὲ οὐκ ἔων φεύγοντας διώκειν. οἱ
δὲ ἀναχωρήσαντες ἐς τὴν ἑωυτῶν, τοὺς ἡγεμόνας
τῆς στρατιῆς ἐδίωξαν ἐκ τῆς γῆς. Μετὰ δὲ Μαν-
4 τινέας ἧκον Ἠλεῖοι. καὶ ὡσαύτως οἱ Ἠλεῖοι τοῖσι
Μαντινεῦσι συμφορὴν ποιησάμενοι ἀπαλλάσσοντο·
ἀπελθόντες δὲ καὶ οὗτοι τοὺς ἡγεμόνας ἐδίωξαν.
τὰ κατὰ Μαντινέας μὲν καὶ Ἠλείους τοσαῦτα.

Pugnâ pugnata, Mantinenses et Elei veniunt. Duces eorum, quod suos sero adduxissent, in exsilium pulsi.

78 Ἐν δὲ Πλαταιῇσι ἐν τῷ στρατοπέδῳ τῶν Αἰγι-
νητέων ἦν Λάμπων ὁ Πυθέω, Αἰγινητέων τὰ πρῶ-

Lamponis Aeginetae consilium

Cap. LXXVII.

ἐπ' ἐξεργασμένοισι] i. e. *re peracta*. Vid. Matth. Gr. Gr. §. 5 p. 1113. Herod. IV, 164. Ad locutionem συμφορὴν ποιεῖσθαι vid. V, 5. VIII, 100.

ἄξιοί τε — ζημιῶσαι] i. e. *dignos se esse, qui punirentur, confessi sunt*. Vid. Matth. Gr. Gr. §. 535 b. p. 1050. Simile Livii dictum XXX, 30 attulit Valcken. — In seqq. *Medorum* appellatione latiore Noster usus, videtur Chorasmios et Parthos intellexisse; nam supra VII, 66 Artabazus quadraginta mille Chorasmiis et Parthis praefuisse narratur.

τούτους ἐδίωκον] Latine reddendum: *persequi cupiebant, studebant*, ob imperfecti temporis potestatem eam, de quâ cf. nott. ad I, 68. — Diodorus XI, 32 inter eos, qui Artabazum fugientem insecuti sunt, Corinthios, Sicyonios, Phliasios memorat, adiiciens καί τινες ἕτεροι: quo *Mantinenses* intelligi credibile est. — Ad seq. ἐδίωξαν (*patria expulerunt*) conf. V, 92 §. 5 ibique nott.

Cap. LXXVIII.

Λάμπων ὁ Πύθεω] Conf. Pausan. III. 4 §. 7. Hunc Lamponem eius Pytheae filium habet C. O. Müller. Aeginett. pag. 126, de quo Herodotus VII, 181. VIII, 92. Nam con-

τα· ὃς ἀνοσιώτατον ἔχων λόγον ἵετο πρὸς Παυσανίην. ἀπικόμενος δὲ, σπουδῇ ἔλεγε τάδε· „Ὦ παῖ „Κλεομβρότου, ἔργον ἔργασταί τοι ὑπερφυὲς, μέ„γαθός τε καὶ κάλλος· καὶ τοὶ θεὸς παρέδωκε, ῥυ„σάμενον τὴν Ἑλλάδα, κλέος καταθέσθαι μέγιστον „Ἑλλήνων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν. σὺ δὲ καὶ τὰ λοιπὰ
3 „τὰ ἐπὶ τούτοισι ποίησον, ὅκως λόγος τέ σε ἔχῃ 728 „ἔτι μέζων, καί τις ὕστερον φυλάσσηται τῶν βαρ„βάρων μὴ ὑπάρχειν ἔργα ἀτάσθαλα ποιέων ἐς τοὺς
4 „Ἕλληνας. Λεωνίδεω γὰρ ἀποθανόντος ἐν Θερμο„πύλῃσι, Μαρδόνιός τε καὶ Ξέρξης ἀποταμόντες „τὴν κεφαλὴν ἀνεσταύρωσαν. τῷ σὺ τὴν ὁμοίην

de Mardonii cadavere, quod Xerxes in mortuum Leonidam saeviisset [7, 238.], contumeliose tractando,

---

iungit eos (ita addit vir doctissimus) odium in Persas vehementissimum. Hinc Πυθέω rescribi maluerat Krebs. At vid. nott. ad VII, 137.

Αἰγινητέων τὰ πρῶτα] Quod olim his adnexum erat φέρων (cuius loco Valcken. conferens VIII, 104 et Lucian. V. H. II, 18 poni voluerat φερόμενος), merito nunc deletum. Tu vide de locutione Herod. VI, 100 ibique nott. Blomfield. Glossar. ad Aesch. Pers. 1. — Mox dedi ἔχων λόγον, pro vulg. λόγον ἔχων. Sequens ἵετο hinc citat Matth. Gr. Gr. §. 214 p. 409 scribens ἵετο, quod etiam dedit Bekker. Tu vid. nott. ad VI, 112. Duo codd. ἵκετο, e glossa, opinor, marginali. Hesychius II p. 30 ἵεται· βαδίζεται, quamquam non simplex *eundi* notio inest in hoc verbo medio, quod simul studii cuiusdam ac festinationis continet significationem, ut v. c. in Il. II, 154, ubi δρόμῳ ἵεντο. — Ad ὑπερφυὲς vid. nott. ad VIII, 116.

κλέος καταθέσθαι] *gloriam sibi deponere, consequi.* Conf. VII, 220, VI, 41 ibique allata.

σὺ δὲ καὶ τὰ λοιπὰ τὰ ἐπὶ τούτοισι ποίησον] i. e. *Tu vero iam id, quod superest, perfice.* Ad sequentia: ὅκως λόγος τέ σε ἔχῃ conf. allata ad V, 66 et ad structuram verbi φυλάσσειν Matth. Gr. Gr. §. 551 E. pag. 1082. Ad argumentum conf. VII, 238. Seqq. ἀτάσθαλα ποιέων Homerum redolent. Cf. Duncanii Lex. ed. Rost. I p. 174 et a Cr. laud. Apollon. Lex. Homer. p. 173 ed. Toll.

τὴν ὁμοίην] scil. δίκην, ut VI, 21. Fischer. ad Weller. III, 1 p. 255. Aliis placet supplere ποινήν, ut Lambert. Bos. De ellipss. p. 394. Ad verba ὑπὸ πάντων cf. Matth. Gr. Gr. §. 592 in. pag. 1185, qui idem §. 500 p. 946 monuit de usu perfecti τετιμώρησαι sive, ut Bekker. e Süvernii emendatio-

„ἀποδιδοὺς, ἔπαινον ἕξεις πρῶτα μὲν ὑπὸ πάντων
„Σπαρτιητέων, αὖτις δὲ καὶ πρὸς τῶν ἄλλων Ἑλ-
5„λήνων. Μαρδόνιον γὰρ ἀνασκολοπίσας, τετιμω-
„ρῆσαι ἐς πάτρων τὸν σὸν Λεωνίδην.“ Ὁ μὲν δο-
79 κέων χαρίζεσθαι ἔλεγε τάδε. Ὁ δ' ἀνταμείβετο
τοῖσδε· „Ὦ ξεῖνε Αἰγινῆτα, τὸ μὲν εὐνοεῖν τε καὶ
„προορᾶν, ἄγαμαι σεῦ. γνώμης μέντοι ἡμάρτηκας
2„χρηστῆς· ἐξάρας γάρ με ὑψοῦ καὶ τὴν πάτρην καὶ
„τὸ ἔργον, ἐς τὸ μηδὲν κατέβαλες, παραινέων νεκρῷ
„λυμαίνεσθαι, καὶ, ἢν ταῦτα ποιέω, φὰς ἄμεινόν με
3„ἀκούσεσθαι. τὰ πρέπει μᾶλλον βαρβάροισι ποιέειν,
„ἤπερ Ἕλλησι· καὶ ἐκείνοισι δὲ ἐπιφθονέομεν. Ἐγὼ
„δ' ὦν τούτου εἵνεκα μήτε Αἰγινήτῃσι ἅδοιμι, μήτε
„τοῖσι ταῦτα ἀρέσκεται· ἀποχρᾷ δ' ἐμοὶ, Σπαρτιή-
„τῃσι ἀρεσκόμενον, ὅσια μὲν ποιέειν, ὅσια δὲ
4„καὶ λέγειν. Λεωνίδῃ δὲ, τῷ με κελεύεις τιμω-
„ρῆσαι, φημὶ μεγάλως τετιμωρῆσθαι· ψυχῇσί τε
τῇσι τῶνδε ἀναριθμήτοισι τετίμηται αὐτός τε καὶ
5„οἱ ἄλλοι οἱ ἐν Θερμοπύλῃσι τελευτήσαντες. σὺ
„μέντοι ἔτι ἔχων λόγον τοιόνδε μήτε προσέλθῃς ἔ-

a Pausania repudiatum.

---

ne rescripsit τετιμωρήσεαι. Additur ἐς πάτρων eo dicendi usu, quo etiam dicunt ὑβρίζειν εἴς τινά. — Ad verbum ἀνασκολοπίζειν conf. nott. ad III, 132.

Cap. LXXIX.

τὸ μὲν εὐνοεῖν] Vid. Matth. Gr. Gr. §. 541 p. 1063 et de genitivo σεῦ in seqq. §. 317 p. 625. In seqq. attendi velim ad locutionem ἐξάρας γάρ με ὑψοῦ i. e. *nimis enim me laudibus extulisti*. Conf. VI, 126. Locutionem νεκρῷ λυμαίνεσθαι invenimus III, 16. I, 214. Aelian. N. A. VII, 10, ubi Herodoti locus non fugit Iacobs.

ἐπιφθονέομεν] Non tam *invidiae* quam *odii* significationem in hoc verbo inesse recte monere videtur Schweighaeus. in Lex. Herod. — In seqq. ad particulam μήτε conf. Matth. Gr. Gr. §. 608, 4 p. 1219. — Accusativum ἀρεσκόμενον ne mireris praegresso dativo; vid. I, 37 ibique citt. IX, 122. VI, 86 §. 1. VIII, 24. Vocabulum ψυχῆς de *vita* accipio, ut III, 130, ubi cf. citt.

σὺ μέντοι ἔτι ἔχων κ. τ. λ.] „Ore Ionico pronuntiata atque in speciem lenissima, gravem tamen continent comminationem; illis simillima, quae Alexandro Macedoni dixisse ferun-

„μοιγε, μήτε συμβουλεύσῃς· χάριν ἴσθι τε ἐὼν „ἀπαθής.“ Ὁ μὲν ταῦτα ἀκούσας ἀπαλλάσσετο.

80 Παυσανίης δὲ κήρυγμα ποιησάμενος μηδένα ἅπτεσθαι τῆς ληΐης, συγκομίζειν ἐκέλευε τοὺς εἵλω-
2 τας τὰ χρήματα. οἱ δὲ ἀνὰ τὸ στρατόπεδον σκιδνάμενοι εὕρισκον σκηνὰς κατεσκευασμένας χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ, κλίνας τε ἐπιχρύσους καὶ ἐπαργύρους, κρητῆράς τε χρυσέους, καὶ φιάλας τε καὶ ἄλλα ἐκπώματα· σάκκους τε ἐπ' ἁμαξέων εὕρισκον, ἐν τοῖσι λέβητες ἐφαίνοντο ἐνεόντες χρύσεοί τε καὶ ἀργύρεοι· ἀπό τε τῶν κειμένων νεκρῶν ἐσκύλευον ψέλιά τε καὶ στρεπτοὺς, καὶ τοὺς ἀκινάκεας, ἐόντας χρυσέους· ἐπεὶ ἐσθῆτός γε ποικίλης λόγος ἐγίνετο οὐδὲ
3 εἷς. Ἐνθαῦτα πολλὰ μὲν κλέπτοντες ἐπώλεον πρὸς τοὺς Αἰγινήτας οἱ εἵλωτες, πολλὰ δὲ καὶ ἀπεδείκνυσαν, ὅσα αὐτέων οὐκ οἷά τε ἦν κρύψαι· ὥστε

Praeda ingens coacta. Quomodo Aeginetae ditati.

---

tur Athenienses VIII, 143 σύ τε τοῦ λοιποῦ λόγους ἔχων τοιούσδε μὴ ἐπιφαίνεο Ἀθηναίοισι, μηδὲ δοκέων χρηστὰ ὑπουργέειν ἀθέμιστα ἔρδειν παραίνεε. Iuxta Lycurg. c. Leocr. p. 156, 42 [p. 186 R.] Alexandrum Athenienses μικροῦ δεῖν κατέλευσαν: secundum Aristidem I p. 250 illi dixerunt, qualia Medeae Creon Euripidis 352 *si te secundo lumine hic offendero, Moriere.* Lamponis istius consilium repellentis Spartani regis responsum meminit Pausan. III, 4 fin.“ *Valcken.* — Mox cum Schweigh. et Gaisf. dedi ἴσθι τε e pluribus codd. Vulgo τε ἴσθι, quod post Schaefer. retinuerunt Matth. et Bekker. — De participio adiecto vid. Matth. Gr. Gr. §. 551, 1 p. 1088.

Cap. LXXX.

ἐκέλευε] Retinui hoc. E duobus codd. Schaefer., quem sequuntur Matth. et Bekker., ἐκέλευσε. At bene imperfectum et h. l. et III, 28 tuetur Sintenis epist. ad G. Hermann. (ed. Plutarch. Themist.) pag. LI. Ad verba seqq. κλίνας τε ἐπιχρύσους *Wessel.* haec adscripsit: „non fuerunt ὁλόχρυσοι καὶ ὁλάργυροι, quales in Phil. Iud. De Somn. p. 1115 E. sed *inaurati* et *inargentati.* Ex solido auro et argento memorabuntur c. 80. In talibus et alibi peccatur. Vid. I, 50.“

ψέλια καὶ στρεπτοὺς] i. e. *armillas* et *torques.* Minus recte olim ψέλλια. Tu vid. III, 20. IV, 168 et Sintenis ad Plu-

Αἰγινήτῃσι οἱ μεγάλοι πλοῦτοι ἀρχὴν ἐνθεῦτεν ἐγέ-
νοντο, οἳ τὸν χρυσὸν, ἅτε ἐόντα χαλκὸν δῆθεν,
81 παρὰ τῶν εἱλωτέων ὠνέοντο. Συμφορήσαντες δὲ
Dona diis missa. Praeda divisa.
τὰ χρήματα, καὶ δεκάτην ἐξελόντες τῷ ἐν Δελφοῖσι 729
θεῷ, ἀπ' ἧς ὁ τρίπους ὁ χρύσεος ἀνετέθη, ὁ ἐπὶ
τοῦ τρικαρήνου ὄφιος τοῦ χαλκέου ἐπεστεὼς ἄγχι-

---

tarch. Themistocl. 18 p. 117. De *Acinace* cf. III, 128.

ἅτε ἐόντα χαλκὸν δῆθεν] „*Quasi vero aes foret.* Rudi simplicitate Helotarum, aurum atque aes vix internoscentium, abusi Aeginetae sunt. Quid victo ad Gransonium Carolo Audace, Burgundiae duce, vasis eius argenteis, stannum arbitrati, fecerint, quoque modo gemmas, multo rarissimas et pretii ingentis, tanquam vilissima scruta abiecerint Helvetii, durum ab stirpe genus, elegantissime Ph. Comineus Memor. Lib. V, 2 exposuit." *Wesseling.* His addam, quae de eadem re iudicat C. O. Müller. Aeginett. p. 127: „Novimus morem scriptoris, populorum statui opibusque vetustis causas multum recentiores subiicientis neque igitur Aeginetas ob huius mercaturae fraudem magnopere obiurgabimus. Perspicitur tamen ex istis Herodoti ipsius verbis, quantis tum divitiis Aeginetae floruerint. Quae certe priora, quam quae Libro VI traduntur atque ante Aeginetas patria expulsos conscripta sunt. Sed stipendiarii tamen Atheniensibus iam tum erant." A. Schöll, vernaculus interpres in not. ad h. l. Herodotum magnas Aeginetarum opes ex hac re repetentem, contendit inductum fuisse ab Atheniensibus Aeginetarum inimicis, qui ita ipsi retulerint. — De vocula δῆθεν vid. nott. ad IX, 66.

Cap. LXXXI.

ἐξελόντες] Idem verbum de rebus deo cuipiam exemtis et consecratis IV, 161. Sunt vero Herodoti verba non ita intelligenda, ut unam decimam e praeda electam tribus hisce operibus tribusque diis suffecisse putemus, quemadmodum intellexerat Larcherus, sed, quod bene monuit Bröndsted. l. l. I p. 101 not., triplicem decimam Graeci elegisse putandi sunt, unicuique e tribus diis nominatis unam decimam eximentes. — De *tripode* cf. Diodor. XI, 33.

ἐπὶ τοῦ τρικαρήνου ὄφιος] „Durabat in tempora Pausaniae, aureo tripode dudum a Phocensibus interverso et conflato lib. X, 13 §. 5. Quam vero Gronovius ex Whelero adposuit tricipitis colubri figuram, eam huius videri, a Cupero veritati respondere negatur, Epistol. Lib. II pag. 177. Litem

στα τοῦ βωμοῦ· καὶ τῷ ἐν Ὀλυμπίῃ θεῷ ἐξελόντες, ἀπ' ἧς δεκάπηχυν χάλκεον Δία ἀνέθηκαν· καὶ τῷ ἐν Ἰσθμῷ θεῷ, ἀπ' ἧς ἑπτάπηχυς χάλκεος Ποσειδέων ἐξεγένετο· ταῦτα ἐξελόντες, τὰ λοιπὰ διαιρέοντο, καὶ ἔλαβον ἕκαστοι τῶν ἄξιοι ἦσαν, καὶ τὰς παλλακὰς τῶν Περσέων, καὶ τὸν χρυσὸν, καὶ τὸν 2ἄργυρον, καὶ ἄλλα χρήματά τε καὶ ὑποζύγια. Ὅσα μέν νυν ἐξαίρετα τοῖσι ἀριστεύσασι αὐτέων ἐν Πλαταιῇσι ἐδόθη, οὐ λέγεται πρὸς οὐδαμῶν, δοκέω δ' ἔ3γωγε καὶ τούτοισι δοθῆναι. Πανσανίῃ δὲ πάντα δέκα ἐξαιρέθη τε καὶ ἐδόθη, γυναῖκες, ἵπποι, τάλαντα, κάμηλοι, ὣς δὲ αὔτως καὶ τὰ ἄλλα χρήματα.

82 Λέγεται δὲ καὶ τάδε γενέσθαι· ὡς Ξέρξης φεύγων ἐκ τῆς Ἑλλάδος Μαρδονίῳ τὴν κατασκευὴν καταλίποι τὴν ἑωυτοῦ· Πανσανίην ὦν, ὁρέοντα τὴν Μαρδονίου κατασκευὴν χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ καὶ παραπετάσμασι ποικίλοισι κατασκευασμένην, κελεῦ-

Comparatio frugalitatis Spartanae cum luxu barbarorum.

---

meam non facio. Si tamen verum amamus, *unus* hic *draco* et *triceps* describitur, δράκων χαλκοῦς Pausaniae, monumentum autem Constantinopolitanum tres exhibet serpentes, scitissime contortiplicatos: dubium praeterea, Delphisne Byzantium venerit; sed, fieri hoc potuisse, nolo infitiari. Porro Iovis Olympii ex aere statuam copiosius Pausanias expingit, V, 23 §. 1 [de quo loco nunc vid. Broendsted. I p. 102 seqq. Add. Pausan. VI, 10 §. 2.] *Wesseling.*

Πανσανίῃ δὲ πάντα δέκα ἐξαιρέθη] Ad vocem πάντα (i. e. *von Allem*) cf. Matth. §. 266. Hermann. ad Viger. p. 727. Et vid. Herodot. I, 50. Nostro loco bene utitur C. O. Müller. Dor. II p. 209; ex quo scil. perspicitur, regibus Spartanorum licuisse aurum atque argentum, cuius usum Spartae interdictum fuisse vulgo dicunt, possidere. Atque affert idem Müllerus plura, quae eodem faciunt, v. c. mulctas ipsumque studium equos alendi ad ludos publicos (cf. Herod. VI, 70. 103), haud parvas impensas exigens.

Cap. LXXXII.

τὴν κατασκευὴν] Schweighaeuserus olim scriptum fuisse suspicabatur τὴν σκηνὴν; scripti libri, quantum scio, omnes, non addicunt. Descripsit Herodotea Athenaeus IV, 6 s. 15 pag. 138 C. haud pauca immutans.

σαι τούς τε ἀρτοκόπους καὶ τοὺς ὀψοποιοὺς κατὰ
ταὐτὰ καθὼς Μαρδονίῳ δεῖπνον παρασκευάζειν.
2 ὡς δὲ κελευόμενοι οὗτοι ἐποίευν ταῦτα, ἐνθαῦτα
τὸν Παυσανίην, ἰδόντα κλίνας τε χρυσέας καὶ ἀρ-
γυρέας εὖ ἐστρωμένας, καὶ τραπέζας τε χρυσέας καὶ
ἀργυρέας, καὶ παρασκευὴν μεγαλοπρεπέα τοῦ δεί-
πνου, ἐκπλαγέντα τὰ προκείμενα ἀγαθὰ, κελεῦσαι
ἐπὶ γέλωτι τοὺς ἑωυτοῦ διηκόνους παρασκευάσαι
3 Λακωνικὸν δεῖπνον. ὡς δὲ τῆς θοίνης ποιηθείσης
ἦν πολλὸν τὸ μέσον, τὸν Παυσανίην γελάσαντα με-
ταπέμψασθαι τῶν Ἑλλήνων τοὺς στρατηγούς· συν-
ελθόντων δὲ τουτέων, εἰπεῖν τὸν Παυσανίην, δεικνύν-
4 τα ἐς ἑκατέρην τοῦ δείπνου τὴν παρασκευήν· „Ἄν-
„δρες Ἕλληνες, τῶνδε εἵνεκα ἐγὼ ὑμέας συνήγαγον,
„βουλόμενος ὑμῖν τοῦδε τοῦ Μήδων ἡγεμόνος τὴν
„ἀφροσύνην δεῖξαι· ὃς τοιήνδε δίαιταν ἔχων, ἦλθε
„ἐς ἡμέας οὕτω ὀϊζυρὴν ἔχοντας ἀπαιρησόμενος.“

τούς τε ἀρτοκόπους καὶ τοὺς ὀψοποιοὺς] Athen. l. l. praebet *ἀρτοποιοὺς*: quae haud rara est confusio; cf. nott. ad I, 51. Utrumque nomen frequentius coniungi monstrant allata ab interprett. Thom. Magistr. p. 113 seqq. ipsaque docet res. — Mox e codd. consensu revocavi *καθὼς*, cuius loco Schaeferus, quem Matth. sequitur, exhibuerat *καί*. — In seqq. ad *ἐκπλαγέντα* cf. nott. ad VII, 181 et ad formulam *ἐπὶ γέλωτι* Matth. Gr. Gr. §. 586 γ p. 1167. Add. Herod. VI, 67.

ἦν πολλὸν τὸ μέσον] *Amplum discrimen* reddit Wessel. citans Herod. I, 126. Euripid. Alcest. 914. Io. Chrysost. Or. De Evangel. Profect. T. III p. 302 C. coll. Heliodor. Aethiop. VII pag. 318 [cp. 16] et Abresch. Lectt. Aristaenett. pag. 249. — Mox restitui *εἰπεῖν* pro *εἶπαι*, ut cap. 84. Vid. nott. ad VIII, 65.

τοῦδε τοῦ Μήδων ἡγεμόνος] Ita dedi cum Schweigh., Gaisf. et Wesseling. (qui dudum ita iusserat in Diss. Herodot. VIII c. fin. p. 89 seqq.), libros scriptos secutus, e quibus unus Sancrofti codex habet *Μήδου ἡγεμόνος* et Aldina *βασιλῆος* pro *ἡγεμόνος*. Unde Schaeferus, quem sequuntur Matth. et Bekker., dederat *τοῦ Μήδου*, reliquis vocibus omissis.

δίαιταν] Omnem indicari coenae Persicae apparatum, non cibos tantum, sed vasa

Ταῦτα μὲν Παυσανίην λέγεται εἰπεῖν πρὸς τοὺς
83 στρατηγοὺς τῶν Ἑλλήνων. Ὑστέρῳ μέντοι χρόνῳ
μετὰ ταῦτα καὶ τῶν Πλαταιέων εὗρον συχνοὶ θήκας
χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ τῶν ἄλλων χρημάτων. Ἐ-
2 φάνη δὲ καὶ τόδε ὕστερον ἔτι τούτων, τῶν νεκρῶν 730
περιψιλωθέντων τὰς σάρκας· συνεφόρεον γὰρ τὰ
ὀστέα οἱ Πλαταιέες ἐς ἕνα χῶρον· εὑρέθη κεφαλὴ

Posterioribus quoque temporibus aliquantum auri, argenti etc. a Plataeensibus ibidem repertum.

Memorabilia oblata, cum Plataeenses occisorum ossa unum in locum congererent.

---

quoque et reliquam supellectilem pretiosam notat Schweigh. in Lex. Herod. — In seqq. adiectivum ὀϊζυρὸς (*aerumnosus*, *miser*) Homericum est; vid. Il. I, 417. XIII, 569. XVII, 446. Odyss. III, 95. IV, 197. 325. De argumento loci sic *Wesseling.*: „Mardonii delicias et superfluum adparatum Pausanias, non absentis Persarum regis, perstringit et taxat. Additum οὕτω οἰζυρὴν ἔχοντας δίαιταν, irruenti, ut ferocientis impetum sisterent, Carolo Audaci testati de se suaeque regionis habitu Helvetii fuerunt, eodem Comineo lib. V c. 1. Memor. perhibente.“

Cap. LXXXIII.

ὑστέρῳ μέντοι χρόνῳ μετὰ ταῦτα] Duo extremae voces male ab uno cod. absunt. Cf. IX, 64. 85. In seqq. θήκας χρυσοῦ dixit *vasa s. arcas auro repletas.*

ἐφάνη δὲ καὶ τόδε ὕστερον ἔτι τούτων κ. τ. λ.] ἔτι e Valckenaer. coniectura positum pro vulg. ἐπὶ, quod cum Schaefero tuetur Bekkerus, quodque hic stare posse nego. Recte enim *Valckenaerius*: „tum, *postea demum*, *nudatis carne cadaveribus*, *adparuisse* τότε, nempe id, quod de *cranio sine sutura* et de *maxilla* proditur, sententia declararet.“

κεφαλὴν οὐκ ἔχουσα ῥαφὴν οὐδεμίαν] i. e. *caput suturam habens nullam*, ut apud Aelian. N. A. IV, 34, ubi cf. Iacobs. Add. Pollux II, 37. VII, 81. Valckenaer. excitarat locum Theophili Protospatharii (De fabrica Corp. Hum. lib. IV, 4 in Fabric. Bibl. Graec. T. XII p. 858) affirmantis κεφαλὰς ἀῤῥάφους *sine ulla sutura*, inter ossa proeliis deiectorum et computrescentium ab scriptoribus reperta memorari. Quibus denique addo, quod Harduin. ad Plin. H. N. XI, 37 T. I p. 615 adnotavit, Albertum, Marchionem Brandeburgensem, quem Germaniae Achillem vocitarint, anno 1414 p. Chr. natum, caput habuisse suturis vacuum. Haec dudum conscripseram, quum insigni humanitate Ioan. Schulzii Viri Perillustris et Borussorum regis a consiliis intimis ad me delata sunt Starkii Analecta medica ex vett. scriptt. non medicis, ubi h. l. uberius tractatur (Ienae 1828, 4.) in Continuatione quarta §. 19 seq. Quod

οὐκ ἔχουσα ῥαφὴν οὐδεμίαν, ἀλλὰ ἐξ ἑνὸς ἐοῦσα ὀστέον· ἐφάνη δὲ καὶ γνάθος, καὶ τὸ ἄνω τῆς γνάθου, ἔχουσα ὀδόντας μουνοφυέας ἐξ ἑνὸς ὀστέου πάντας, τούς τε ὀδόντας καὶ τοὺς γομφίους. καὶ πενταπήχεος ἀνδρὸς ὀστέα ἐφάνη.

---

enim Herodotus narrat cranium nullam prorsus suturam habens, sed uno osse solido constans, non tam inauditum esse ait Stark., sed pertinere ad rariores capitis deformationes; quamvis enim concretio singularum commissurarum, sagittalis prae ceteris, non nimis raro inveniatur, ita omnium, quibus capitis ossa iunguntur, suturarum abolitionem rem esse addit valde inusitatam. Quae rara apud veteres inveniuntur exempla aeque atque apud recentiores, congessit vir doctus, illud probaturus, Herodoti fidem in his quoque haud suspectam esse, quandoquidem, quae quamvis rariora, haud tamen inaudita prorsus sint, ille narraverit; §. 18. Quin causas quoque huius abnormitatis, et originem vir doctissimus indagare atque investigare studet Continuat. VI et VII. Quae cum huius non sint loci, hic mittamus.

ὀδόντας μουνοφυέας] i. e. *dentes in unum concretos, coalitos*, sive, ut mox ipse declarat Herodotus, *ἐξ ἑνὸς ὀστέου πάντας* ita scil. *ut ex uno osse continuato omnes constarent*, quemadmodum etiam Prusiae regis filius pro superiori ordine dentium unum os aequaliter extentum habuisse dicitur Valer. Max. I, 8 ext. 12 coll. Plin. VII, 16 ipseque Pyrrhus, Epirotarum rex, qui teste Plutarcho in Eius Vit. cap. 3 fin. *πολλοὺς ὀδόντας οὐκ εἶχεν, ἀλλ' ἓν ὀστέον συνεχὲς ἦν ἄνωθεν, οἷον λεπταῖς ἀμυχαῖς τὰς διαφυὰς ὑπογεγραμμένον τῶν ὀδόντων.* Add. Festus s. v. *Monodos* p. 102 Lindem. Haec eadem uberius tractavit idem Stark. l. l. P. I Continuat. I ad rariora referens, quibus vix quidquam reperiatur simile. Ut enim dubitari nequit (nisi omnem historiae fidem evellere velis) apud veteres sane talem dentium concretionem aliquoties repertam fuisse, ita recentiori aetate vix talem quaesieris inque collectionibus ac Museis vix talia repereris, quae non prorsus similia quum sint, accedant certe quodammodo ad talem dentium concretionem, de qua Herodotus aliique veterum scriptores testantur. Neque etiam apud antiquos medicos ulla huius rei mentio; commemorant hoc sive vitium s. errorem naturae in conformandis dentibus non nisi decimi sexti et septimi seculi artis medicae periti; nec recentiores medici ita, ut par est, rem tractasse videntur, quam nunc

84 Ἔπειτεν δὲ Μαρδονίου δευτέρῃ ἡμέρῃ ὁ νεκρὸς
ἠφάνιστο· ὑπ' ὅτεν μὲν ἀνθρώπων, τὸ ἀτρεκὲς οὐκ
2 ἔχω εἰπεῖν. πολλοὺς δέ τινας ἤδη καὶ παντοδαποὺς
ἤκουσα θάψαι Μαρδόνιον, καὶ δῶρα μεγάλα οἶδα

Mardonius a quo sepultus sit ignorari.

---

uti diximus copiosissime tractavit Starkius l. l. Et quum veteres plerumque universalem dentium concretionem commemorent, recentiores tantum talem, quae non omnes, sed aliquot certe dentes comprehendat, suspiceris utique veteres, qui talia enarrant, deceptos esse tartaro dentes involvente et tam solidâ massâ obtegente, ut intervalla, quibus singuli discriminantur dentes, plane deleantur et vere unius ossis dentium locum occupantis species existat. Sed vix crediderim et Herodotum et alios rerum scriptores accuratissimos fideque dignissimos ita fuisse deceptos; quin summam fidem mereri in tali re mira enarranda, iure quoque posuisse mihi videtur Stark. §. 10. 11 pag. 13—15 seqq. Qui idem vel in causas huius mali inquirens §. 12 originem ex quadam dentium efformatione non plane perfecta nec prorsus absoluta repetit, e primordiis scil., quibus dentes inchoantur indeque dentium concretionem docet cum imperfecta totius corporis formatione intima esse coniunctam necessitudine. Nec improbabilis viri peritissimi coniectura, hanc rudem et inchoatam dentium formam ad eas gentes eaque tempora pertinere, quibus humanum genus non ad eam absolutionem, quâ nunc pervenit, fuerit productum. Et illud merito attendi vult idem Stark., hos dentes in unum os continuatos post proelium Plataeense esse repertos, in quo nationum e remotissimis terrarum regionibus accitarum et ex omni parte rudium ac ferarum fuerit concursus (p. 6). — Ad verba πενταπήχεος ἀνδρὸς ὀστέα ἐφάνη consul. Stark. l. l. §. 22 p. 6, qui affert exempla ex antiquis scriptoribus et recentioribus temporibus repetita, quibus sane illud efficitur, virum quinque cubitorum existere potuisse nec fide carere Herodoteam narrationem. Tu conf. etiam nott. ad I, 68 p. 175.

Cap. LXXXIV.

ἔπειτεν δὲ] Ita correxit Schaeferus, quem recentt. secuti sunt, excepto Matth., qui vulgatam ἐπεί τε δὲ tuetur, cum apodosis ab iis, quae de hac re disputat Herodotus, fuerit absorpta; ἔπειτεν unus tuetur Aelius Dionysius apud Eustath. ad Il. p. 1158, 38 s. 1215, 33. Ad verba: ἔχει δέ τινα φάτιν conf. Herod. V, 66 ibique nott. Attigit eandem rem Pausan. IX, 2 §. 2.

λαβόντας πολλοὺς παρὰ Ἀρτύντεω τοῦ Μαρδονίου
3 παιδὸς διὰ τοῦτο τὸ ἔργον. ὅστις μέντοι ἦν αὐτῶν ὁ ὑπελόμενός τε καὶ θάψας τὸν νεκρὸν τὸν Μαρδονίου, οὐ δύναμαι ἀτρεκέως πυθέσθαι. ἔχει δέ τινα φάτιν καὶ Διονυσοφάνης, ἀνὴρ Ἐφέσιος, θάψαι Μαρδόνιον. ἀλλ' ὁ μὲν τρόπῳ τοιούτῳ ἐτάφη.

85 Οἱ δὲ Ἕλληνες ὡς ἐν Πλαταιῇσι τὴν ληΐην διείλοντο, ἔθαπτον τοὺς ἑωυτῶν, χωρὶς ἕκαστοι. Λακεδαιμόνιοι μὲν τριξὰς ἐποιήσαντο θήκας. ἔνθα μὲν τοὺς ἰρένας ἔθαψαν, τῶν καὶ Ποσειδώνιος καὶ Ἀμομφά-
2 ρετος ἦσαν καὶ Φιλοκύων τε καὶ Καλλικράτης. ἐν

Graeci quomodo sepulti. Cenotaphia Plataeis in huius memoriam pugnae exstructa, testes vanitatis Graecorum.

Cap. LXXXV.

ἔνθα μὲν τοὺς ἰρένας ἔθαψαν] i. e. *tum quidem* (tribus scil. conditoriis factis ad mortuorum cadavera excipienda) *sepeliverunt iuvenes s. duces.* Ubi primum illud moneo, secundum Pausaniam IX, 2 §. 4 p. 715 Lacedaemonios atque Athenienses suam quosque habuisse sepulturam, reliquos Graecos unam eamque communem. Alterum ad Herodoti textum attinet, in quo omnes codd. offerunt τοὺς ἱρέας i. e. *sacerdotes*, quales nuspiam in Spartanorum proeliis commemorantur; nam vatem quod in expeditionibus secum habuerunt, id huc referri nequit. Quare Valckenaerius, aliis coniecturis missis, scribi iussit τοὺς ἰρένας, et infra οἱ ἰρένες, idque probavit Wesselingio (Diss. Herod. p. 206) et reliquis editoribus. Quo autem Vir sagacissimus praecipue nititur, est Glossa Herodotea sic concepta: Εἰρήν· παρὰ Λακεδαιμονίοις ἐν τῷ πρώτῳ ἐνιαυτῷ ὁ παῖς ῥωβίδας καλεῖται, τῷ δευτέρῳ προκομιζόμενος, τῷ τρίτῳ μικιζόμενος, τῷ τετάρτῳ πρόπαις, τῷ πέμπτῳ παῖς, τῷ ἕκτῳ μελείρην. Ἐφηβεύει δὲ παρ' αὐτοῖς ὁ παῖς ἀπὸ ἐτῶν ιδ' μέχρι καὶ κ'. Βαρυτόνως δὲ [τὸ] μελείρην, ὥσπερ πυθμήν, ἀπύθμην· αὐχήν, ὑψαύχην. Quibus addunt Plutarch. Lycurg. 17 p. 50 D., ubi haec exstant: Εἰρένας δὲ καλοῦσι, τοὺς ἔτος ἤδη δεύτερον ἐκ παίδων γεγονότας. Μελείρενας δὲ, τῶν παίδων τοὺς πρεσβυτάτους, Etymolog. Magn. p. 303, 37. Hesych. II pag. 69. ἴρανες οἱ εἴρωνες· οἱ ἄρχοντες ἡλικιῶται, διώκοντες coll. I p. 1114: εἰρηνάζει· κρατεῖ. Unde C. O. Müller. Dor. II p. 301 non iuvenes sive adolescentes, sed ordinum *duces*, qualis sane fuit Amompharetus, intelligi vult. De *Posidonio* vid. IX, 71; de *Amomphareto* IX, 53 seq.

μὲν δὴ ἐνὶ τῶν τάφων ἦσαν οἱ ἰρένες· ἐν δὲ τῷ
ἑτέρῳ, οἱ ἄλλοι Σπαρτιῆται· ἐν δὲ τῷ τρίτῳ, οἱ εἵ-
3 λωτες. οὗτοι μὲν οὕτω ἔθαπτον. Τεγεῆται δὲ χω- 35
ρὶς πάντας ἀλέας· καὶ Ἀθηναῖοι τοὺς ἑωυτῶν ὁμοῦ,
καὶ Μεγαρέες τε καὶ Φλιάσιοι τοὺς ὑπὸ τῆς ἵππου
διαφθαρέντας. τούτων μὲν δὴ πάντων πλήρεες ἐγέ-
4 νοντο οἱ τάφοι. Τῶν δὲ ἄλλων ὅσοι καὶ φαίνονται
ἐν Πλαταιῇσι ἐόντες τάφοι, τούτους δὲ, ὡς ἐγὼ
πυνθάνομαι, ἐπαισχυνομένους τῇ ἀπεστοῖ τῆς μά- 731
χης, ἑκάστους χώματα χῶσαι κεινὰ, τῶν ἐπιγινομέ- 41

τῶν δὲ ἄλλων κ. τ. λ.] Affert Pseudo-Plutarch. II pag. 872 F. — Mox pro τούτους δὴ cum recentt. reposui τούτους δέ. Quae sequuntur: ἐπαισχυνομένους τῇ ἀπεστοῖ (i. e. *quum puderet eos, quod a pugna abfuissent*), tangit Blomfield. Glossar. ad Aeschyl. S. c. Th. 171 ob vocem ἀπεστώ, quae Suidae I p. 257 exponitur ἀποδημία *absentia*. Valckenaerio ad Herodotum I, 85 magis placeret ἀπεστυῖ, quoniam apud Hesych. I p. 444 ἀπεστύς· ἀποχώρησις. De huiusmodi formis vid. nott. ad IX, 97.

χώματα χῶσαι κεινὰ] Conf. Suidas T. III p. 681. Pro κεινὰ male olim κοινά. Sunt enim cenotaphia *vacua*, *inania*, quibus nulla insunt ossa. Vid. Wesseling. Diss. Herod. VII init. p. 63. Verbum χῶσαι tritum in tumulis terrâ congestis notat Wesseling. citans Eurip. Iphig. Taur. 703. Aul. 1443. — Ante alterum Αἰγινητέων inserui τῶν, quod aeque deest in Schaeferi, Matth. et Bekkeri editionibus. Quae sequuntur, tractat Pseudo-Plutarch. II p. 873 A. De voce πρόξεινον conf. nott. ad VIII, 136. Pro αὐτῶν in ipso cap. fine, male olim erat ἑωυτῶν; tu conf. VII, 5. Quod ad ipsum loci argumentum, narrat Dodwellus (Itiner. I, 9 e vers. Sickler. T. I, 2 pag. 75), se horum sepulcrorum ne vestigium quidem reperisse. Exstitisse adhuc Strabonis aetate, ex hisce huius scriptoris verbis satis colligi posse videtur: ταφή τε δείκνυται δημοσία τῶν τελευτησάντων ἐν τῇ μάχῃ; lib. IX cp. 2 p. 412 quocum conf. Plutarch. Aristid. cap. XXI, unde coniicias sepulcra extra urbem non longe a fonte Gargaphiâ (de qua vid. IX, 25 ibique nott.), erecta fuisse; ad introitum urbis potissimum fuisse testatur Pausanias l. supra l., cuius verba potiora huc adscribere placet: κατὰ δὲ τὴν ἔσοδον μάλιστα τὴν ἐς Πλάταιαν τάφοι τῶν πρὸς Μήδους μαχεσαμένων εἰσί· τοῖς μὲν οὖν λοιποῖς ἔστιν Ἕλλησι μνῆμα κοινόν·

5 νων εἵνεκεν ἀνθρώπων. ἐπεὶ καὶ Αἰγινητέων ἐστὶ αὐτόθι καλεόμενος τάφος, τὸν ἐγὼ ἀκούω καὶ δέκα ἔτεσι ὕστερον μετὰ ταῦτα, δεηθέντων τῶν Αἰγινητέων, χῶσαι Κλεάδην τὸν Αὐτοδίκου, ἄνδρα Πλαταιέα, πρόξεινον ἐόντα αὐτῶν.

86

Paucis post pugnam diebus Graeci Thebas versus movent, Thebanosque, ut defectionis auctores

Ὡς δ' ἄρα ἔθαψαν τοὺς νεκροὺς ἐν Πλαταιῇσι οἱ Ἕλληνες, αὐτίκα βουλευομένοισί σφι ἐδόκεε στρατεύεσθαι ἐπὶ τὰς Θήβας, καὶ ἐξαιτέειν αὐτῶν τοὺς μηδίσαντας, ἐν πρώτοισι δὲ αὐτῶν Τιμηγενίδην καὶ Ἀτταγῖνον, οἳ ἀρχηγέται ἀνὰ πρώτους ἦσαν· ἢν δὲ μὴ ἐκδιδῶσι, μὴ ἀπανίστασθαι ἀπὸ τῆς πό-
2 λιος πρότερον ἢ ἐξέλωσι. ὡς δέ σφι ταῦτα ἔδοξε, οὕτω δὴ ἐνδεκάτῃ ἡμέρῃ ἀπὸ τῆς συμβολῆς ἀπικό-
3 μενοι ἐπολιόρκεον Θηβαίους, κελεύοντες ἐκδιδόναι τοὺς ἄνδρας. οὐ βουλομένων δὲ τῶν Θηβαίων ἐκ-

---

Λακεδαιμονίων δὲ καὶ Ἀθηναίων τοῖς πεσοῦσιν ἰδίᾳ τέ εἰσιν οἱ τάφοι καὶ ἐλεγεῖά ἐστι Σιμωνίδου γεγραμμένα ἐπ' αὐτοῖς. Ad quae illustranda hoc narrat Clarke l. l. pag. 86 eo quidem loco, quem pugnae locum indigenae adhuc indicant (vid. nott. ad IX, 51), nulla sane sepulcra se invenisse, sed, ubi olim ipsa Plataeensium urbs fuerit sita extra muros arcis antiquissimos aliquot se vidisse antiqua sepulcra, et postea a vico Cocla Leuctram versus profectum se in planitie tumulos quosdam lapidum congerie obtectos animadvertisse.— *Κλεαδην* reliqui cum editoribus contra Medicei, Florentini aliorum auctoritatem, qui offerunt *Ἀλεάδην*. Apud Plutarchum de Malignit. Herod. pag. 873. exstat *Κλεάδας ὁ Πλαταιεύς*.

Cap. LXXXVI.

στρατεύεσθαι] In aliis codd. *στρατεύειν*. Conf. VI, 7. Proximum *αὐτῶν* (sive ut olim exstabat *αὐτέων*) in *ἀστέων*, quod ipsum exstat IX, 93, mutari voluit Koenius. Mihi haud opus videtur. De *Timagenida* conf. IX, 36, de *Attagino* IX, 15. *ἀρχηγέται* iidem fere sunt, qui *ἄρχοντες*, teste Hesychio I p. 563. Alias vocabuli notiones attigi in Dissertat. De Apolline Patric. etc. p. 2. 3. — In proximis verba *ἀνὰ πρώτους* accipio: *inter primos s. principes*. Conf. Viger. pag. 575.

πρότερον ἢ ἐξέλωσι] Ad structuram loci Wesseling. excitat IX, 87. 16. VI, 45. V, 118, ubi videatur nostra annotatio.

διδόναι, τήν τε γῆν αὐτῶν ἔταμνον, καὶ προσέβαλ-
87 λον πρὸς τὸ τεῖχος. Καὶ οὐ γὰρ ἐπαύοντο σινεό- ad poenam tradant, compellunt.
μενοι, εἰκοστῇ ἡμέρῃ ἔλεξε τοῖσι Θηβαίοισι Τιμηγε-
νίδης τάδε· „Ἄνδρες Θηβαῖοι, ἐπειδὴ οὕτω δέδοκται
„τοῖσι Ἕλλησι, μὴ πρότερον ἀπαναστῆναι πολιορ-
„κέοντας ἢ ἐξέλωσι Θήβας, ἢ ἡμέας αὐτοῖσι παρα-
„δῶτε, νῦν ὦν ἡμέων εἵνεκα γῆ ἡ Βοιωτίη πλέω
2 μὴ ἀναπλήσῃ. ἀλλ', εἰ μὲν χρημάτων χρηΐζοντες
„πρόσχημα ἡμέας ἐξαιτέονται, χρήματά σφι δῶμεν
„ἐκ τοῦ κοινοῦ· σὺν γὰρ τῷ κοινῷ καὶ ἐμηδίσα-
3 „μεν, οὐδὲ μοῦνοι ἡμέες. εἰ δὲ ἡμέων ἀληθέως δεό-
„μενοι πολιορκέουσι, ἡμεῖς ἡμέας αὐτοὺς ἐς ἀντι-
4 „λογίην παρέξομεν.“ Κάρτα τε ἔδοξε εὖ λέγειν, καὶ
ἐς καιρόν· αὐτίκα τε ἐπεκηρυκεύοντο πρὸς Παυ-

Ad particulas οὕτω δὴ conf. ad IX, 6.

Cap. LXXXVII.

σινεόμενοι] Ita Sancrofti liber. Vulgo σινόμενοι. Cf. nott. ad IX, 13.

πλέω μὴ ἀναπλήσῃ] scil. κακά. Conf. V, 4. VI, 12, monente Schweigh., qui sic interpretatur: *nunc nostra causa ne plura porro patiatur Boeotia terra.* Imitatur locutionem Pausanias X, 28 §. 2 p. 867. Ad sequens πρόσχημα cf. IV, 167 ibique nott. et ad τὸ κοινὸν nott. ad VII, 144.

σὺν γὰρ τῷ κοινῷ καὶ ἐμηδίσαμεν] Ad intensivam vim particulae καὶ attendi iubet vir doctus in Schulzeitung 1831 nr. 122 p. 970, ubi nostrum locum vernacule sic reddit: „*denn mit Einverständniss des Gemeinwesens haben wir es ja* (*eben auch*) *mit den Medern gehalten.*“ De ipsa loci sententia sic *Wesseling.*: Aequissima postulatio, si professio veritate fulciretur. Qui citra fraudem et dolum reipublicae consulunt, impune illis esse debet, quando res secius cadit. Nam consilii datores ob eventum, quem praestare non possunt, plectere, quamquam tristes istiusmodi poenae in annalibus plures, a consilio dando, ne aliud adponam, merito omnes deterrebit. Egregiae ad hanc rem Bynkershoekii Quaest. Iur. Publ. II, 2 disquisitiones sunt. Sed horum oratio infucata et causa dispar est. Civitatem Thebanam paucorum oppresserant dominatu, invitamque in factionem compulerant. Haec fide Pausaniae IX, 6 §. 1.“ — In seqq. ad locutionem ἐς καιρὸν conf. IV, 139, ibique nott. et de verbo ἐπικηρυκεύεσθαι nott. ad VI, 97.

σανίην οἱ Θηβαῖοι, θέλοντες ἐκδιδόναι τοὺς ἄνδρας.
88 Ὡς δὲ ὡμολόγησαν ἐπὶ τούτοισι, Ἀτταγῖνος μὲν ἐκ-
διδρήσκει ἐκ τοῦ ἄστεως· παῖδας δὲ αὐτοῦ ἀπα-
χθέντας Πανσανίης ἀπέλυσε τῆς αἰτίης, φὰς τοῦ
2 μηδισμοῦ παῖδας οὐδὲν εἶναι μεταιτίους. τοὺς δὲ
ἄλλους ἄνδρας τοὺς ἐξέδοσαν οἱ Θηβαῖοι, οἱ μὲν
ἐδόκεον ἀντιλογίης τε κυρήσειν, καὶ δὴ χρήμασι
ἐπεποίθεσαν διωθέεσθαι· ὁ δὲ ὡς παρέλαβε, αὐτὰ 732
ταῦτα ὑπονοέων, τὴν στρατιὴν τὴν τῶν συμμάχων
ἅπασαν ἀπῆκε, καὶ ἐκείνους ἀγαγὼν ἐς Κόρινθον,
διέφθειρε. Ταῦτα μὲν τὰ ἐν Πλαταιῇσι καὶ Θή-
βῃσι γενόμενα.

Attaginus [c. 15.] quidem aufugit: Timagenidas [c. 38.] cum caeteris capite plectuntur.

89 Ἀρτάβαζος δὲ ὁ Φαρνάκεος, φεύγων ἐκ Πλα-
ταιέων, καὶ δὴ καὶ πρόσω ἐγίνετο. Ἀπικόμενον δέ

Artabazus qua via quoque mo-

Cap. LXXXVIII.

παῖδας οὐδὲν εἶναι μεταιτίους] „Delicta scelerum auctores luunt; infantes consilii absolvit innocentia. Cicero verissime N. D. III, 38. Multa Faber Semest. III, 8." *Wesseling*. E sacra scriptura Larcherus huc spectantes affert locos Deuteron. XXIV, 16. Ezech. XVIII, 20. Produnt autem haec aeque atque ea, quae IX, 79 produntur, Pausaniae animum vere sublimem et ab ea superbia, cuius post accusabatur, alienum. — Ad seqq. accusativos *τοὺς ἄλλους ἄνδρας*, *τοὺς* etc. conf. V, 103.

χρήμασι ἐπεποίθεσαν διωθέεσθαι] *ἐπεποίθεσαν*, quod Portus correxerat, Sancrofti, aliorum codd. auctoritate nunc bene restitutum in tanta codicum dissensione. Et dudum ita iusserat Wesselingius Diss. Herod. IX p. 137.

αὐτὰ ταῦτα ὑπονοέων] i. e. *eam ipsam concipiens suspicionem*, velle scil. eos pecuniâ oblatâ se subtrahere.

Cap. LXXXIX.

καὶ δὴ καὶ πρόσω ἐγίνετο] Alterum *καὶ*, quod vulgo deest, recepi cum Schweigh. itemque *ἐγίνετο*, cuius loco vulgo *ἐγένετο*. Sensus nil dubius: *atque iam longius erat progressus*. Ex Herodoto autem sua sumsisse Polyaen. VII, 33 §. 3 observat ad h. l. Valckenaer. — Ad sequens *ξείνια* conf. V, 18. IV, 155. Paulo infra reliqui cum Schweigh., Gaisf. et Bekkero *ἐθέλοι*, cuius loco alii *ἐθέλει*; itemque *ἐξηγόρευε*, ubi e Florentino nuper receptum erat *ἐξαγόρευε*. Ipsum verbum attigi ad II, 170. Usum parti-

do cum reliquiis copiarum Mardonii [c. 66.] in Asiam redierit.

μιν οἱ Θεσσαλοὶ παρὰ σφέας ἐπί τε ξείνια ἐκάλεον,
καὶ ἀνειρώτευν περὶ τῆς στρατιῆς τῆς ἄλλης, οὐδὲν
2 ἐπιστάμενοι τῶν ἐν Πλαταιῇσι γενομένων. ὁ δὲ
Ἀρτάβαζος, γνοὺς ὅτι εἰ ἐθέλοι σφι πᾶσαν τὴν ἀ-
ληθηΐην τῶν ἀγώνων εἰπεῖν, αὐτός τε κινδυνεύσει
ἀπολέσθαι καὶ ὁ μετ' αὐτοῦ στρατός· ἐπιθήσεσθαι
γάρ οἱ πάντα τινὰ οἴετο πυνθανόμενον τὰ γεγονό-
τα· ταῦτα ἐκλογιζόμενος, οὔτε πρὸς τοὺς Φωκέας
ἐξηγόρευε οὐδὲν, πρός τε τοὺς Θεσσαλοὺς ἔλεγε
3 τάδε· „Ἐγὼ μὲν, ὦ ἄνδρες Θεσσαλοὶ, ὡς ὁρᾶτε,
„ἐπείγομαί τε κατὰ τὴν ταχίστην ἐλῶν ἐς Θρηΐκην,
„καὶ σπουδὴν ἔχω, πεμφθεὶς κατά τι πρῆγμα
4 „ἐκ τοῦ στρατοπέδου μετὰ τῶνδε. αὐτὸς δὲ ὑμῖν
„Μαρδόνιος, καὶ ὁ στρατὸς αὐτοῦ, οὗτος κατὰ πό-
„δας ἐμεῦ ἐλαύνων προσδόκιμός ἐστι. τοῦτον καὶ
„ξεινίζετε, καὶ εὖ ποιεῦντες φαίνεσθε· οὐ γὰρ ὑμῖν
5 „ἐς χρόνον ταῦτα ποιεῦσι μεταμελήσει." Ταῦτα δὲ
εἴπας ἀπέλαυνε σπουδῇ τὴν στρατιὴν διὰ Θεσσα-
λίης τε καὶ Μακεδονίης ἰθὺ τῆς Θρηΐκης, ὡς ἀλη-
θέως ἐπειγόμενος, καὶ τὴν μεσόγαιαν τάμνων τῆς
6 ὁδοῦ. καὶ ἀπικνέεται ἐς Βυζάντιον, καταλιπὼν τοῦ
στρατοῦ τοῦ ἑωυτοῦ συχνοὺς ὑπὸ Θρηΐκων τε κα-
τακοπέντας κατ' ὁδὸν, καὶ λιμῷ συστάντας καὶ κα-

---

cularum οὔτε — τε notavimus ad VI, 1.

οὗτος κατὰ πόδας ἐμεῦ ἐλαύνων] Koenius οὗτος mutari voluit in εὐθύς: quo vix opus. Nec magis opus ante κατὰ πόδας inserere articulum ὁ, quod fecit Schaeferus, libris praesertim invitis. — Ad locutionem κατὰ πόδας conf. V, 98. Quod continuo sequitur: προσδόκιμός ἐστι valet: *exspectatur.* — Tu vid. V, 108 ibique nott.

οὐ γὰρ ὑμῖν — μεταμελήσει] i. e. *neque enim vos haec fecisse in posterum poenitebit.* Vid. I, 130. IV, 203. VII, 54. — Ad formulam ἐς χρόνον vid. III, 72 ibique nott. et ad verba τὴν μεσόγαιαν τάμνων vid. nott. ad VII, 123. Equidem hic addi velim Plutarch. De puerr. educat. p. 7 B., ubi τὴν μέσην (scil. ὁδὸν) τέμνειν *medium tenere.*

λιμῷ συστάντας] i. e. *fame conflictatos.* Vid. nott. ad VII,

μάτῳ· ἐκ Βυζαντίου δὲ διέβη πλοίοισι. Οὗτος μὲν οὕτω ἀπενόστησε ἐς τὴν Ἀσίην.

90

Transit Herodotus ad pugnam Mycalensem, eodem quo Graeci ad Plataeas vicerunt die pugnatam. Graecorum copiae navales Deli sedent [8, 132.], legati Samiorum adeunt duces, eosque, ut Ioniam da defectionem paratam liberent, obtestantur,

Τῆς δὲ αὐτῆς ἡμέρης τῆς περ ἐν Πλαταιῇσι τὸ τρῶμα ἐγένετο, συνεκύρησε γενέσθαι καὶ ἐν Μυ-
2 κάλῃ τῆς Ἰωνίης. Ἐπεὶ γὰρ δὴ ἐν τῇ Δήλῳ κατέατο οἱ Ἕλληνες, οἱ ἐν τῇσι νηυσὶ ἅμα Λευτυχίδῃ τῷ Λακεδαιμονίῳ ἀπικόμενοι, ἦλθόν σφι ἄγγελοι ἀπὸ Σάμου, Λάμπων τε Θρασυκλέος καὶ Ἀθηναγόρης Ἀρχεστρατίδεω καὶ Ἡγησίστρατος Ἀρισταγόρεω, πεμφθέντες ὑπὸ Σαμίων λάθρῃ τῶν τε Περσέων καὶ τοῦ τυράννου Θεομήστορος τοῦ Ἀνδροδά-

---

170. „Persimiles, ait *Wessel.* Persici exercitus aerumnae VIII, 115; quales, neglecto apparatu, nulla congesta annona, frequentissimae." Ad seq. διέβη idem excitat I, 186. Auct. Vit. Homer. 19. Burmann. ad Quintil. Decl. VI, 21.

Cap. XC.

τὸ τρῶμα] Cf. V, 121. VI, 132 ibique citt. Sequens συνεκύρησε (*accidit*) infinitivum post se habet eodem modo, quo post συμφέρειν, συμβαίνειν, alia id genus, infinitivum poni constat. Ipsum verbum συγκυρεῖν invenimus I, 119. VIII, 87. *Mycale* Ioniae et urbs et promontorium Samo (unde septem stadiorum traiectus, teste Scylace §. 112 p. 56 Huds. coll. §. 97 p. 37 Huds.) obversum: de quo vid. Herodot. I, 148 coll. VI, 16. VII, 80. Pausan. V, 7 §. 3. VII, 4 §. 1. Strab. XIV initio. Est *Mycale* mons, ut ponit Mannert. VI, 3 p. 291 seq., nil nisi continuatio montis Messogis (qui Maeandri cursum a dextra sequitur) a Magnesia inde ad mare usque deducta meridiem versus atque occidentem.

ἐπεὶ γὰρ δὴ] Ita nunc e Florentino repositum pro vulg. ἐπειδὴ γὰρ, quod tenuit Schaeferus, cuiusque loco Matth. edidit ἐπεὶ γὰρ omissa vocula δή. Formam κατέατο invenimus III, 144. Ad loci argumentum faciunt VIII, 130—132.— Mox dedi Θρασυκλέος pro vulg. Θρασυκλῆος, ut IX, 98 Θεμιστοκλέος et IX, 97 Πασικλέος: de quo dixi ad VII, 189. — De *Hegesistrato Cr.* etiam conferri vult Wyttenbach. ad Plutarch. Morall. Animadverss. II, 1 p. 89.

Θεομήστορος] Vid. VIII, 85 et ad sequens κατέστησαν nott. ad VII, 105. — Mox e melioribus codd. dedi ἑτοῖμοι ἦσαν ἐν τῇσι νηυσὶ, ubi vulgo, inverso ordine: ἐν τῇσι νηυσὶ ἑτοῖμοι ἦσαν, quod retinuit Schaefer. et Matthiae.

μαντος, τὸν κατέστησαν Σάμου τύραννον οἱ Πέρ- 733
σαι. ἐπελθόντων δέ σφεων ἐπὶ τοὺς στρατηγοὺς, ἔλεγε Ἡγησίστρατος πολλὰ καὶ παντοῖα· ὡς „ἢν „μοῦνον ἴδωνται αὐτοὺς οἱ Ἴωνες, ἀποστήσονται ἀπὸ „Περσέων, καὶ ὡς οἱ βάρβαροι οὐκ ὑπομενέουσι· „ἢν δὲ καὶ ἄρα ὑπομείνωσι, οὐκ ἑτέρην ἄγρην τοι-
4 „αύτην εὑρεῖν ἂν αὐτούς.“ θεούς τε κοινοὺς ἀνακαλέων, προέτρεπε αὐτοὺς ῥύσασθαι ἄνδρας Ἕλληνας ἐκ δουλοσύνης, καὶ ἀπαμῦναι τὸν βάρβαρον· „εὐπετές τε αὐτοῖσι, ἔφη, ταῦτα γίνεσθαι· τάς τε „γὰρ νέας αὐτῶν κακῶς πλέειν, καὶ οὐκ ἀξιομάχους „κείνοισι εἶναι· αὐτοί τε, εἴ τι ὑποπτεύουσι μὴ „δόλῳ αὐτοὺς προάγοιεν, ἑτοῖμοι εἶναι ἐν τῇσι νηυ-
91 „σὶ τῇσι ἐκείνων ἀγόμενοι ὅμηροι εἶναι.“ Ὡς δὲ Samiorum preces auditae.
πολλὸς ἦν λισσόμενος ὁ ξεῖνος ὁ Σάμιος, εἴρετο Λευτυχίδης, εἴτε κληδόνος εἵνεκεν θέλων πυθέσθαι, εἴτε καὶ κατὰ συντυχίην, θεοῦ ποιεῦντος· „Ὦ ξεῖνε
2 „Σάμιε, τί τοι τὸ οὔνομα;“ ὁ δὲ εἶπε, „Ἡγησίστρα„τος.“ ὁ δὲ ὑπαρπάσας τὸν ἐπίλοιπον λόγον, εἴ τινα ὅρμητο λέγειν ὁ Ἡγησίστρατος, εἶπε· „Δέκομαι τὸν

Cap. XCI.

ὡς δὲ πολλὸς ἦν λισσόμενος] i. e. *cum multum petendo instaret*. Vid. VII, 158 ibique allata. Verba εἴτε κληδόνος εἵνεκεν θέλων εἴτε καὶ κατὰ συντυχίην (i. e. *casu, forte fortunâ,* conf. nott. ad III, 153), affert Matth. Gr. Gr. 643 pag. 1304; eaque etiam attigit Iaeger. in Disputt. Herodd. p. 36. De voce κληδόνος conf. nott. ad V, 72.

ὑπαρπάσας] Vid. V, 50 et ad sequens ὅρμητο λέγειν IX, 61. Sequens εἴ τινα in ὅν τινα mutari voluit Stegerus; obloquitur censor Lipsiensis 1833 p. 49; quocum facere malim.

δέκομαι τὸν οἰωνὸν τὸν Ἡγησίστρατον] Vulgo Ἡγησιστράτου, cuius loco cum in Sancrofti libro exstet τὸν Ἡγησίστρατον, vel ipsum hoc recipi, vel utrumque eiici maluit Valckenaerius. Hinc uncis haec verba inclusit Schaeferus, quibus equidem cum recentt. illa liberavi, cum loci sensus sit: *accipio equidem omen hunc Hegesistratum* i. e. *Exercitus ductorem*; quae huius nominis est vis, quod minori litera initiali exhibuit Bekkerus. Hoc vero

3 „οἰωνὸν, τὸν Ἡγησίστρατον, ὦ ξεῖνε Σάμιε· σὺ δὲ
„ἡμῖν ποίεε ὅκως αὐτός τε δοὺς πίστιν ἀποπλεύ-
„σεαι, καὶ οἱ σὺν σοὶ ἐόντες οἵδε, ἦ μὲν Σαμίους
92 „ἡμῖν προθύμους ἔσεσθαι συμμάχους." Ταῦτά τε
ἅμα ἠγόρευε, καὶ τὸ ἔργον προσῆγε. αὐτίκα γὰρ οἱ
Σάμιοι πίστιν τε καὶ ὅρκια ἐποιεῦντο συμμαχίης
2 πέρι πρὸς τοὺς Ἕλληνας. ταῦτα δὲ ποιήσαντες, οἱ
μὲν ἀπέπλεον· μετὰ σφέων γὰρ ἐκέλευε πλέειν τὸν
3 Ἡγησίστρατον, οἰωνὸν τὸ οὔνομα ποιεύμενος. οἱ δὲ
Ἕλληνες, ἐπισχόντες ταύτην τὴν ἡμέρην, τῇ ὑστεραίῃ
ἐκαλλιερέοντο, μαντευομένου σφι Δηϊφόνου τοῦ Εὐη-
νίου, ἀνδρὸς Ἀπολλωνιήτεω, Ἀπολλωνίης δὲ τῆς
ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ.

foedusque ad libertatem, Ionibus parandam inter Leotychidem ac legatos factum.

---

boni fuisse ominis manifestum est, quale, ut ait Wesselingius, Augusto ad Actium ante aciem asellus cum asinario dedit *Eutychus homini, bestiae Nicon erat nomen,* inquit Sueton. in August. 96. Eadem ex superstitione, rem memorabilem aggressuri, eos potissimum adsciscebant, quibus *fausta nomina;* uti Vespasianus, Capitolium dedicaturus, in Taciti histor. IV, 53 cum Lipsii not." — De verbo δέκομαι conf. allata ad VIII, 114. Οἰωνὸν, quae infra redit vocula, in universum pro *omine* poni, satis patet ex Euripid. Phoeniss. 865: quem locum attulit Valckenaer. Alia dedi ad Plut. Flam. 7 p. 96.

ἦ μὲν] Merito sic repositum pro ἦ μὴν, ut III, 66. IV, 154. Add. Hartung. Lehre v. d. Griech. Partik. II pag. 391.

Cap. XCII.

que simul manifestum fit hac ex narratione, quo modo in regum Persarum gymnaeceis agi solitum fuerit: in quam rem insigne exstat Estherae exemplum, quam ipsam nullam aliam re vera fuisse atque Amestridem, alio nomine in libris sacris vocitatam, fuere qui contenderent. Sed haec et alia huiuscemodi lubens hic transeo.

ὅ τι βούλεται] De hoc indicativo vide sis nott. ad I, 163. Sic IX, 111. ποιέειν τὰ βούλεται. In seqq. accusativum πάντα ad αἰτήσασαν refero neque ad τεύξεσθαι.

τῇ δὲ κακῶς γὰρ ἔδεε πανοικίῃ γενέσθαι] Vid. I, 8. IV, 79 et de usu particulae γὰρ I, 8. 24. Voces τῇ δὲ non ad πανοικίῃ referri posse bene monet Schweigh. sed ad mulierem. Nam idem est ac si dixisset Noster: ἡ δὲ, κακῶς γάρ οἱ ἔδεε πανοικίῃ γενέσθαι, εἶπε Ξέρξῃ. Ad vocem πανοικίῃ *cum tota domo, familia* conf. nott. ad VII, 39.

παντοῖος ἐγίνετο] i. e. *in omnes se convertit formas, omnia tentavit*, quibus illam averteret eiusque preces amoveret. Vid. III, 124 ibique nott. Ad seqq. κατ' ἄλλο μὲν οὐδὲν cf. nott. ad VIII, 30. Mox retinui, quod codd. quidam ferebant, κατεικαζούσῃ, cuius loco Schwgh. coniecerat κατεικαζούσης. Gaisf., quem sequitur Negris, e pluribus codd. dedit κατεικάζουσα, his additis: „legitima verborum constructio postulabat, ut sententia hunc in modum decurreret: μὴ καὶ πρὶν κατεικάζουσα τὰ γινόμενα, οὕτω Ξέρξην πρήσσοντα καταλάβοι. Eam nunc immutat scriptor, ita ut sequens verbum a remotiore nominativo pendeat." Sed hoc nimis videtur quaesitum, nec sane ulla apparet causa, cur scriptorem tam subito structuram orationis mutasse credamus. Immo plana videntur omnia, si dativum κατεικαζούσῃ referas ad passivum ἐπευρεθῇ. Timebat scil. Xerxes, *ne ab Amestride, quae iam antea coniiciebat ea, quae facta sunt, invenire-*

κατ' ἄλλο μὲν οὐδὲν, φοβεόμενος δὲ Ἄμηστριν, μὴ
καὶ πρὶν κατεικαζούσῃ τὰ γινόμενα, οὕτω ἐπευρε-
θῇ πρήσσων· ἀλλὰ πόλις τε ἐδίδου, καὶ χρυσὸν ἄ-
πλετον, καὶ στρατὸν τοῦ ἔμελλε οὐδεὶς ἄρξειν ἀλλ' ἢ
5 ἐκείνη· Περσικὸν δὲ κάρτα ὁ στρατὸς δῶρον.
ἀλλ' οὐ γὰρ ἔπειθε, διδοῖ τὸ φᾶρος. ἡ δὲ, περιχα-
ρὴς ἐοῦσα τῷ δώρῳ, ἐφόρεέ τε καὶ ἀγάλλετο· καὶ
110 ἡ Ἄμηστρις πυνθάνεταί μιν ἔχουσαν. Μαθοῦσα δὲ
τὸ ποιεύμενον, τῇ μὲν γυναικὶ ταύτῃ οὐκ εἶχε ἔγ-
κοτον· ἡ δὲ ἐλπίζουσα τὴν μητέρα αὐτῆς εἶναι αἰ-
τίην καὶ ταῦτα ἐκείνην πρήσσειν, τῇ Μασίστεω γυ-
2 ναικὶ ἐβούλευε ὄλεθρον. φυλάξασα δὲ τὸν ἄνδρα
τὸν ἑωυτῆς Ξέρξην βασιλήϊον δεῖπνον προτιθέμε-
νον· (τοῦτο δὲ τὸ δεῖπνον παρασκευάζεται ἅπαξ τοῦ
ἐνιαυτοῦ, ἐν ἡμέρῃ τῇ ἐγένετο βασιλεύς· οὔνομα
δὲ τῷ δείπνῳ τούτῳ Περσιστὶ μὲν, τυκτὰ, κατὰ δὲ
τὴν Ἑλλήνων γλῶσσαν, τέλειον· τότε καὶ τὴν κε- 742
φαλὴν σμᾶται μοῦνον βασιλεὺς, καὶ Πέρσας δωρέ-

Amestridis reginae atrox zelotypia,

---

tur talia agens. — In seqq. ἐδίδου est *obtulit*, *se daturum pollicitus est*, nota verbi huius potestate. Ad verba: ἀλλ' οὐ γὰρ ἔπειθε conf. Matth. Gr. Gr. §. 615 pag. 1242 et G. Hermann. ad Viger. pag. 811. Add. Herodot. IX, 93. Verbum ἀγάλλεσθαι attigi ad IV, 64.

Cap. CX.

οὐκ εἶχε ἔγκοτον] De hac locutione conf. III, 59. Add. Blomfield. Glossar. ad Aeschyl. Choephor. 37. In seqq. verbum φυλάξασα citat Suidas s. v. III p. 642. Vid. I, 49 ibiq. nott. VIII, 9.

ἐν ἡμέρῃ τῇ ἐγένετο βασιλεὺς] Male ἐν in quibusdam omissum. Affert Herodotea Athenaeus IV, 27 pag. 146 B. Vid. de die regis natali nott. ad I, 133. Ipsum festi nomen Τυκτὰ quid valeat, aliis disquirendum permittam. Scaliger Canon. Isag. III p. 260 exposuerat *thronum*. Alii aliter. Cf. Reland. Diss. de vet. ling. Pers. p. 257. *Creuzerus* haec adscripsit: „Attigerunt hunc locum interpretes Hesychii II p. 1360 et pag. 1432. Photius p. 526 Dobr. et Lips. Τυκτόν· χειροποίητον, quod ad Odyss. ρ', 206 trahit Schleusner. in Animadverss. pag. 463. Ego nihil exputo."

σμᾶται] i. e. *smegmate detergit*. Vid. citt. ad IV, 73 et Casaubon. ad Athen. l. l. Plura

εται) ταύτην δὴ τὴν ἡμέρην φυλάξασα ἡ Ἄμηστρις,
χρήζει τοῦ Ξέρξεω δοθῆναί οἱ τὴν Μασίστεω γυναῖ-
3 κα. ὁ δὲ δεινόν τε καὶ ἀνάρσιον ἐποιέετο, τοῦτο
μὲν, ἀδελφεοῦ γυναῖκα παραδοῦναι, τοῦτο δὲ, ἀναι-
τίην ἐοῦσαν τοῦ πρήγματος τούτου· συνῆκε γὰρ
111 τοῦ εἵνεκεν ἐδέετο. Τέλος μέντοι, κείνης τε λιπα-
ρεούσης, καὶ ὑπὸ τοῦ νόμου ἐξεργόμενος, ὅτι ἀτυ-
χῆσαι τὸν χρήζοντα οὔ σφι δυνατόν ἐστι βασιληΐου
δείπνου προκειμένου, κάρτα δὴ ἀέκων κατανεύει·
2 καὶ παραδοὺς, ποιέει ὧδε. τὴν μὲν κελεύει ποιέειν
τὰ βούλεται· ὁ δὲ μεταπεμψάμενος τὸν ἀδελφεὸν λέ-
γει τάδε· „Μασίστα, σὺ εἶς Δαρείου τε παῖς, καὶ
„ἐμὸς ἀδελφεός· πρὸς δ' ἔτι τούτοισι, καὶ εἶς ἀνὴρ
3 „ἀγαθός. γυναικὶ δὴ ταύτῃ τῇ νῦν συνοικέεις, μὴ
„συνοίκεε· ἀλλά τοι ἀντ' αὐτῆς ἐγὼ δίδωμι θυγα-
„τέρα τὴν ἐμήν. ταύτῃ συνοίκεε· τὴν δὲ νῦν ἔχεις,
4 „οὐ γὰρ δοκέει ἐμοὶ, μὴ ἔχε γυναῖκα." Ὁ δὲ Μα-
σίστης ἀποθωυμάσας τὰ λεγόμενα, λέγει τάδε· „Ὦ
„δέσποτα, τίνα μοι λόγον λέγεις ἄχρηστον, κελεύων

---

de ipso verbo dabit a *Cr.* citatus Blomfield. ad Callimach. Lavacr. Pallad. vs. 32. Neque vero hîc puto intelligi posse *fragrantius oleum*, quo regium caput fuerit delibutum et deinde defrictum. Facit huc quoque Strabo XV p. 718 s. 1046 A. — In seqq. dedi χρήζει et χρήζοντα pro χρηΐζει et χρηΐζοντα, quod cum Schaefero tenet Bekker. Conf. VII, 38 ibique nott.

Cap. CXI.

κείνης τε λιπαρεούσης] κείνης e Florentino receptum. Vulgatam ἐκείνης cum Schaef. retinuit Matth. Verba: ὑπὸ τοῦ νόμου ἐξεργόμενος valent: *lege prohibitus*, quo minus scil. aliter faceret petentique abnueret (conf. nott. ad VII, 96), *quia fieri nequit, regia coena proposita, ut petenti quidquam denegetur* s. *petens voto excidat.* — Paulo infra e Florent. receptum γυναικὶ δὴ, ubi vulgo γυναικὶ δὲ, quod post Schaeferum retinuerunt Matth. et Bekker.

λόγον λέγεις ἄχρηστον] „Videtur gravius quiddam sonare quam *inutilem sermonem*, nempe *malum*, *importunum*, *infelicem*, *damnosum*." *Schweigh.* in Lex. Herod. — In seqq. vocem τρεῖς post εἰσὶ plerique codd. ignorant, unde uncis includere malui, quam prorsus

„με γυναῖκα, ἐκ τῆς μοι παῖδες νεηνίαι τέ εἰσι
„[τρεῖς] καὶ θυγατέρες, τῶν καὶ σὺ μίαν τῷ παιδὶ
„τῷ σεωυτοῦ ἠγάγεο γυναῖκα· αὐτή τέ μοι κατὰ
„νόον τυγχάνει κάρτα ἐοῦσα· ταύτην με κελεύεις
5 „μετέντα, θυγατέρα τὴν σὴν γῆμαι; ἐγὼ δὲ, βασι-
„λεῦ, μέγα μὲν ποιεῦμαι ἀξιεύμενος θυγατρὸς τῆς
„σῆς, ποιήσω μέντοι τούτων οὐδέτερα· σὺ δὲ μη-
„δαμῶς βιῶ, πρήγματος τοιοῦδε δεόμενος. ἀλλὰ τῇ
6 „τε σῇ θυγατρὶ ἀνὴρ ἄλλος φανήσεται ἐμεῦ οὐδὲν
„ἥσσων, ἐμέ τε ἔα γυναικὶ τῇ ἐμῇ συνοικέειν.“ Ὁ
μὲν δὴ τοιούτοισι ἀμείβεται· Ξέρξης δὲ θυμωθεὶς,
7 λέγει τάδε· „Οὕτω τοι, Μασίστα, πέπρηκται· οὔτε
„γὰρ ἄν τοι δῴην θυγατέρα τὴν ἐμὴν γῆμαι, οὔτε
„ἐκείνῃ πλεῦνα χρόνον συνοικήσεις· ὡς μάθῃς τὰ
„διδόμενα δέκεσθαι.“ Ὁ δὲ ὡς ταῦτα ἤκουσε, εἴ-

---

eiicere, quod fecit Gaisfordius, improbante Schaefero, Matth. et Bekker. Quod vero h. l. sibi quodammodo opponuntur νεηνίαι et θυγατέρες, quorum prius vocabulum vulgo non tam ad sexum, quam ad aetatem respicit, attendi vult Doederlein in Actt. phill. Monacc. I, 1 p. 41, quamquam h. l. ob praegressum παῖδες aetatis simul ratio videtur haberi.

αὐτή τέ μοι] αὐτὴ pro αὕτη dedit Schaeferus, quem reliqui secuti sunt. Declarat nimirum Masistes, hanc uxorem ex animi sententia ipsi fuisse, sibi maxime accommodatam. Sic κατὰ νόον V, 106. VI, 130. I, 117. IX, 45. Mox e meliorum codd. consensu dedi θυγατέρα τὴν σὴν pro τὴν σεωυτοῦ, quod cum Schaefero retinuit Matth.

μέγα μὲν ποιεῦμαι ἀξιεύμενος θυγατρός] i. e. *magni facio, quod coniugio filiae tunc me digneris.* De participii usu vid. Viger. p. 771. Pro μέγα Florentinus dat μεγάλα, quod Schweighaeusero arridet quodque ipsum dedit Steger. Tu cf. III, 42.

μηδαμῶς βιῶ] i. e. *Tu noli vim mihi inferre, me ullo modo cogere.* Mox libris iubentibus dedi ἥσσων, cuius loco Schaefer. et Bekker. ἕσσον. Vid. VIII, 113. V, 72.

πέπρηκται] i. e. *ita sane actum est de te.* Vid. nott. ad VII, 10 §. 3. Schweighaeuserus erat interpretatus: *igitur hoc profecisti.* — Mox e Florent. repositum δῴην, quod etiam habet Thomas Mag. pag. 227 h. l. citans s. v. διδώῃ. Vulgatam δοίην cum Schaefero tuentur Matth. et Bekker.

πας τοσόνδε, ἐχώρεε ἔξω· „Δέσποτα, οὐ δή κώ με
112 „ἀπώλεσας.“ Ἐν δὲ τούτῳ τῷ διὰ μέσου χρόνῳ ἐν
τῷ Ξέρξης τῷ ἀδελφεῷ διελέγετο, ἡ Ἄμηστρις με-
ταπεμψαμένη τοὺς δορυφόρους τοῦ Ξέρξεω, διαλυ-
μαίνεται τὴν γυναῖκα τὴν Μασίστεω· τούς τε μα-
ζοὺς ἀποταμοῦσα κυσὶ προέβαλε, καὶ ῥῖνα, καὶ ὦτα, 743
καὶ χείλεα· καὶ γλῶσσαν ἐκταμοῦσα, ἐς οἶκόν μιν
113 ἀποπέμπει διαλελυμασμένην. Ὁ δὲ Μασίστης οὐδέν
κω ἀκηκοὼς τούτων, ἐλπόμενος δέ τί οἱ κακὸν εἶ-
2 ναι, ἐσπίπτει δρόμῳ ἐς τὰ οἰκία. ἰδὼν δὲ διεφθαρ-
μένην τὴν γυναῖκα, αὐτίκα μετὰ ταῦτα συμβουλευ-
σάμενος τοῖσι παισὶ, ἐπορεύετο ἐς Βάκτρα σύν τε
τοῖσι ἑωυτοῦ υἱοῖσι καὶ δή κού τισι καὶ ἄλλοισι,
ὡς ἀποστήσων νομὸν τὸν Βάκτριον, καὶ ποιήσων
τὰ μέγιστα κακῶν βασιλέα· τά περ ἂν καὶ ἐγένετο,
ὡς ἐμοὶ δοκέειν, εἴπερ ἔφθη ἀναβὰς ἐς τοὺς Βακ-
τρίους καὶ τοὺς Σάκας· καὶ γὰρ ἔστεργόν τέ μιν,
3 καὶ ἦν ὕπαρχος τῶν Βακτρίων. ἀλλὰ γὰρ Ξέρξης
πυθόμενος ταῦτα ἐκεῖνον πρήσσοντα, πέμψας ἐπ' αὐ-

crudelitasque in uxorem Masistae horribilis.

Hinc turbae exortae, Xerxis regno graves futurae, nisi Masistae eiusque filiorum nece compositae fuissent.

Cap. CXII.

ἐν δὲ τούτῳ — χρόνῳ] Vid. VIII, 27. διαλυμαίνεται est *foedissime tractat, dilacerat.* Verba τούς τε μαζοὺς ἀποταμοῦσα in simili re exstant IV, 102.

Cap. CXIII.

ἐλπόμενος] i. e. *suspicans* indeque *metuens.* Vid. VI, 109 ibique allata.

ὡς ἀποστήσων νομὸν τὸν Βάκτριον] i. e. *ut Bactriam provinciam ad defectionem sollicitaret.* Bactriana praefectura memoratur III, 92, quam unam e maximis et amplissimis totius fere regni fuisse haud pauca testantur. Unde factum, ut adiuvante ipso provinciae situ et ambitu, ibi crebrius exorirentur seditiones bellaque praefectorum cum regibus Persarum. Conf. Heeren. Id. II, 1 p. 316 et quae ad Ctesiam attuli pag. 93.

ὡς ἐμοὶ δοκέειν] Ita optimi quique codd. pro δοκέει. Vid. IV, 168. In seqq. ὕπαρχος est *satrapa*, ut V, 20 ibique nott.

ταῦτα ἐκεῖνον πρήσσοντα] i. e. *eum talia agitare consilia, talia moliri.* De verbo πρήσσειν cf. IX, 108 ibique citt. — Mox revocavi κατέκτεινε, ubi Schaeferus dederat κατέκτεινεν.

τὸν στρατιὴν, ἐν τῇ ὁδῷ κατέκτεινε αὐτόν τε ἐκεῖνον καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ καὶ τὴν στρατιὴν τὴν ἐκεί-
4 νου. Κατὰ μὲν τὸν ἔρωτα τὸν Ξέρξεω καὶ τὸν Μασίστεω θάνατον τοσαῦτα ἐγένετο.

114

Graecorum classe in Hellespontum ad pontes rescindendos profecta, cum eos iam solutos deprehendissent [8, 117.], Peloponnesii in Graeciam revertuntur; Athenienses ad Sestum oppugnandam se convertunt,

Οἱ δὲ ἐκ Μυκάλης ὁρμηθέντες Ἕλληνες ἐπ' Ἑλλησπόντου πρῶτον μὲν περὶ Λεκτὸν ὅρμεον, ὑπὸ ἀνέμων ἀπολαμφθέντες· ἐνθεῦτεν δὲ ἀπίκοντο ἐς Ἄβυδον, καὶ τὰς γεφύρας εὗρον διαλελυμένας, τὰς ἐδόκεον εὑρήσειν ἔτι ἐντεταμένας· καὶ τούτων οὐκ
2 ἥκιστα εἵνεκεν ἐς τὸν Ἑλλήσποντον ἀπίκοντο. τοῖσι μέν νυν ἀμφὶ Λευτυχίδεα Πελοποννησίοισι ἔδοξε ἀποπλέειν ἐς τὴν Ἑλλάδα· Ἀθηναίοισι δὲ καὶ Ξαν-

---

τὴν στρατιὴν τὴν ἐκείνου] „Suspicor vocem *στρατιὴν* ex proximis inhaerentem memoriae scribentis, alterius vice male fuisse repetitam. Qui Susis abierat cum liberis, *καὶ δή κου τισὶ καὶ ἄλλοισι*, quique necdum pervenerat ad suam praefecturam, is minus commode dici poterat iam nunc secum habuisse *exercitum*. Multo mihi videretur accommodatius, si a Xerxe missi in viâ dicerentur interfecisse *αὐτόν τε ἐκεῖνον καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ, καὶ τὴν θεραπηΐην τὴν ἐκείνου*, si hoc aliunde firmatum acciperem.“ *Valckenaer.* Lectioni vulgatae haud scio an ita patrocinandum, ut in ipsa via de defectione cogitans Masistes copias collegerit, sed a Xerxis exercitu oppressus, unâ cum copiis interierit. Quin ipsa suspicio mihi orta est verba *καὶ τὴν στρατιὴν τὴν ἐκείνου* e glossa marginali in textum irrepsisse.

Cap. CXIV.

περὶ Λεκτὸν ὅρμεον] i. e. *in statione erant prope Lectum.* Verbum *ὁρμεῖν* hoc sensu exstat VII, 22. *Λεκτὸς*, quod rectius scribi *Λέκτος* censet Schweighaeuserus, promontorium Idae montis est, Lesbo insulae obversum, de quo vid. Schol. ad Nicandr. Alexiph. 40 Athen. XIII pag. 598 C. Strabon. XIII p. 604 A. s. p. 900 D. 606 C. s. p. 903 C. Liv. XXXVII, 37. Quae attulit Wesselingius, addens illic navigantes ventis adversis saepe in cursu impeditos et retardatos fuisse. — Ad verba *ὑπὸ ἀνέμων ἀπολαμφθέντες* vid. II, 115 ibique nott. Ad *ἐντεταμένας* conf. IX, 106.

τοῖσι μέν νυν ἀμφὶ Λευτυχίδεα] Ad locutionem conf. IX, 57. Thucydides ista tangens I, 89 de dissensu Pelo-

θίππῳ τῷ στρατηγῷ, αὐτοῦ ὑπομείναντας πειρᾶ-
3 σθαι τῆς Χερσονήσου. Οἳ μὲν δὴ ἀπέπλεον· Ἀθη-
ναῖοι δὲ, ἐκ τῆς Ἀβύδου διαβάντες ἐς τὴν Χερσό-
115 νησον, Σηστὸν ἐπολιόρκεον. Ἐς δὲ τὴν Σηστὸν ταύτην,
ὡς ἐόντος ἰσχυροτάτου τείχεος τῶν ταύτῃ, συνῆλθον,
ὡς ἤκουσαν παρεῖναι τοὺς Ἕλληνας ἐς τὸν Ἑλλήσ-
ποντον, ἔκ τε τῶν ἄλλων τῶν περιοικίδων, καὶ δὴ
καὶ ἐκ Καρδίης πόλιος Οἰόβαζος, ἀνὴρ Πέρσης, ὃς
2 τὰ ἐκ τῶν γεφυρέων ὅπλα ἐνθαῦτα ἦν κεκομικώς.
εἶχον δὲ ταύτην ἐπιχώριοι Αἰολέες, συνῆσαν δὲ Πέρ-
σαι τε καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων συχνὸς ὅμιλος.
116 Ἐτυράννευε δὲ τούτου τοῦ νομοῦ Ξέρξεω ὕπαρχος
Ἀρταΰκτης, ἀνὴρ μὲν Πέρσης, δεινὸς δὲ καὶ ἀτά-
2 σθαλος. ὃς καὶ βασιλέα ἐλαύνοντα ἐπ' Ἀθήνας ἐξη-
πάτησε, τὰ Πρωτεσίλεω τοῦ Ἰφίκλου χρήματα ἐξ
3 Ἐλαιοῦντος ὑφελόμενος. ἐν γὰρ Ἐλαιοῦντι τῆς Χερ- 744

quo ingens Persarum numerus, quod caetera Chersonesi oppida parum munita essent, confluxerat.

Praefectus Sesto a rege Artayctes, homo impius inque Protesilaum heroëm contumeliosus.

---

ponnesiorum atque Atheniensium nihil prodit.

πειρᾶσθαι τῆς Χερσονήσου] i. e. *tentare, num in suam ditionem redigere possent Chersonesum.* Sic IX, 40 *πειρώμενοι τῶν Ἑλλήνων.* — Mox retinui, quod plerique codd. afferunt *διαβάντες*, a Schaefero, quem Bekker. sequitur, mutatum ex uno Sancrofti cod. in *διαβαλόντες*; quamquam id ipsum *traïciendi* notione haud infrequens, ut monstrant a Valcken. allata ex Herod. VI, 44. V, 33. 34. Thucyd. II, 83. VI, 30. Aristid. III p. 577. Eunap. in Proaeres. p. 129 p. 73 Boissonad. quem ipsum conf. in annotat. pag. 270. At mihi haec lectio docti cuiusdam hominis deberi videtur industriae. De *Sesto* vid. VII, 33. Thucydides quoque l. l. Sesti obsessionem memorat.

Cap. CXV.

παρεῖναι — ἐς τὸν Ἑλλήσποντον] Cf. de locutione I, 21 et ad praegressas voces de *Sesto* conf. Ephori fragmm. p. 198 a *Cr.* laudata. — De *Cardia* dixi ad VI, 33. *ὅπλα* rudentes sunt, ut VII, 25. — *ἐνθαῦτα* accipio *huc, istuc;* de quo usu plura A. Bekker. in Spec. Philostr. p. 77. 78.

Cap. CXVI.

ὕπαρχος] Conf. nott. ad V, 20 et ad seqq. VII, 33 ibique nott.

ἐξ Ἐλαιοῦντος ὑφελόμενος] Pro *ὑφελόμενος*, cuius loco sanequam exspectabas Ionum more *ὑπελόμενος*, quod ipsum

σονήσου ἐστὶ Πρωτεσίλεω τάφος τε καὶ τέμενος περὶ
αὐτὸν, ἔνθα ἦν χρήματα πολλὰ, καὶ φιάλαι χρύσεαι
καὶ ἀργύρεαι, καὶ χαλκὸς, καὶ ἐσθὴς, καὶ ἄλλα ἀνα-
θήματα, τὰ Ἀρταΰκτης ἐσύλησε, βασιλέος δόντος.
4 λέγων δὲ τοιάδε, Ξέρξεα διεβάλετο· „Δέσποτα, ἔ-
„στι οἶκος ἀνδρὸς Ἕλληνος ἐνθαῦτα, ὃς ἐπὶ γῆν
„τὴν σὴν στρατευσάμενος, δίκης κυρήσας, ἀπέθανε.
„τούτου μοι δὸς τὸν οἶκον, ἵνα καί τις μάθῃ ἐπὶ
5 „γῆν τὴν σὴν μὴ στρατεύεσθαι.“ ταῦτα λέγων, εὐ-
πετέως ἔμελλε ἀναπείσειν Ξέρξεα δοῦναι ἀνδρὸς οἶ-
6 κον, οὐδὲν ὑποτοπηθέντα τῶν ἐκεῖνος ἐφρόνεε. Ἐπὶ
γῆν δὲ τὴν βασιλέος στρατεύεσθαι Πρωτεσίλεων ἔλεγε,
νοέων τοιάδε· τὴν Ἀσίην πᾶσαν νομίζουσι ἑωυ-
7 τῶν εἶναι Πέρσαι, καὶ τοῦ αἰεὶ βασιλεύοντος.
ἐπεὶ δὲ ἐδόθη τὰ χρήματα, ἐξ Ἐλαιοῦντος ἐς
Σηστὸν ἐξεφόρησε, καὶ τὸ τέμενος ἔσπειρε,

---

nunc dedisse video Bekkerum, duo codd. cum Valla dant *αἰτήσας*, quod probante Valcken., coll. Koen. ad Gregor. Cor. De Dial. Ion. §. 18 p. 399, recepit Schaef. Equidem cum Matth. in vulgata acquiescendum censui, ubi aoristum *ὑφελόμενος* explicat G. Hermann. ad Viger. pag. 775. Unde loci hic fere sensus: „*Qui regem — deceperat atque pecunias — surripuerat.* De Elaeunte urbe conf. nott. ad VII, 33. — Pro *ἔην* restitui *ἦν* e Florentino aliisque.

Ξέρξεα διεβάλετο] i. e. *Xerxem deceperat.* Qua significatione alibi Noster activum posuit; vid. V, 50 ibique nott. VIII, 110.

τὴν Ἀσίην πᾶσαν νομίζουσι ἑωυτῶν εἶναι Πέρσαι κ. τ. λ.] *εἶναι Πέρσαι* e Florent. aliisque revocatum pro vulg. *Πέρσαι εἶναι*, quod Schaefer. et Matth. retinent. Ipsam sententiam notavimus ad I, 4. Hinc vero (h. l. addit Wesseling.) audax fluxit et importunum Artaxerxis, Persarum, victis Parthis, vindicis et regni instauratoris: cedere Imp. Alexandrum Romanosque omni Asia debere, *ἐᾶσαι δὲ ἄρχειν Πέρσας μέχρις Ἰωνίας τε καὶ Καρίας· εἶναι γὰρ αὐτὰ Περσῶν προγονικὰ κτήματα*: *esse enim Persarum hereditarias atque a maioribus acceptas possessiones*, in Herodian. VI, 3 [VI, 4 §. 5. VI, 2 §. 2.]

καὶ τὸ τέμενος ἔσπειρε καὶ ἐνέμετο] *τέμενος* hic vocatur *ager exemtus et consecratus* iuxta Protesilai sepulcrum, ut IV, 161. In hoc igitur agro, qui

καὶ ἐνέμετο· αὐτός τε ὅκως ἀπίκοιτο ἐς Ἐλαιοῦντα, ἐν τῷ ἀδύτῳ γυναιξὶ ἐμίσγετο. Τότε δὲ ἐπολιορκέετο ὑπὸ Ἀθηναίων, οὔτε παρεσκευασμένος ἐς πολιορκίην, οὔτε προσδεκόμενος τοὺς Ἕλληνας·
117 ἀφυλάκτῳ δέ κως αὐτῷ ἐπέπεσον. Ἐπεὶ δὲ πολιορκεομένοισί σφι φθινόπωρον ἐπεγίνετο, καὶ ἤσχαλλον οἱ Ἀθηναῖοι ἀπό τε τῆς ἑωυτῶν ἀποδημέοντες καὶ **Obsidione diu protracta,**

Protesilao heroi consecratus erat, *sementem fecit pecoraque sua pavit;* nam verbum νέμεσθαι hîc ad pascua gregesque spectare recte monet Schweighaeuser. in Lex. Herod.

ἀφυλάκτῳ δέ κως αὐτῷ ἐπέπεσον] ἀφυλάκτῳ primus dedit Schaeferus e duobus codd. pro vulg. ἀφύκτως quale adverbium vereor ut exstet, quamquam adiectivum ἄφυκτος *de eo, quod evitari nequit,* haud insolitum. Vid. Plutarch. II p. 107 B. Stob. Eclogg. Physs. p. 8. Alciphr. I, 25. Quae attulit *Wesselingius*, haec subiiciens: „Sed Artayctes, modo provide et consulto egisset, aut vitare obsidionem, aut apparatu ad eam tolerandam sese potuerat instruere. Neutrum observavit; unde *ex improviso*, uti Valla, ἀφυλάκτῳ (non ἀφυλάκτως) supervenerunt. Simile Polyaeni VIII, 36. Plutarch. II p. 262 C. Herodiani VI, 5.“ Addit Schweighaeuserus ἀφυλάκτως διακεῖσθαι e Polyb. IV, 36 §. 4 lectionem ἀφυλάκτως ita defendi posse putans, ut Herodotum dixisse credamus: „*ita de improviso eum adorti sunt Athenienses, ut effugi non potuerint*, id est, *ut ille et qui cum eo erant, effugere non potuerint*“: nempe (sunt ipsa Schweighaeuseri verba), „quod ex insequentibus intelligitur, et navibus urbem obsederunt et exscensione factâ eandem a continente ita circumsederunt, ut effugere nemo posset.“ Mihi, ut dicam quod sentio, hoc ἀφύκτως magis exquisitum quam verum videtur: quare haud recepi. Adiectivum ἀφύλακτος pluribus locis apud Plutarchum inveniri cognovi e Wyttenbach. Ind. Graecitat. T. VIII, 1 p. 304.

Cap. CXVII.

ἐπεγίνετο] Sic dedi cum Bekkero, Matth. et Schaefero; Schweigh. et Gaisf. e tribus codd. dederunt ἐπιγίνετο. Verbum ἀσχάλλειν attigi ad III, 152. Ad verba ὅκως ἀπάγοιεν conf. Matth. Gr. Gr. §. 531 not. 2 pag. 1037. — De usu particularum πρὶν ἤ conf. citt. ad IX, 93. — τὸ Ἀθηναίων κοινὸν convenit cum Thucyd. I, 89. Sed vide quoque Herod. V, 109. VI, 14.

οὐ δυνάμενοι ἐξελεῖν τὸ τεῖχος, ἐδέοντό τε τῶν στρατηγῶν ὅκως ἀπάγοιέν σφεας ὀπίσω· οἱ δὲ οὐκ ἔφασαν, πρὶν ἢ ἐξέλωσι, ἢ τὸ Ἀθηναίων κοινόν σφεας μεταπέμψηται. οὕτω δη ἔστεργον τὰ παρεόντα.

118 *fame compulsi Persae noctu aufugiunt: itaque Athenienses Sesto potiuntur.*

Οἱ δ' ἐν τῷ τείχεϊ ἐς πᾶν ἤδη κακοῦ ἀπιγμένοι ἦσαν, οὕτω ὥστε τοὺς τόνους ἕψοντες τῶν κλινέων ἐσιτέοντο. ἐπεί τε δὲ οὐδὲ ταῦτα ἔτι εἶχον, οὕτω δὴ ὑπὸ νύκτα οἴχονται ἀποδράντες οἵ τε Πέρσαι καὶ ὁ Ἀρταΰκτης καὶ ὁ Οἰόβαζος, ὄπισθε τοῦ 2τείχεος καταβάντες, τῇ ἦν ἐρημότατον τῶν πολεμίων. ὡς δὲ ἡμέρη ἐγένετο, οἱ Χερσονησῖται ἀπὸ τῶν πύργων ἐσήμηναν τοῖσι Ἀθηναίοισι τὸ γεγονὸς, καὶ τὰς πύλας ἄνοιξαν τῶν δὲ οἱ μὲν πλεῦνες ἐδίωκον, οἱ δὲ τὴν πόλιν εἶχον.

119 *Fugientium pars a Thracibus ca-*

Οἰόβαζον μέν νυν ἐκφυγόν- 745
τα ἐς τὴν Θρηΐκην Θρήϊκες Ἀψίνθιοι λαβόντες ἔθυ-

ἔστεργον τὰ παρεόντα] i. e. *praesentem rerum statum aequo tulerunt animo, contenti erant*, s. *praesentibus acquieverunt.* De verbi στέργειν structurâ cum quarto casu post Gataker. ad Antonin. De se ips. VI, 44 monuerunt Matth. Gr. Gr. §. 399 not. 2 p. 730 et Voemel. ad Demosth. Phill. II §. 19. Annott. p. 27.

Cap. CXVIII.

ὥστε τοὺς τόνους ἕψοντες τῶν κλινέων] „τόνοι τῶν κλινέων nervi, *lectulis et sellis intendendis habiles*, quibus elixis et igne mollitis famem domare nitebantur miseri. Vid. Pollue. X, 37." *Wesseling.* Vocem *Χερσονῖται* excitat Stephan. Byz. s. v. pag. 756. — *Χεῤῥόνησος* vid. Herod. VI, 39 et IX, 120, ubi libri fluctuant, et conf. Voemel. l. l. p. 39.

Cap. CXIX.

Ἀψίνθιοι] Vid. VI, 34. *Πλείστωρος* qui fuerit, aeque ignoro atque Wesseling. — Ad locutionem *οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Ἀρταΰκτην* conf. IX, 57. Mox cum recentt. edidi *καὶ ὡς κατελαμβάνοντο*, ubi particulam *καὶ*, quam plerique codd. agnoscunt, neglexerunt Schaefer. et Matth. — Ad verba *ὑπὲρ Αἰγὸς ποταμῶν* Wesseling. conferri vult Oudendorp. ad Frontin. II, 1, 18. Tu conf. Xenoph. Hellen. II, 1, 13. 14. Mel. II, 2 §. 7. Scylac. Peripl. §. 68 p. 28 Huds. Cornel. Nep. Con. 1 Lys. 1. In fine cap. revocavi *ἦγον*, cuius loco

σαν Πλεισιώρῳ ἐπιχωρίῳ θεῷ, τρόπῳ τῷ σφετέρῳ·
2 τοὺς δὲ μετ' ἐκείνου, ἄλλῳ τρόπῳ ἐφόνευσαν. Οἱ
δὲ ἀμφὶ τὸν Ἀρταΰκτην ὕστεροι ὁρμηθέντες φεύ-
γειν, καὶ ὡς κατελαμβάνοντο ὀλίγον ἐόντες ὑπὲρ
Αἰγὸς Ποταμῶν ἀλεξόμενοι χρόνον ἐπὶ συχνὸν, οἱ
3 μὲν ἀπέθανον, οἱ δὲ ζῶντες ἐλάμφθησαν. καὶ συν-
δήσαντές σφεας οἱ Ἕλληνες ἦγον ἐς Σηστόν· μετ' αὐ-
τῶν δὲ καὶ Ἀρταΰκτην δεδεμένον, αὐτόν τε καὶ
120 τὸν παῖδα αὐτοῦ. Καί τεῳ τῶν φυλασσόντων λέ-
γεται ὑπὸ Χερσονησιτέων, ταρίχους ὀπτῶντι, τέρας
γενέσθαι τοιόνδε. οἱ τάριχοι ἐπὶ τῷ πυρὶ κείμενοι
ἐπάλλοντό τε καὶ ἤσπαιρον, ὅκως περ ἰχθύες νεο-
2 άλωτοι. καὶ οἱ μὲν περιχυθέντες ἐθώμαζον· ὁ δὲ
Ἀρταΰκτης ὡς εἶδε τὸ τέρας, καλέσας τὸν ὀπτῶντα
3 τοὺς ταρίχους, ἔφη· „Ξεῖνε Ἀθηναῖε, μηδὲν φο-

pti trucidantur: caeteri cum ipso Artaycta in manus Atheniensium incidunt.

Artayctes ob impietatem in crucem actus [7,33.].

Schaefer. e duobus codd. ἤγαγον, quod hinc quoque recepit Bekkerus.

Cap. CXX.

οἱ τάριχοι] *Cr.* conferri iubet Fragm. Lexici Gr. apud Hermann. De emend. Gr. Gr. pag. 325. Qui idem in Commentt. Herodd. p. 10 de huius vocis ac similium notione disputans, dupliciter eas poni observat tam de quolibet salsamenti genere quam de condiendis cadaveribus, indeque etiam pendere vim ostenti, quod Herodotus referat h. l., ubi paulo post legimus τεθνεὼς καὶ τάριχος. Observat quoque Köhler. (Mémoires de l'Acad. de Petersbourg. VIeme ser. T. I. ann. 1832 p. 353 seq.) τάριχος plerumque dici de *piscibus sale conditis.*

ἐπάλλοντό τε καὶ ἤσπαιρον] i. e. *pisces sale conditi, igni impositi subsiliebant palpitabantque.* Citant Eustath. ad Odyss. XII p. 497, 30 s. 1728, 35 (qui habet ἤσπαιρον, plane ut VIII, 5) et Athenaeus III p. 119 D. E. Ad verbum πάλλεσθαι *vibrare, concuti* Schweigh. citat VII, 140. Homer. Il. XXII, 452. Plutarch. Cicer. 35. Ac supra I, 141 invenimus ἰχθῦς παλλομένους. De verbo ἀσπαίρειν Wesseling. conferri iubet Apollodor. III, 13 §. 6. Aeschyl. Pers. 983. Eurip. Iphig. Aul. 1587. ἰχθύες νεοάλωτοι sunt *pisces recens capti.* Utitur voce νεοάλωτος *de recens subactis* gentibus Dio. Cass. XLIX, 38 p. 473 E. — Ad verbum περιχυθέντες (*circumfusi, circumstantes*) conf. nott. ad Plutarch. Flamin. p. 108.

„βέο τὸ τέρας τοῦτο· οὐ γάρ σοὶ πέφηνε· ἀλλ' ἐμοὶ
„σημαίνει ὁ ἐν Ἐλαιοῦντι Πρωτεσίλεως, ὅτι καὶ
„τεθνεὼς καὶ τάριχος ἐὼν δύναμιν πρὸς θεῶν ἔχει
4„τὸν ἀδικέοντα τίνεσθαι. νῦν ὦν ἄποινά οἱ τάδε
„ἐθέλω ἐπιθεῖναι· ἀντὶ μὲν χρημάτων τῶν ἔλαβον
„ἐκ τοῦ ἱροῦ, ἑκατὸν τάλαντα καταθεῖναι τῷ θεῷ·
„ἀντὶ δ' ἐμεωυτοῦ καὶ τοῦ παιδὸς ἀποδώσω τάλαν-
5„τα διηκόσια Ἀθηναίοισι, περιγενόμενος." Ταῦτα
ὑπισχόμενος, τὸν στρατηγὸν Ξάνθιππον οὐκ ἔπειθε.
οἱ γὰρ Ἐλαιούσιοι τῷ Πρωτεσίλεῳ τιμωρέοντες ἐδέοντό
μιν καταχρησθῆναι, καὶ αὐτοῦ τοῦ στρατηγοῦ ταύτῃ ὁ
6νόος ἔφερε. ἀπαγαγόντες δὲ αὐτὸν ἐς τὴν ἀκτὴν ἐς τὴν
Ξέρξης ἔζευξε τὸν πόρον, οἱ δὲ λέγουσι ἐπὶ τὸν κο-
λωνὸν τὸν ὑπὲρ Μαδύτου πόλιος, σανίδα προσπασ-

πέφηνε] *adparuit* interpretatur Schweighaeuser., ex antecedentibus assumens τέρας. Attigit idem portentum Philostratus, ad VII, 33 laudatus, ubi τὸ τάριχος ἀναβιῶναι legimus. Mox cum Matth. retinui τίνεσθαι (*ulcisci*, *poenam luere*). Unus Sancrofti liber σινέεσθαι, ut IX, 13, alii σίνεσθαι, quod ipsum cum Schaefero dedit Bekkerus. Valckenaerius maluerat τίννυσθαι i. e. τιμωρεῖσθαι, quo ipso eadem in re utitur Pausan. III, 4 §. 5.

ἄποινά οἱ τάδε ἐθέλω ἐπιθεῖναι] Ita exhibens Schweighaeus. in nota ait sibi probari Pauwii coniecturam ἄποινά μοι, quam eandem in Latina versione expressit: *nunc igitur ego hanc mihi ipse mulctam, quâ redimam culpam, volo irrogare.* Mihi haud opus videtur a libris scriptis discedere. *Nunc igitur*, inquit Artayctes, *haec redemtionis pretia e i* (οἱ i. e. αὐτῷ, Protesilao scil.) *adponam* s. *solvam*, tanquam mulctam scil. mihi sponte irrogatam. ἄποινα invenies VI, 79. ἐπιθεῖναι cur *solvere*, *pendere* esse neget Schweighaeuserus, haud intelligo. Sic mox καταθεῖναι *deponere* in dei scil. templo, id est *solvere*. Quo eodem sensu alibi καταβάλλειν. Cf. II, 159.

τιμωρέοντες] *ulturi* scil. Protesilaum ab Artaycta laesum. Ad verbum καταχρησθῆναι cf. nott. ad IV, 146. De *Madyto* dixi ad VII, 33.

σανίδα προσπασσαλεύσαντες] Vid. VII, 33 ibique nott. Aliquot libri σανίδας. Tu cf. haec excitantem Eustath. ad Odyss. p. 1923, 46 s. 780 med. Quod vero Schweighaeuserus vel πρὸς ante σανίδα inserendum vel σανίδι rescribendum censet (in quod idem inciderat

σαλεύσαντες, ἀνεκρέμασαν· τὸν δὲ παῖδα ἐν ὀφθαλ-
121 μοῖσι τοῦ Ἀρταΰκτεω κατέλευσαν. Ταῦτα δὲ ποιήσαντες ἀπέπλεον ἐς τὴν Ἑλλάδα, τά τε ἄλλα χρήματα ἄγοντες, καὶ δὴ καὶ τὰ ὅπλα τῶν γεφυρέων, ὡς ἀναθήσοντες ἐς τὰ ἱρά. καὶ κατὰ τὸ ἔτος τοῦτο οὐδὲν ἔτι πλέον τούτων ἐγένετο.

His ita gestis, et Athenienses Graeciam repetunt.

122 Τούτου δὲ τοῦ Ἀρταΰκτεω τοῦ ἀνακρεμασθέντος προπάτωρ Ἀρτεμβάρης ἐστὶ ὁ Πέρσῃσι ἐξηγησάμενος λόγον, τὸν ἐκεῖνοι ὑπολαβόντες Κύρῳ προσ-
2 ήνεικαν, λέγοντα τάδε· „Ἐπεὶ Ζεὺς Πέρσῃσι ἡγεμονίην διδοῖ, ἀνδρῶν δὲ σοί, Κῦρε, κατελὼν Ἀστυάγεα· φέρε, γῆν γὰρ ἐκτήμεθα ὀλίγην καὶ ταύτην τρηχέην, μεταναστάντες ἐκ ταύτης ἄλλην ἔχω-
3 μεν ἀμείνω. εἰσὶ δὲ πολλαὶ μὲν ἀστυγείτονες, πολλαὶ δὲ καὶ ἑκαστέρω· τῶν μίαν σχόντες πλέοσι ἐσό-

746

Artembares, Artayctae illius avus, quid olim Persis, improbante Cyro, suaserit. Coelum mite ac solum fertile viris fortibus gignendis ineptum.

Reiskius): mihi vix necesse videtur a codd. auctoritate recedere, modo ita intelligas: *ubi tabulam s. palum* fixerant scil. in terra. Schweighaeuserus interpretatus erat *clavis asseri adfixum suspenderunt.* — Ad verbum κατέλευσαν conf. nott. ad IX, 5.

Cap. CXXI.

τὰ ὅπλα] Conf. VI, 25 et ad verba οὐδὲν ἔτι (in quo conspirant codd.) πλέον nott. ad VI, 42. Quare non opus cum Werfero reponere ἐπὶ pro ἔτι.

Cap. CXXII.

ἐξηγησάμενος λόγον] i. e. *sermonis auctor fuit, primus Persas edocuit sermonem, quem illi surripientes Cyro attulerunt* s. proposuerunt eo scil. consilio, ut ille Persarum regnum per orbem terrarum constitueret.

ἀνδρῶν δὲ σοὶ] i. e. *inter homines autem tibi*, everso Astyage, *imperium Iupiter tradidit.* De Persarum Iove conf. I, 131. VII, 40.

καὶ ταύτην τρηχέην] „Paria de ingenio et habitu Persicae regionis Plato De Legg. III p. 695 A et Herodoti assectator Arrianus Exped. Alex. V, 4. καὶ γὰρ καὶ Πέρσαι τότε πένητές τε ἦσαν καὶ χώρας τραχείας οἰκήτορες, nempe principio regis Cyri.“ *Wesseling.* Platonis loco add. Xenoph. Cyrop. VII p. 117, 5 [VII, 5, 67]. In seqq. pro ἑκαστέρω in tribus codd. exstat ἑκατέρω. Vid. VI, 108. VII, 49. Verba πλέοσι ἐσόμεθα θωυμαστότεροι valent: *pluribus hominibus maiori erimus admirationi.*

4 „μεθα θωυμαστότεροι. οἰκὸς δὲ ἄρχοντας ἄνδρας
„τοιαῦτα ποιέειν· κότε γὰρ δὴ καὶ παρέξει κάλλιον,
„ἢ ὅτε γε ἀνθρώπων τε πολλῶν ἄρχομεν πάσης τε
5 „τῆς Ἀσίης;“ Κῦρος δὲ ταῦτα ἀκούσας, καὶ οὐ
θωυμάσας τὸν λόγον, ἐκέλευε ποιέειν ταῦτα· οὕτω
δὲ αὐτοῖσι παραίνεε κελεύων παρασκευάζεσθαι, ὡς
6 οὐκέτι ἄρξοντας, ἀλλ' ἀρξομένους. φιλέειν γὰρ ἐκ
τῶν μαλακῶν χώρων μαλακοὺς ἄνδρας γίνεσθαι·
οὐ γάρ τοι τῆς αὐτῆς γῆς εἶναι καρπόν τε θωυμα-
7 στὸν φύειν καὶ ἄνδρας ἀγαθοὺς τὰ πολέμια. ὥστε

κότε γὰρ δὴ καὶ παρέξει κάλλιον] i. e. *quando enim hoc sane commodius s. melius fieri poterit.* Tu conf. III, 73. 142, ne plura. Pro *κότε* Sancrofti codex habet *κότερα*, cf. I, 91. Ad verba *καὶ οὐ θωυμάσας τὸν λόγον* conf. Plutarch. II p. 172 E.

οὕτω δὲ αὐτοῖσι κ. τ. λ.] Ad Persas refero. Nec moror accusativos subsequentes *ἄρξοντας* et *ἀρξομένους*; vid. modo IX, 79. Participium *ἀρξομένους* passivo sensu accipiendum, ut *πολιορκησόμενοι* IX, 97. V, 34.

φιλέειν γὰρ — ἄνδρας γίνεσθαι] Facit huc Hippocratis locus De aer. aq. et locc. §. 33 p. 289 s. 347 itemque Senecae De ira II, 16 et, ubi eadem sententia proditur quamquam diversis verbis Plutarch. II p. 172 F. Plura Cyri dicto similia collegit Gataker. ad Antonin. IV, 39 coll. Dunaeo in Demosthen. p. 131. Ex Herodoto autem expressus videtur Valckenaerio Livii locus XXIX, 25 „fertilissimus ager eoque abundans omnium copia rerum est regio: et imbelles (quod plerumque in ubere agro evenit) barbari sunt.“ Ad ipsam sententiam, quam plerumque veram, in universum tamen fallacem esse ait Wesseling., conf. Heeren. Id. I, 1 p. 194. 395. Veram illam esse contenderat quoque Larcherus, recentioris historiae exemplis quibusdam adiectis. Quin celeberrimum Montesquieu in libro de legum causis (ita enim cum I. A. Ernesto reddere licet Latine libri titulum Esprit des Loix) idem observasse pluribusque exposuisse addit, quamquam, iudice Larchero, minus respexit ad Christianae religionis vim atque auctoritatem omnibus locis ac temporibus ita accommodatae, ut vix ea, quae olim fuerit, nunc quoque inveniatur aëris atque coeli vis.

τὰ πολέμια] Vid. nott. ad IV, 3. Verbum *συγγνόντες* valet: *quum* (veram scil. Cyri sententiam esse) *intellexissent.*

σνγγνόντες Πέρσαι οἴχοντο ἀποστάντες, ἑσσωθέντες τῇ γνώμῃ πρὸς Κῦρον· ἄρχειν τε εἵλοντο λυπρὴν οἰκέοντες μᾶλλον, ἢ πεδιάδα σπείροντες ἄλλοισι δουλεύειν.

ἄρχειν τε εἵλοντο λυπρὴν οἰκέοντες — δουλεύειν] i. e. *imperare maluerunt tenuem incolentes terram, quam campestrem fertilemque colentes aliis servire.* Vocem λυπρὴν de solo gracili ac tenui Noster adhibuit, ut Homer. Od. XIII, 343 de Ithaca. — Post haec verba in nullo quantum scio Herodoti codice quidquam amplius legitur ipseque finis historiarum in quibusdam codicibus diserte indicatur: ut sane nulla sit causa, cur epilogum quendam interiisse existimemus praesertim cum Herodoti narratio eo, unde exorsa erat, hîc quasi redire videatur, consilio totius operis expleto: quam in rem longior ad h. l. exstat annotatio Schoellii, vernaculi interpretis: immo mihi dudum oborta est suspicio, ea ipsa, quae cap. 122 exstant, vel a Grammatico quodam Herodoteis adsuta vel ab ipso Herodoto relicta esse imperfecta morte scilicet oppresso atque impedito, quo minus ultimam hisce admoveret manum. Commovet me ipsum argumentum, ipsa oratio, quae nescio quid habet insolentius ac durius, videntur sententiae grammatici seduli operâ aliorum scripta compilantis potius congestae quam ex Herodoti ingenio prolatae. Sed cum in hisce Herodoti libris haud pauca exstent menda, quae libros nobis servatos antiquitate praevertant, h. quoque loco certi quid constituere valde lubricum atque anceps.

ʽΗΡΟΔΟΤΟΥ ʽΙΣΤΟΡΙΩΝ ʼΕΝΑΤΗ.

COMMENTATIO

DE

VITA ET SCRIPTIS HERODOTI.

Prooemium.

De Herodoti Vita et scriptis praeter *Bouhierum* (*Io. Bouhier.* Recherches et Dissertations sur Herodote Dijon 1746. 4) et *Petr. Wesselingium* in Dissertatione Herodotea, quae prodiit Ultraiect. 1758, 8. potissimum consulantur:

> *Fabric.* Bibliothec. Graec. Lib. II, cap. XX, V. II p. 327 ed. quart. — *Larcher.*: La Vie d'Herodote, in primo Tomo Gallic. versionis. — *Fr. Creuzer.*: Die historische Kunst der Griechen in ihrer Entstehung und Fortbildung. Leipzig. 1803. — *D. Schulz.*: Dissertat. De Herodoti Vita (in edit. Herodot.) — *F. C. Dahlmann.*: Herodot. Aus seinem Buche sein Leben. Altona. 1823. 8. (Etiam sub titulo: Forschungen auf dem Gebiete der Geschichte II. Band. I. Abtheil.) — *C. G. L. Heyse:* De Herodoti Vita et Itineribus. Dissertat. inaugural. etc. Berol. 1826. 8. — *H. Ferd. Iaeger.;* Disputationes Herodoteae duae etc. Gotting. 1828. 8. — *G. Bötticher.:* De θείῳ Herodoteo s. de Herodoti in componendis rerum monumentis pietate. Berolin. 1830. 4. — *K. Hoffmeister.*: Sittlich-religiöse Lebensansicht des Herodotus, Essen 1832. 8. (Etiam sub titulo: Beiträge zur wissenschaftlichen Kenntniss des Geistes der Alten, zweites Bändchen.) — *Albert. de Iongh.:* Disquisitio de Herodoti philosophia. Traiect. ad Rhen. 1833. 8. — *F. Hand* in Encyclopaed. Erschii et Gruber. Ser. II, Vol. VI p. 308 seqq.

Alia Herodotum illustrantia scripta aut suis quaeque locis indicavimus aut infra §. 18 huius Commentat. enumeravimus. Quae

vero in hac nostra Commentatione tractantur, indicabit hicce singull. capp. index:

§. 1. De tempore et nomine Herodoti.
§. 2. De patria Herodoti, parentibus, cognatis.
§. 3. De educatione et institutione Herodoti eiusque commoratione in Sami insula.
§. 4. De recitatione operis Olympiae aliisque locis habita.
§. 5. De discessu Herodoti e Graecia in Italiam, Thuriorum in urbem.
§. 6. Quo usque Herodotus vixerit. De Herodoti imaginibus.
§. 7. De itineribus Herodoti.
§. 8. De fontibus historiae Herodoteae. De Hecataeo Milesio.
§. 9. Continuatur in eodem argumento. Quid sophistis ac philosophis Herodotus debeat.
§. 10. Continuatur in eodem argumento. Artis criticae initia apud Herodotum, qui verum dicere num voluerit atque potuerit, quaeritur.
§. 11. De ambitu operis Herodotei.
§. 12. De Herodoti consilio in historia scribenda et Homeri imitatione. Herodoti sententia de deo divinisque rebus, de fato, de divina iustitia et providentia, de oraculis et denique de rebus publicis.
§. 13. De inscriptione operis Herodotei.
§. 14. De Herodoti sermone et dialecto Ionica.
§. 15. De indole orationis Herodoteae eiusque virtutibus.
§. 16. De laudatoribus Herodoti, eiusdemque detrectatoribus. De glossis.
§. 17. De codicibus Herodoti.
§. 18. De editionibus Herodoti aliisque subsidiis.

§. 1.

Exordiamur locis classicis Suidae et Auli Gellii. Quorum ille sic habet (II p. 76 Kuster. s T. I p. 1697 Gaisf.):

Ἡρόδοτος, Λύξου καὶ Δρυοῦς, Ἁλικαρνασσεὺς, τῶν ἐπιφανῶν καὶ ἀδελφὸν ἐσχηκὼς Θεόδωρον, μετέστη δ' ἐν Σάμῳ διὰ Λύγδαμιν, τὸν ἀπὸ Ἀρτεμισίας τρίτον τύραννον γενόμενον Ἁλικαρνασσοῦ. Πισίνδηλις γὰρ ἦν υἱὸς Ἀρτεμισίας· τοῦ δὲ Πισινδήλιδος Λύγδαμις. Ἐν οὖν τῇ Σάμῳ καὶ τὴν Ἰάδα ἠσκήθη διάλεκτον καὶ ἔγραψεν ἱστορίαν ἐν βιβλίοις θ' ἀρξάμενος ἀπὸ Κύρου τοῦ Πέρσου καὶ Κανδαύλου τοῦ Λυδῶν βασιλέως· Ἐλθὼν δὲ εἰς Ἁλικαρνασσὸν καὶ τὸν τύραννον ἐξελάσας, ἐπειδὴ ὕστερον εἶδεν ἑαυτὸν φθονούμενον ὑπὸ τῶν πολιτῶν, εἰς τὸ Θούριον ἀποικιζόμενον ὑπὸ Ἀθηναίων, ἐθελοντὴς ἦλθε· κἀκεῖ τελευτήσας ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς τέθαπται. Τινὲς δὲ ἐν Πέλλῃ αὐτὸν τελευτῆσαί φασιν. Ἐπιγράφονται δὲ οἱ λόγοι αὐτοῦ Μοῦσαι.

Quae sequuntur reliqua, ad nostram rem minus spectant.

Alter locus Gellii est in Noctt. Att. XV, 23 sic scribentis:

> „Hellanicus, Herodotus, Thucydides, historiae scriptores, in iisdem temporibus fere laude ingenti floruerunt et non nimis longe distantibus fuerunt aetatibus. Nam Hellanicus in initio belli Peloponnesiaci fuisse quinque et sexaginta annos natus videtur, *Herodotus tres et quinquaginta*, Thucydides quadraginta. Scriptum hoc in libro XI Pamphilae.“ *)

Unde consequens est, bellum Peloponnesiacum ortum cum sit Olymp. LXXXVII, 1 sive 431 a. Chr. n., Herodotum fuisse natum Olymp. LXXIV, 1 sive 484 a. Chr. n. sex igitur annis post pugnam Marathoniam et quatuor annis ante Xerxis expeditionem in Graeciam pugnamque Salaminiam; ita ut, qui puer bella Persica videre vix potuit, eos tamen, qui his bellis interfuerant, cognoscere potuerit; cuius rei indicium praebere videtur sermo cum Thersandro Orchome-

---

*) Quae mulier docta, Neronis aequalis, historiarum libros XXXIII scripsisse et Ctesiae Persica in epitomen redegisse fertur. Cf. Suidas T. III p. 14 Kust. Phot. Cod. CLXXV. Schöll. Hist. litt. Graec. II p. 380. Sed Pamphilae, ut monet *Creuzerus*, in nonnullis refragaturus erat Krüger. Vid. ad Clinton Fast. Hellen. I p. 23 coll. p. 29.

nio habitus IX, 16. Et congruunt cum hac temporum notatione testimonia Dionysii Halicarnassensis, qui in Iudic. de Thucydid. 5 p. 820 Reisk. sic scribit: *ὁ δ' Ἁλικαρνασσεὺς Ἡρόδοτος γενόμενος ὀλίγῳ πρότερον τῶν Περσικῶν, παρεκτείνας δὲ μέχρι τῶν Πελοποννησιακῶν*, et Diodori Siculi II, 32, ubi haec leguntur: *Ἡρόδοτος κατὰ Ξέρξην γεγονὼς τοῖς χρόνοις*. Itaque non audiendus est Eusebius, qui in Chronic. ad Olymp. LXXVIII (pag. 168) haec scripsit: *Ἡρόδοτος Ἁλικαρνασσεὺς ἱστοριογράφος ἐγνωρίζετο*, neque Tzetzes, qui Euripide minorem facit Herodotum. (Cf. Poppo Prolegg. ad Thucydid. I p. 321). Aliorum commenta lubens transeo.

Ipsum nomen scriptoris omni dubitatione exemtum videtur, quippe quod in omnibus quantum scio libris scriptis pariter scriptum invenitur *Ἡρόδοτος* idemque etiam nomen aliis Graeciae viris tribuitur ac probatur alius cuiusdam *Herodoti* commemoratione VIII, 132, haud inconsulto, uti videtur, factâ. Ab *Ἥρας* voce deductum nomen docet Etymologus Gudianus p. 248; *) ut sane *a Iunone datum* intelligas. Itaque non mirum crebrius hoc nomen reperiri per Graecorum scripta; in quibus amplius decem inveniuntur *Herodoti*: **)

1. *Herodotus*, Asopodori filius, quem Pindarus celebrat Isthmm. I.
2. *Herodotus*, Democriti frater, teste Suidâ s. v. *Δημοκρ.* T. I p. 542 coll. Aelian. V. H. IV, 20 ibique Perizon. p. 288.
3. *Herodotus* philosophus, apud Diogen. Laert. X, 3 §. 4 coll. IX, 7 §. 34.
4. *Herodotus* Sexti Empirici magister, Ariei filius, de quo idem Suidas s. v. *Σέξτος* T. III p. 299 seqq. Diogen. Laert. IX, 12, 7 (116). Sunt qui eundem esse putent atque *Herodotum* medicum, quem Galenus citat T. V p. 472 in Sext. Epidem. II, 42 coll. Method. Therap. 7 T. IV p. 109 et de bono et malo succo pag. 355, cui eidem vel Galeni quaedam scripta tribuunt. Et *Herodoti* medici, qui Hadriani tempore insigniter medicam artem exercuit, idem pluribus locis meminit Galenus T. II p. 50 coll. 13. 14. 32. 380. Hunc si *quinto* loco ponimus Herodotum,
6. erit *Herodotus* Olophyxo in Thracia oriundus, de quo Suidas s. v. *Ὀλόφυξις* (II p. 680) qui de Nymphis et sacrificiis scripsisse fertur.
7. *Herodotus* mimus Antiochi secundi aetate, de quo Athenaeus I, 34 p. 19 C. p. 72 Schweigh.

---

*) „*τὰ γὰρ παρὰ τὴν Ἥραν ὀνόματα εἰς ος σύνθετα διὰ τοῦ ο λέγεται, Ἡρόδοτος, Ἡροδικός.*"

**) Vid. Fabric. Bibl. Graec. Vol. II p. 347 et Hand. in Ersch. et Gruber. Encyclop. Ser. II. Vol. VI p. 394 seq.

8. *Herodotus*, Menandri Protectoris frater, qui sub Mauritio imperatore historiam inde ab Agathiae morte conscripsit, teste Suidà s. v. *Μένανδρ.* II p. 531 coll. Codin. De orig. Constant. (Corp. Byzant. T. XX p. 26) et Malel. Chronic. I p. 200. Wesseling. Diss. Herodot. p. 5.
9. *Herodotus*, qui Olympiae vicit teste Pausan. VI, 19.
10. *Herodotus* statuarius, Praxitelis ferme aequalis, Olyntho oriundus, apud Tatian. advers. Graecc. LIII, 54.

Quibus *undecimo* loco is addi potest *Herodotus*, cuius VIII, 132 mentionem fieri diximus. Ac denique etiam addunt *Herodotum*, scriptionis De Vita Homeri auctorem, de quo conf. infra §. 16.

Herodotum quendam grammaticum mihi videor cognoscere eum, contra quem Manetho scripsisse fertur librum ab Etymolog. s. v. *Λεοντοκόμος* p. 570, 23 laudatum; nisi mendum hoc in loco subsit, praesertim cum haud raro *Herodoti* nomen cum aliis similibus a librariis confusum esse videamus. Conf. Wesseling. Dissert. Herod. III p. 20 seq. IV p. 27 seqq. Hand. l. l. p. 380.

§. 2.

Patriam Herodotus ipse in operis prooemio indicat *Halicarnassum:* ad quam urbem spectant hi quoque loci I, 144. II, 178. VII, 99 seq., atque Strabonis testimonium XIV p. 656 s. 970 A. Illustribus parentibus natum esse disertis verbis tradit Suidas supra laudatus. Nec sane credibile est, eum, quem tanta itinera fecisse accepimus, ignobili loco natum aut exiguis opibus fuisse instructum. Pater Herodoti vocatur *Lyxes* *) a Suidà l. l., Luciano (De Dom. §. 20. T. VIII p. 107 ed. Bip.), et in epitaphio Herodoti, quod servavit Scholiasta Aristophan. ad Nub. 331 et Stephanus Byzantinus s. v. *Θούριος*. Unde Tzetzem corrigendum esse patet, qui Herodotum *Oxyli* (τοῦ Ὀξύλου) reddit filium Chil. I, 19. Matrem Suidas l. l. vocat *Dryo*, quam quod alio loco (s. v. *Πανύασις* T. III p. 22) appellat *Rhoeo* (Ῥοιώ), id ex corruptela fluxisse videtur. Praeterea *Theodorum* fratrem affert Suidas l. l., cognatum *Panyasin*, epicum poetam celeberrimum: *Πανύασις Πολυάρχου, Ἁλικαρνασσεὺς, τερατοσκόπος καὶ ποιητὴς ἐπῶν, ὃς σβεσθεῖσαν τὴν ποιητικὴν ἐπανήγαγε· Δοῦρις δὲ Διοκλέους τε παῖδα ἀνέγραψε καὶ Σάμιον, ὁμοίως δὲ καὶ Ἡρόδοτος Θούριον· ἱστόρηται δὲ Πανύασις Ἡροδότου τοῦ ἱστορικοῦ ἐξάδελφος· γέγονε γὰρ Πανύασις Πολυάρχου, ὁ δὲ Ἡρόδοτος Λύξου, τοῦ Πολυάρχου ἀδελφοῦ· τινὲς δὲ οὐ Λύξην, ἀλλὰ Ῥοιὼ, τὴν μητέρα Ἡροδότου, Πανυάσιδος ἀδελφὴν ἱστόρησαν.* Ὁ δὲ

---

*) „An forte communi dialecto *Lyxas*? Conf. Gregor. Corinth. pag. 384 Schaef. Maittaire pag. 138 Schaef.“ *Creuzer.*

Πανύασις γέγονε κατὰ τὴν οή ὀλυμπιάδα· κατὰ δέ τινας πολλῷ πρεσβύτερος· γέγονε γὰρ ἐπὶ τῶν Περσικῶν· ἀνῃρέθη δὲ ὑπὸ Λυγδάμιδος τοῦ τρίτου τυραννήσαντος Ἁλικαρνασσοῦ. Qui vero Panyasis num patruelis aut amitinus fuerit Herodoti, ut Heyse (De Herodot. Vit. et Itinn. p. 15) contendit, an avunculus, ut Naekio (ad Choeril. fragmm. p. 18) placet, haud equidem dixerim. De Panyasi autem pluribus exposuit Heyse l. l. p. 13—19. Nullus praeterea Herodoti cognatus memoratur. Qui enim VIII, 132 memoratur *Herodotus*, Basilidae filius, Chius, cognatus num fuerit, dubium; namque nominis similitudo scriptorem movere potuit, ut huius potissimum mentionem faceret.

§. 3.

De educatione et institutione Herodoti nihil traditum accepimus. Homeri carminibus eximiam Illum dedisse operam vel inde colligi posse putat Iaeger. Disputt. Herodd. p. 5 quod tot Homeri sententiae in Herodoti Musis expressae occurrant, addo tot verba, tot locutiones inde depromptae, quin omnis orationis forma et indoles ad poeticum s. epicum sermonem adscendens ipsumque argumentum ad epici carminis rationem distributum et conformatum. Vid. infra §. 12. Ac praeterea adolescens lectitasse videtur Hecataei Milesii libros, per Ioniam Graeciamque tunc temporis valde propagatos et celebratos; *) unde iuvenilem scriptoris animum ad similia tentanda incensum fuisse haud improbabilis eiusdem Iaegeri est coniectura l. l. p. 6. Logographorum scripta Herodotum novisse cum Creuzero **) statuas licet; et potuit sane Panyasis, vir aetate provectior idemque et eruditissimus et celebratissimus, iuvenis animum ad literas tractandas erigere et ad altiora studia promovere. Hoc modo maturius in adolescentis animo illud consilium historiae scribundae orbisque terrarum in hunc finem peragrandi oriri potuit, quod postea tot annorum decursu tam eximie Illum exsecutum esse videmus.

Halicarnasso Samum migrasse Herodotum ob Lygdamidis tyrannidem inque Samo Ionicam dialectum ***) edoctum historias conscripsisse indeque Halicarnassi in urbem regressum, quum tyranno eiecto a civibus invidiâ pressum se videret, Thurios hinc discessisse †)

---

*) Conf. Creuzer. in historicc. antiquiss. fragmm. p. 16.

**) ibid. p. 95 seq.

***) Vid. infra §. 14.

†) Hinc Wesseling. in Praefat. p. 3, quem sequitur Larcherus, statuit a Samo profectum Herodotum itinera suscepisse; e quibus reversum cives suos ad patriam Halicarnassi liberandam adiuvisse. Res incerta ac dubia.

Suidas refert l. supra l. vera, ut videtur, falsis commiscens, nulla etiam addita temporum annique, quo singula haec acciderint, notatione. Quod vero idem Suidas *) de commercio Herodoti cum Choerilo poetâ tradit, temporum rationes ita repugnant, ut cum Choerilum octo certe aut decem, adeoque pluribus annis Herodoto maiorem fuisse constet, minime discipulus Herodoti eiusque auditor et amasius haberi possit. Vid. Naeke ad Choerili fragmm. p. 19. 20. Commigratio Herodoti sive expulsio ex Halicarnassi urbe ob Lygdamidem tyrannum Iaegero l. l. p. 7 opportune videtur cohaerere cum Panyasidis cognati calamitate, si quidem hic a Lygdamide tyranno interfectus est teste Suidâ l. supra l. Et habet sane hoc quandam veri speciem. Quod vero idem Iaeger. l. l. p. 20. 21 contendit Herodotum perfectis longis itineribus in Samum, ubi iam antea, Halicarnasso ob Lygdamidis tyrannidem relicta, domicilium fixerat, reversum historiae scribundae operam ibi dedisse, occupatum in consignandis et digerendis iis, quae in itineribus sibi antea collegisset, praesertim Aegypti in rebus, qua in terra non longe ante fuerit commoratus; obstare videtur temporum ratio, quae in aliam nos deduxit sententiam. Vid. infra §. 7.

§. 4.

Cursum vitae Herodoteae persequentibus magna obiicitur difficultas ex illa, quam Olympiae habuisse fertur, operis recitatione; cuius primarium habemus testem Lucianum, loco maxime memorabili, quem integrum huc adscribere iuvat (Herod. s. Aet. §. 1. 2. Tom. IV p. 116 seqq. ed. Bipont.):

Πλεύσας γὰρ (sc. Herodotus) *οἴκοθεν ἐκ τῆς Καρίας εὐθὺ τῆς Ἑλλάδος, ἐσκοπεῖτο πρὸς ἑαυτὸν, ὅπως ἂν τάχιστα καὶ ἀπραγμονέστατα ἐπίσημος καὶ περιβόητος γένοιτο καὶ αὐτὸς καὶ τὰ συγγραμμάτια· τὸ μὲν οὖν περινοστοῦντα νῦν μὲν Ἀθηναίοις, νῦν δὲ Κορινθίοις ἀναγιγνώσκειν ἢ Ἀργείοις ἢ Λακεδαιμονίοις ἐν τῷ μέρει, ἐργῶδες καὶ μακρὸν ἡγεῖτο εἶναι καὶ τριβὴν οὐ μικρὰν ἐν τῷ τοιούτῳ ἔσεσθαι· οὐκοῦν ἠξίου διασπᾶν τὸ πρᾶγμα, οὐδὲ κατὰ διαίρεσιν, οὕτω κατ᾽ ὀλίγον ἀγείρων καὶ συλλέγων τὴν γνῶσιν· ἐπεβούλευε δὲ, εἰ δυνατὸν εἴη, ἀθρόους που λαβεῖν τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας· ἐνίσταται οὖν Ὀλύμπια τὰ μεγάλα καὶ ὁ Ἡρόδοτος τοῦτ᾽ ἐκεῖνο ἥκειν οἱ νομίσας τὸν καιρὸν, οὗ μάλιστα ἐγλίχετο, πλήθουσαν τηρήσας τὴν πανήγυριν, ἁπανταχόθεν ἤδη τῶν ἀρίστων συνειλεγμένων, παρελθὼν ἐς τὸν ὀπισθόδομον οὐ*

*) s. v. T. III p. 695: *φυγεῖν* (sc. Choerilum) *τε ἐκ Σάμου καὶ Ἡροδότῳ τῷ ἱστορικῷ παρεδρεύσαντα, λόγων ἐρασθῆναι· οὗτινος αὐτὸν καὶ παιδικὰ γεγονέναι φασίν.*

θεατὴν ἀλλ' ἀγωνιστὴν Ὀλυμπίων παρεῖχεν ἑαυτὸν, ᾄδων τὰς ἱστορίας καὶ κηλῶν τοὺς παρόντας, ἄχρι τοῦ καὶ Μούσας κληθῆναι τὰς βίβλους αὐτοῦ, ἐννέα καὶ αὐτὰς οὔσας. Ἤδη οὖν ἅπαντες αὐτὸν ᾔδεσαν πολὺ μᾶλλον ἢ τοὺς Ὀλυμπιονίκας αὐτούς· καὶ οὐκ ἔστιν ὅστις ἀνήκοος ἦν τοῦ Ἡροδότου ὀνόματος, οἱ μὲν αὐτοὶ ἀκούσαντες ἐν Ὀλυμπίᾳ, οἱ δὲ τῶν ἐκ τῆς πανηγύρεως ἡκόντων πυνθανόμενοι· καὶ εἴπου γε φανείη μόνον, ἐδείκνυτο ἂν τῷ δακτύλῳ· οὗτος ἐκεῖνος Ἡρόδοτός ἐστιν, ὁ τὰς μάχας Περσικὰς Ἰαστὶ συγγεγραφὼς, ὁ τὰς νίκας ἡμῶν ὑμνήσας. τοιαῦτ' ἐκεῖνος ἀπέλαυσε τῶν ἱστοριῶν, ἐν μιᾷ συνόδῳ πάνδημόν τινα κοινὴν ψῆφον τῆς Ἑλλάδος λαβὼν καὶ ἀνακηρυχθεὶς οὐχ ὑφ' ἑνὸς, μὰ Δία, κήρυκος, ἀλλ' ἐν ἁπάσῃ πόλει, ὅθεν ἕκαστος ἦν τῶν πανηγυριστῶν.

Addunt, huic recitationi Thucydidem puerum adfuisse eundemque ita commotum fuisse, ut lacrymas effuderit et historiae conscribundae consilium inde ceperit. Auctor est Suidas s. v. *Θουκυδίδης* T. II p. 199 A. et s. v. *ὀργᾶν* T. II p. 707. Marcellinus in Vita Thucydid. §. 54: *λέγεται δέ τι καὶ τοιοῦτον, ὥς ποτε τοῦ Ἡροδότου τὰς ἰδίας ἱστορίας ἐπιδεικνυμένου παρὼν τῇ ἀκροάσει Θουκυδίδης καὶ ἀκούσας ἐδάκρυσεν· ἔπειτα φασὶ τὸν Ἡρόδοτον τοῦτο θεασάμενον εἰπεῖν αὐτοῦ πρὸς τὸν πατέρα τὸν Ὄλορον· ὦ Ὄλορε, ὀργᾷ ἡ φύσις τοῦ υἱοῦ σου πρὸς μαθήματα.* Nec aliter fere Photius in Cod. LX fin. (p. 19 Bekk.) coll. Tzetz. l. supra l. Neque tamen ab his scriptoribus indicatur tempus recitationis; quam post itinera maximam certe partem confecta iustamque operis materiem inde collectam locum habuisse ponimus, ante Olymp. LXXXIV, 1 s. 444 a. Chr. n., quo scilicet anno Thurios cessisse fertur Herodotus; nisi eum Thuriis postea iterum occasione oblata in Graeciam revertisse ibique recitasse statuas: qua de re infra dicemus; quamquam illud haud congruere videtur, quod recitationis tempore Thucydides puer fuisse narratur; ut sane malim cum Heysio l. l. recitationis tempus referre ad Olymp. LXXXI s. 456 a. Chr. n.; quo quidem anno Thucydides annum agebat decimum quintum, Herodotus duodetricesimum aut, si Krügerum sequaris, in libro de vita Thucydidis p. 32, Thucydides annum decimum aut duodecimum: quo posito omnes difficultates e temporum ratione ortas tolli posse idem Krügerus arbitratur. Et vid. quoque Voemel. in programm. Quo anno Thurii sint conditi p. 9. Obiiciuntur his bina; alterum Plinii testimonium, H. N. XII, 4 s. 8, qui urbis Romae anno trecentesimo decimo Herodotum historiam suam Thuriis in Italia condidisse scribit, anno igitur 444 a. Chr. n. sive Olymp. LXXXIV, 1 quo ipso anno illum Thurios migrasse supra vidimus; alterum illud est, quod in Herodoti opere adhuc superstite plura inveniuntur tradita, quae post illam recitationem, si quidem ea reverâ illo, quo posuimus, anno habita est, acciderunt. Sic pugna Atheniensium cum

Edonis de fodinis aureis, quae memoratur IX, 75 incidit in annum 453 a. Chr. n. s. Olymp. LXXXI, 2. De Sitalce sermo est IV, 80: id quod probabiliter incidit in ann. 431 a. Chr. n. s. Olymp. LXXXVII, 1; de Thebanorum expeditione in Plataeas, quae accidit anno 431 a. Chn. n., VII, 233 (T. III p. 788), de Spartanorum legatis, quos Athenienses intercepere anno 430 a. Chr. n. Quae narrantur VI, 98, ea certe cadunt post annum 425 a. Chr. n. s. Olymp. LXXXVIII, 4; eoque etiam pertinent, quae IX, 73 de Decelea, III, 15 de Amyrtaeo et I, 130 de Medis, qui a Dario Notho defecerunt anno 408 a. Chr. s. Olymp. XCIII, 1. Plura Dahlmann. in libro, qui Herodotus inscribitur pag. 38—47 coll. Heyse l. l. p. 69, 74 seq.

Neque vero his eam, quam de recitationis tempore posui, sententiam convelli posse putem. Quod enim ad Plinium attinet Thuriis Herodotum opus suum *condidisse* (i. e. *composuisse, scripsisse*) *) dicentem, et ipse statuo Thuriis **) Herodotum opus dudum incoeptum et inchoatum denuo retractasse et in eam, quam adhuc habemus, redegisse formam, ne dicam absolvisse, si quidem vel sic imperfectum mansit illud, ***) neque in fine, neque in aliis partibus plane absolutum †), quum senem in elaborando, perficiendo, limando occupatum praematura mors oppressisse videatur, adeo ut vel fine careret liber, quem ulterius e scriptoris consilio spectasse haud male coniecit Dahlmann. l. l. p. 137. 217, qui idem recte statuit pag. 48 seq. senem fuisse Herodotum, quum Thuriis opus suum conderet. Nec male Iaeger. l. l. p. 16: „Libri scriptionem in ultimam vitae Herodoti partem incidere, clamat denique totus operis color, senilis ingenii indolem redolens. Iudicandi disserendique ratio, per totum librum obvia, ut de vitae humanae conditione rerumque humanarum cursu, hominis est multas experti variasque res.“ In Graecia magna Herodotum historias suas absolvisse probant etiam, quae ad IV,

---

*) Cf. Heyse l. l. p. 71.

**) Sic uti hoc utar, in Italia literis mandata esse apparet, quae leguntur IV, 46 coll. 15 not. IV, 99. V, 44 nott. Conf. Krüger. De Vit. Thucyd. p. 25.

***) Vid. nott. ad I, 206. VII, 213 coll. VIII, 104. 132. IX, 122. Conf. Dahlmann. p. 48. 217. Iaeger. l. l. p. 13.

†) Hinc sponte concidunt, quae olim tradebant de Herodoto, qui praeter libros Musarum titulis insignitos hodieque superstites alios quoque rerum *Assyriacarum* aut *Libycarum* (conf. II, 161 ibique nott.) libros conscripserit; qua de re olim tractarat Wesseling. in Dissert. Herod. I et II. Accedit, quod Herodoti nomen a librariis haud raro cum Herodori, aliorum nominibus similibus prave confundebatur (cf. §. 1) nec raro inde Herodoti sub nomine afferebantur sententiae, voces in Herodoti Musis minime obviae, quas ex aliis Herodoti scriptis depromptas esse opinabantur. Sed meliora iam docuit idem Wesseling. Diss. Herod. III.

95 coll. 99 et IX, 73 notavi. Ac Thuriis historiis suis addidisse atque inseruisse videtur ut multa alia *), ita potissimum ea, quae in hisce Musarum libris obvia ad seriorem aetatem pertinent **). Sed haec nihil obstant, quo minus quae iam antea in itineribus longinquis de Asia, de Persarum, Graecorum, aliorum rebus sibi collecta et parata habuerit ***) pater historiae, Olympiae praelegerit speciminis causa, antequam Thurios discessisset, Graecorum in notitiam quo veniret. Nam multum abest, ut opus, quale nunc exstat, illa solemni occasione, ab Herodoto totum recitatum fuisse putemus; partem operis Ille qualemcunque, sive λόγον, ut dicere solet, †) praelegit, Graecis monstraturus, quid de se ipso deque opere suo exspectandum esset, partem dico vel rerum Asiaticarum, ut Heysio placet l. l. p. 41, cui haud scio an recte in eo obloquatur Iaegerus l. l. p. 9, vel rerum Graecarum. Nam, quod recte contendit Krüger. l. l. p. 31, valde fit probabile, Herodotum iam Olymp. LXXXIII, 3 et LXXXIV, 1 tantum habuisse elaboratum, quantum ad praelectionem habendam sufficeret; nec prorsus inde reiiciendum Suidae testimonium, *Sami* historias suas Herodotum conscripsisse: modo ne totum quale nunc manibus terimus opus ibi elaboratum fuisse existimes; quamquam longius Nostrum hac in insula commoratum fuisse valde fit probabile. Vid. nott. ad III, 60. Hinc igitur, itineribus per Asiam, Africam, alias orbis terrarum partes factis, in Graeciam profectus, recitare Herodotus potuit Olympiae: quo loco istiusmodi recitationes fuisse habitas vel ea, quae Dahlm. l. l. p. 19 attulit, satis probant; affirmant recitationes, quas Herodotum Athenis, Corinthi et fortasse etiam Thebis habuisse tradunt. ††) Sed id hac in tota quaestione potissimum teneri velim, non totum, quale nunc exstat, opus ab Herodoto praelectum fuisse, sed partes tantum operis quasdam ante elaboratas; ut adeo totum opus recitatum si pronun-

---

*) Vid. verbi causa V, 27 ibique nott. coll. VII, 139. T. III p. 826.

**) In Bibl. Coisliniana cod. CLXXVII leges in Graecorum fuisse proverbio: *εἰς τὴν Ἡροδότου σκίαν, ἐπὶ τῶν μὴ τελεσιουργούντων ἃ προείλοντο*; nam Herodotus legere libros suos volens in Olympicis sole nimium splendente propositum ex penuria umbrae non exsecutus dicitur. Nostra hic non interest an revera partes publici lectoris susceperit nec ne, satis est, e proverbio patere aut totam aut maiorem certe historiarum partem ab Herodoto in Graecia iam absolutam fuisse, licet altera parte postea temporis ad finem perducta; sed quinam libri Thuriis seu scripti fuerint seu correcti et emendati, neminem facile definiturum puto.“ L. Lehnert. De foedere Ionico Disquiss. (Berolin. 1830) p. 55.

***) Conf. Krüger. l. l. p. 31.

†) Vid. infra §. 13.

††) Vid. Krüger. l. l. p. 23. 24.

tiat Lucianus l. supra l., rem pro more exornasse et ampliasse putandus sit; ex quo tamen minime id sequitur, omnem recitationis narrationem continuo pro falsa et ficticia esse habendam. *)

Quae quum ita sint, iis haudquaquam assentiri possum, qui illam narrationem de recitatione et de Thucydide puero praesente aeque reiici et pro fictâ haberi velint. De Thucydide primus dubitabat Heilmann. in Vit. Thucydidis, quam interpretationi vernaculae praefixit; itemque Poppo in Prolegg. ad Thucyd. I p. 335 s. p. 30 ed. Gervin. Nam ingenio Thucydidis, qui vulgi iudicii contemtorem se sistat nec ullam prodat Herodoteae historiae admirationem, haec repugnare autumant. Quos tamen cum satis refutavit Heyse l. l. p. 28 seq., equidem nihil amplius addere habeo. Nec melius, opinor, res successit Dahlmanno **), qui in libro supra laudato copiosa disputatione id efficere studuit, ut hanc traditionem de Herodoto opus suum praelegente omnem a Luciano, scriptore mendaci nec ulla fide digno, confictam esse putemus. Ac vel eo usque progreditur vir doctissimus, ut Graecos talis operis recitationem audire potuisse neget, quin taedium inde ceperint virique iuvenis reprehensionem Graecas res elevantis aegre tulerint! quum neminem sane fugiat, Herodoti historias non ad elevandam sed ad illustrandam Graeci nominis gloriam in rebus Persicis maxime conspicuam esse conscriptas. Nec firmiora esse quae alia attulit idem Dahlmannus argumenta, ostendit Heyse copiosa et accurata disputatione pag. 30—49, quam hic repetere non vacat. Ubi merito vir doctus Luciani suscepit patrocinium p. 38, quem eundem scriptorem hac in causa studiose tuentur Iacob in libro de scriptis et indole Luciani p. 134 seq. coll. C. Hermann. ad Lucian.: Quo modo histor. scr. p. 257 et potissimum Krüger. in Annall. Berolinenss. 1828 nr. 29 et in libro de Thucydidis Vit. pag. 12—21, qui etiam reliqua Dahlmanni fregit argumenta. Quin in ipsis Herodoti verbis III, 80 et VI, 43 Krüger. l. l. p. 23 vestigium cognosci posse putat, ex quo Herodotum ante opus finitum atque emissum singulas quasdam historiarum partes publice praelegisse suspiceris. Quod uti fieri potuisse minime nego, ex his tamen locis vix certo colligi posse iam dixi in not. T. III p. 281.

Huic vero recitationi Olympiae habitae alteram iungamus teste Plutarcho De malignit. Herod. cap. 26 p. 862 B. ***) atque Euse-

---

*) Vid. Heyse l. l. p. 27. Krüger l. l. p. 30.

**) pag. 12 seq. Dahlmanno, alios ut taceam, nuper accessit Iaeger. l. l. pag. 8—19 et vir doctus in Ephemeridd. Ienenss. 1828 nr. 187 pag. 51 seq.

***) Locum ipsum paulo obscuriorem adscribam integrum: ἀλλὰ τοῦτό γε (in proxime antecedentibus Herodotum ait Atheniensibus, quum omnium Graecorum res scribere professus sit, insigni modo prae ceteris studuisse)

bio in Chronicc. p. 169 sub Olymp. LXXXIII. 4. *) *Athenis* habitam et quidem, si vere prodit Eusebius, anno a. Chr. n. 445 s. Olymp. LXXXIII, 4, aut, quae Scaligeri (ad Euseb. l. l.) est opinio Herodotum magnorum Panathenaeorum solemnibus recitasse suspicantis, anno Olymp. LXXXIII, 3 s. 446 a. Chr. n., quamquam iudice Heyse p. 54 nihil certe obstat, quo minus recitationem Panathenaeorum minorum festo quotannis celebrari solito habitam esse existimemus: utroque enim in festo poetica et musica certamina locum habuisse constat. Vid. Heyse l. l. Quâ in recitatione Attica non aliter atque in Olympiaca eam operis partem, quam elaboratam atque paratam habuit scriptor, praelectam fuisse, utique videtur consentaneum: quae tamen fuerit ista pars, non magis habeo certo dicere quam Heyse, qui recte, opinor, sic statuit: „vel maxime consen„taneum videtur, eam potissimum partem hac occasione in lucem esse „protractam, quae Graeciae et ante omnes Atheniensium fortiter et glo„riose facta enarrabat: Persica dico bella. Quorum enarrationem „si audivisse statueris Athenienses, facile intelliges, cur non satis sibi „habuerint laudibus et plausu prosecutos esse auctorem, sed insuper „praemio eum donaverint. Praemium enim retulisse Herodotum „neque per se improbabile est, neque magnum virum dedecet, modo „ne corruptum sed ornatum hoc pretio eum putes.“ **) Et hinc fortasse originem ista cepit fama, quâ in historia Atheniensibus nimis favisse, Spartanis infensum fuisse Herodotum clamabant, partium scil. studio abductum. Quae quam inanis sit criminatio atque futilis, satis docebunt ad VI, 108. VII, 102. VIII, 2. 139. IX, 21 notata. Quae vero Dio Chrysostomus tradit in Orat. XXXVII T. II p. 103, tractata a nobis in nott. ad VIII, 94, ea, si quid veri subest, id unum, opinor, docent, Herodotum eodem modo, quo Olympiae atque Athenis, *Corinthi* quoque historiarum partem, quo Graecis innotesceret opus suum, praelegisse. Conf. Heyse l. l. pag. 58 seq. Quin *Thebis* quoque Nostrum recitasse suspiceris e Plutarchi loco De Herod. malignit. cap. 31, nisi haec tota narratio a posterioris aetatis

---

βοηθεῖ τῷ Ἡροδότῳ πρὸς ἐκείνην τὴν διαβολὴν, ἣν ἔχει κολακεύσας τοὺς Ἀθηναίους, ἀργύριον πολὺ λαβεῖν παρ' αὐτῶν· εἰ γὰρ ἀνέγνω ταῦτ' Ἀθηναίοις, οὐκ ἂν εἴασαν οὐδὲ περιεῖδον, ἐνάτῃ τὸν Φιλιππίδην παρακαλοῦντα Λακεδαιμονίους ἐπὶ τὴν μάχην ἐκ τῆς μάχης γεγενημένον καὶ ταῦτα, δευτεραῖον εἰς Σπάρτην ἐξ Ἀθηνῶν (ὥς αὐτός φησιν) ἀπιγμένον· εἰ μὴ μετὰ τὸ νικῆσαι τοὺς πολεμίους Ἀθηναῖοι μετεπέμποντο τοὺς συμμάχους· ὅτι μέντοι δέκα τάλαντα δωρεὰν ἔλαβεν ἐξ Ἀθηνῶν, Ἀνύτου τὸ ψήφισμα γράψαντος, ἀνὴρ Ἀθηναῖος οὐ τῶν παρημελημένων ἐν ἱστορίᾳ Δίυλλος εἴρηκεν.

*) Ubi haec legimus: *Ἡρόδοτος ἐτιμήθη παρὰ τῶν Ἀθηναίων βουλῆς ἐπαναγνοὺς αὐτοῖς τὰς βίβλους.*

**) Vid. l. l. p. 56.

grammatico malevolo ficta est, quam usquequaque veram esse vix mihi persuadere possum. Conf. Heyse p. 60 seq.

§. 5.

Si igitur anno 456 a. Chr. n. s. Olymp. LXXXI, 1 Olympiae et anno 446 s. 445 (Olymp. LXXXIII, 3 s. 4) Athenis recitavit Herodotus, illum hoc tempore in Graecia ipsa commoratum fuisse oportet, reversum ex itineribus longinquis. Neque vero uno Athenarum loco illum commoratum esse credibile fit, sed reliquas etiam Graeciae partes peragrasse videtur historiae perficiundae causa, usque ad annum 444 a. Chr. n. s. Olymp. LXXXIV, 1: quo ipso anno*) coloniae Athenis Thurios deductae Herodotum se addidisse Suidas refert; quocum faciunt hac in re Strabo XIV p. 656 s. 970 *A*. Plutarch. De exsil. cp. 13 coll. Herodoti epitaphio apud schol. ad Aristophan. Nubb. 331. Quae causae Nostrum impulerint, ut Graeciâ relicta in Italiam discederet, nemo facile dixerit; in tumuli inscriptione hoc nescio unde traditum legimus:

Δωριέων πάτρης βλαστόντ' ἄπο, τῶν ἄρ' ἄπλητον
Μῶμον ὑπεκπροφυγὼν Θούριον ἔσχε πάτρην **)

quamquam accuratiora desunt. Minus vero ad temporum rationes recte constituendas hoc congruere videtur, quod Sophocles, quinquaginta annos natus, anno igitur 440 a. Chr. n. s. Olymp. LXXXV, 1 (si quidem natus est hic poeta Olymp. LXXI, 2 s. 495 a. Chr. n.***) carmen Herodoto composuisse fertur, †) teste Plutarcho An seni ger. resp. cap. 3; quod si verum est, illud quoque verum esse debet,

---

*) Malim sequi hanc rationem, Plinii (H. N. XII, 4, 8) auctoritate munitam, quam alteram, quae Thurios auctore Diodoro (XII, 10) conditos ponit anno 446 a. Chr. n. s. Olymp. LXXXIII, 3. Vid. Heys. l. l. p. 64. 65 et, qui rem confecit, Voemelius in programmate supra laud. pag. 5. 6. De ipsis Thuriis conditis enarrat Diodor. XII, 9 seqq. coll. Strabo VI p. 263 s. 404 B. Schol. ad Aristoph. Nubb. 331.

**) Vid. Schol. ad Aristoph. Nubb. 331, ibique cf. Hermann. p. 265 ed. sec. Steph. Byz. s. v. *Θούριος* p. 311.

***) Sic certe vulgo ponunt, probante Lessingio, Boeckhio, aliis. Cf. Heyse l. l. p. 67. At nuper contendit C. G. Lange in Commentat. de Sophocl. Vit. cap. 3 pag. 10 — 14. Sophocl. Olymp. LXX, 4 natum esse.

†) Boeckh. in Commentt. societ. reg. Berolin. 1824 p. 59 seq. coll. Jaeger. l. l. p. 22 seq. hoc refert ad ann. Olymp. LXXXIV, 4 s. 441 a. Chr. n.; quo scilicet anno Sophocles, dux contra Samios ab Atheniensibus constitutus cum Herodoto Sami vivente et historias scribente familiaritatem contraxerit, ita ut hoc eodem anno Herodotum cum Sophocle una Athenas adiisse putemus, longioris obsidionis, quae insecuta est, molestias evitaturum. At, si quid video, longe antea Athenas iam Noster inviserat.

tempore hoc Herodotum Athenis fuisse, unde quatuor ante annis (444 a. Chr. n.) Thurios illum discessisse colonum modo posuimus! Sed haec quaestio coniuncta est cum altera de Sophocle Herodotei operis haud paucas sententias, dictiones, locutiones in suas transferente fabulas et Herodoteum dicendi genus imitante. De quo vide modo nott. ad I, 1. III, 119. Excurs. T. II p. 656 seq., quibus add. allata in libro, qui inscribitur, Zeitung f. d. elegant. Welt 1832 nr. 104 p. 825. Qui enim maxime huc spectat Antigonae locus 905, quem ex Herodoteo loco III, 119 ductum volunt, is scriptus utique esse debet post hanc Herodotei libri partem publice emissam aut alio quo modo aequalibus cognitam. Acta enim est Antigona anno 441 a. Chr. n. s. Olymp. LXXXIV, 4 tribus igitur post Herodoti discessum annis. Sed gravior in hac quaestione obiicitur alter Herodoti locus V, 77, unde historiae patrem certe post annum 437 a. Chr. n. s. Olymp. LXXXV, 4. Athenis fuisse colligas. Quae cum ita sint et Heyse l. l. p. 68 et Iaeger. p. 27 Herodotum primis colonis, qui Thurios anno 444 a. Chr. n. discesserunt, accenseri posse negantes, aliquot post annis in coloniam iam conditam illum se recepisse ponunt: ut iam non quadragenarius sed quinquagenarius ferme illuc abiisse putandus sit. Sed, alia ut taceam, diserta Plinii et Strabonis testimonia supra allata prorsus refragantur, bene monente quoque Voemelio l. l. p. 7. 8. Itaque malim statuere cum C. Hermanno meo,*) Herodotum, qui anno 444 a. Chr. n. Thurios utique cesserat colonus, postea iterum in Graeciam revertisse eaque occasione Athenas visisse: quod idem Lysiam fecisse accepimus. Quin posteaquam Thurii ab Atheniensibus descivissent anno 412 a. Chr. n. s. Olymp. XCII, 1 et Lysias aliique Athenienses solo cedere coacti essent, haud credibile est, Thuriis remansisse Herodotum; quem si Athenas regressum ponimus, licebit quoque cum Hermanno recitationem Atticam in hoc tempus, ubi historiarum opus maximam certe partem absolutum fuit, detrudere. Et tum quoque de Decelea quae narrantur IX, 73 oculis potius quam auribus a sene percipi potuerunt. **) Itaque verissimum duco, quod Hermannus posuit T. II p. 661, hic quoque repetenda: „illud constare arbitror, eas operis partes, quae Graeciae res Atheniensiumque laudes continent, serius quam vulgo credatur, et compositas ab illo et recitatas Athenis esse; priores libros, quibus itinerum suorum memoriam exterarumque nationum mores atque res gestas consignavit, minime repugnabo, si quis, collectis omnibus, quae veri similia esse supra indicavi, iam ante Thuriorum

*) Vid. supra T. II p. 658.

**) Amphipolin, quae anno 437 a. Chr. condita est, Noster ignorasse videtur; nulla quippe notitia huius coloniae ad Herodotum in Italia commorantem devenisse videtur. Cf. VII, 114.

coloniam deductam et scriptos et per recitationes Graecis innotuisse censuerit, modo ne eandem, quâ nunc leguntur, formam iam tum habuisse contendat. Neque Olympiae recitasse negem eum, quem et Corinthiis et Thebanis historias suas venditasse legamus; quod tamen si iam Olymp. LXXXI factum est, parvam tantum totius operis partem comprehendere potuisse recte Heysius intellexit, cui quae Iaegerus nuper opposuit (p. 12): non nisi reliquis itineribus confectis magnâque rerum copiâ collectâ totam operis rationem, unde singula pendeant, Herodoti animo designari potuisse; quum ad formam tantum operis spectent, rerum ipsarum recitationem non convellunt."

§. 6.

Quae praeterea Herodoto acciderint et qualis fuerit vitae cursus, ex quo Thurios cesserat, plane ignoramus, cum nihil quidquam de his alibi traditum exstet et pauca tantum ex ipsius Herodoti scriptis coniecturâ potius assequi liceat. Qui quum occasione oblata nonnulla tradat, quae ad seriora pertineant tempora, inde consequitur, eo usque illum extendisse vitam. Itaque duo potissimum sunt loci, quibus probari posse putant Herodotum usque ad annum 408 a. Chr. n. s. Olymp. XCIII, 1 vitam perduxisse: III, 15 et I, 130: quos una cum aliis iam supra §. 4 attigimus. Neque vero praetermittendum, alterum locum I, 130 Krügero, ut iam in annotatione ad h. l. Tom. I p. 306 indicavi (ubi adde sis ab eodem Krügero disputata in libro de vita Thucydidis p. 26 seq. 29 seq.), posteriori aetate insertum videri, nisi ad priora Darii Hystaspis tempora referatur: de quo equidem valde dubito. Quin alterum quoque locum III, 15 (ad quem cf. nott. T. II p. 28. 29) huc afferri posse idem negat, quum qui ibi dicatur Amyrtaeus; diversus ille quidem ab Eusebiano Amyrtaeo, idem sit, qui quinquaginta ante annis cum Inaro Aegyptiis rebellibus praefuerit. Utut statuis, belli Peloponnesiaci mala et calamitates Herodotum vidisse probant VI, 98 coll. VII, 137 ibiq. nott. nec quidquam sane obstat, quominus ad finem huiusce belli usque Herodotum vixisse credamus; qui quo anno obierit, nuspiam traditur; nec magis traditum invenias, quid per illud temporis spatium, ex quo Thurios discessit, usque ad obitum gesserit; expletum certe credas licet tum historiarum opere in ordinem redigendo, perficiendo, limando, tum itineribus per Graeciam magnam Siciliamque, quin ipsam per Graeciam (si recte supra statuimus) factis. Nec desunt sane loci, quos in Italia conscriptos esse dubium vix est: IV, 46 coll 15. IV, 99. V, 44 ibique not. Et longius Nostrum Thuriis commoratum esse vel inde quis colligat, quod a quibusdam serioris aetatis scriptoribus*)

---

*) Sic Strabo XIV, 2 p. 656 s. 970 A. *Ἡρόδοτος ὃν ὕστερον Θούριον ἐκάλεσαν.* Add. Iuliani Epist. 22 init. Avien. or. marit. 49. Plutarch.

Thurius vocatur, ac si natalis hic esset locus vereque patrius; indeque etiam haud scio an explicandum sit, quod belli Peloponnesiaci, quod illa aetate quam maxime saeviit tantamque Graeciae rebus conversionem attulit, rarior in Musis Herodoteis mentio fiat. Thuriis mortuum inque foro sepultum esse Herodotum tradit Suidas loco supra allato: tumuli inscriptionem hancce offerunt Stephanus Byzant. s. v. *Θούριος* et Aristophanis Scholiasta ad Nubb. 331 (coll. Brunck. Analectt. Vol. III p. 263 epigr. 533):

Ἡρόδοτον Λύξεω κρύπτει κόνις ἥδε θανόντα,
Ἰάδος ἀρχαίης ἱστορίης πρύτανιν.
Δωριέων πάτρης βλαστόντ' ἄπο, τῶν ἄρ' ἄπλητον
Μῶμον ὑπεκπροφυγὼν Θούριον ἔσχε πάτρην.

Quod Marcellinus in Vit. Thucydid. §. 18 *) Athenis Herodoti memorat sepulcrum, id si verum est, neque *Herodoti* nomen, uti contendit Viscontius, male huc irrepsit, cum Fabricio, Wesselingio, Larchero, Heysio, qui ipse accuratius in haec inquisivit p. 80. 81, intelligendum de cenotaphio, quod viro de omni Graecia ac sigillatim de Atheniensibus, quos tantis laudibus exornaverit, meritissimo Athenienses publice posuerint. Quod vero Pellae in Macedonia Herodotum obiisse alii perhibebant, teste Suidâ l. l., id, nisi prorsus confictum esse putemus, non nisi hac ratione probabile reddi poterit, ut Herodotum cogitemus ad Archelaum, Macedoniae regem, quem doctos homines Athenis ad se invitasse novimus, tunc temporis profectum, fatis subito abreptum fuisse. Conf. C. Hermann. Tom. II pag. 661.

Uxoris, liberorumque aeque ac cognatorum Herodoti (si ab uno Panyasi discedas) nulla reperitur mentio. Tradit quidem Ptolemaeus Hephaestio, Herodotum secum habuisse amasium quendam Plesirrhoum, Thessalum genere eundemque opum haeredem, a quo etiam historiae editae fuerint, reliquisse; sed firmo argumento haec carere videntur. Vid. nott. T. I p. 4.

De Herodoti imaginibus post ea, quae Creuzerus dixit, initio huius operis p. 1 T. I plura afferre non habeo. Quae enim apud Gronovium exstant in Antiqq. Graecc. II tab. LXXI coll. Mus. Capitol. I tab. LXVII et Winckelmann. Hist. Art. IV (Opp. T. VI, 1 p. 30 et 2 p. 44), iis meliora edocuit Viscontius a Creuzero allatus l. l. Qui

---

De malign. Herod. 35 init. De exsilio cap. 13 fin. Plura Wesseling. Diss. Herod. p. 9. Heyse l. l. p. 70 seqq. Hand. l. l. p. 384.

*) Locus sic se habet: *πρὸς γὰρ ταῖς Μελιτίσι πύλαις καλουμέναις ἐστὶν ἐν Κοίλῃ τὰ καλούμενα Κιμώνια μνήματα, ἔνθα δείκνυται Ἡροδότου καὶ Θουκυδίδου τάφος;* ubi Viscontius (Iconograph. Grecq. I p. 315) mendum suspicans vocem *Ἡροδότου* e textu tolli vult.

idem Creuzerus nunc haec adiicit: „Est etiam protome marmorea in museo Comitum de Erlach, quam Herodoti esse dicunt, nec Viscontio neque cuiquam, quod sciam, memorata; cuius ectypam e gypso imaginem Francisci Comitis τοῦ μακαρίτου munificentiae acceptam referimus.“

§. 7.

Vel ex iis, quae ante disputata sunt, bene intelligitur non uno eodemque tenore Herodotum sua absolvisse itinera nec certum constare ordinem, quo illa perfecerit. Id unum iure quodam nobis sumere posse videmur, illum antequam Olympiae recitasset Thuriosque abiisset, peragratam habuisse et Asiam et Africam et, quod mihi certe est veri simillimum, plerasque etiam ipsius Graeciae partes; a Thuriis inde Eum per Italiam inferiorem, Siciliam, et forsitan etiam iterum per ipsam Graeciam instituisse itinera, indefessum et in suo opere perficiendo totum occupatum. Sed plura et accuratiora de his itineribus afferre vixdum licebit. Neque enim is est Herodotus, qui de se ipse suisque itineribus nos accuratius et consulto edoceat: immo non nisi coactus fere de his loquitur, ubi scilicet testibus aliquid probandum, aut mirae atque insolitae rei fides facienda erat legentibus, aut incredibilium rerum in narratione suum ipsius utpote suis haec oculis inspicientis auribusve accipientis testimonium erat adponendum. Itaque nec de tempore, *) nec de ordine, quo singulas illas instituerit peregrinationes, nec de ratione, quâ illas fecerit, cum certi quid constitui possit, id unum restat, ut regiones et loca indicemus, ad quae pervenisse Nostrum ex ipso opere superstite certo colligi possit. Qua in re cum post alios viros doctos **) laudabilem operam collocarit Heyse l. l. cap. V p. 84 seqq. eo breviores esse poterimus. De peregrinandi modo si quaeras, valde probabile fit, mercatoribus peregrinantibus se patrem historiae adiunxisse socium; ***) quo enim alio modo illâ praesertim aetate ad Asiae plagas interiores, ad Aegyptum, ut has potissimum nominem regiones, penetrare multosque alios aliarum terrarum homines mercaturae causa illuc confluentes cognoscere ac sciscitari potuisset?

---

*) In Artaxerxis aetatem, qui Xerxis filius huic ipsi successit, Herodoti itinera reiicit Dahlmann. l. l. p. 54. Nos illud modo affirmare audemus, itinera ab Herodoto per Asiam et Africam facta cadere ante recitationem Olympiacam. Vid. supra §. 4.

**) Ukert. Geogr. Graecc. et Romm. I, 1 p. 71 seqq. Dahlmann. l. l. p. 53 seqq.

***) Hinc ipse pater historiae talia mercatorum itinera descripsisse videtur; vid. V, 52 ibique nott.

Exordiamur a patria Herodoti terra *Caria*, quam aeque ac *Ioniam* atque *Aeolidem* a scriptore peragratam fuisse ut ipsa suadet res, ita certis probatur testibus. Tu conf. modo de *Caria* et de *Doriensium pentapoli* I, 141, 144. 174 coll. 171 et 172; de *Rhodi* insula; quam adiit II, 182 coll. III, 47. De *Ioniâ* insignis locus exstat I, 142 coll. VI, 14; de *Mileto* I. 21 ibique nott. coll. 137; de *Mycale* et *Panionio* I, 148 coll. IX, 97; de *Epheso* Ephesioque agro I, 26. 92 nott. II, 148 coll. II, 10. 106; de *Phocaea* I, 163; de *Samo* dixi in nott. ad III, 60 coll. VI, 14. Quo eodem pertinent, bene notante Heyse *) hi quoque loci: II, 148. 182. III, 47. 54. 60. 123, 142. IV, 88. 152. VI, 14 coll. I, 70. De *Aeolia* conf. I, 149, **) de *Lesbiis* I, 23. 24 coll. IV, 61. In *Troadem* excurrisse Herodotum quamquam vix dubium, certa tamen desunt testimonia, nisi quod aliquoties Troiani agri fit mentio. Ac *Sigeum* promontorium, quod proxime Troadem esse nemo nescit, Ipsum inspexisse, e loco IV, 38 coll. V, 65 quodammodo colligas; neque incognitam ipsi regionem fuisse, indicare videtur alter locus II, 10. *Lydiam* Nostrum visisse plura evincunt testimonia I, 93 ibique nott. I, 94. IV, 45; de *Sardium* urbe loquitur I, 80. 84. III, 5; de *Maeandro* Maeandrique campis pluribus locis, quos citavimus ad I, 18, ubi vid. potissimum II, 10. 29 add. VII, 26. Nec *Mysiae* cognitione Herodotum caruisse, ex accurata descriptione itineris a Xerxe Sardibus Abydum facti (VII, 42 seqq.) merito concludit Heyse l. l. p. 90 afferens quoque hosce locos II, 10 (de *Ilio* et *Teuthrania*), IV, 14. 15 de *Cyzico* et *Proconneso*, cuius incolae laudantur testes eorum, quae de Aristeâ retulit, I, 57 de *Placia* et *Scylace*. *Thraces Bithynos* Noster visit, ut ex VII, 75 apparet itemque omnem meridionalem Ponti Euxini tractum usque ad *Thermodontem*, de quo II, 104 coll. IV, 86, ubi *Themiscyrae* mentio et II, 34, ubi *Sinope* affertur. Nec iniuria suspiceris, ad *Halyn* usque (de quo fluvio conf. I, 72. VII, 26. V, 52) Herodotum pervenisse, si quidem omnem dixeris Asiam minorem eâ via, quâ mercatores coniuncti peregrinari solent Sardibus Susa tendentes, Illum permeasse, ob accuratam huius itineris descriptionem V, 52 coll. VII, 26. 30. Tum quoque *Lycios*, de quibus vid. I, 176, adiisse videtur, itemque *Cretam* insulam, de qua conf. I, 171. VII, 171. III, 59 et *Cyprum*, de quâ insula vid. I, 105. 199. V, 114. VII, 90.

E Cypro vel ex Aegypto traiecit ad *Phoenices*, quos aliquoties citat testes et auctores; II, 104. VII, 89. I, 2. 5. III, 37 coll. II, 79 et inprimis II, 44, ubi Tyrum se navi venisse declarat, coll. II, 106

---

*) l. l. p. 88.

**) Quem huc quoque trahere vult Heyse l. l. p. 89 locum III, 55 de *Pitana*, eum alio spectare, in nott. ad h. l. iam monui.

et, qui eodem spectant loci, I, 105. II, 157. Ex illo loco II, 106. *Palaestinam* quoque Herodotum adiisse apparet, sed, ut mea fert sententia, non nisi eius tractum maritimum, quem permeans de *Cadyti* urbe quae refert II, 159 et III, 5, audivisse videtur. Tu vid. nott. T. I p. 922 seq. Nam ad interiores Hebraeorum terrae regiones Illum penetrasse negem; plura de gente maxime memorabili sed peregrinos aditu prohibente sine dubio retulisset, si eo usque pervenisset. Cf. nott. ad II, 104. 106. Quae de *Arabia* scripsit III, 107 e mercatoribus, qui inde in Aegyptum aliave loca venerant, eum accepisse putem; nam collocutum cum hisce Nostrum docent hi loci III, 108. 111 in. II, 75.

In *Aegyptum* quâ viâ venerit et qua ex regione, haud liquet. Pedestri itinere e Palaestina per regiones Arabiae desertas, e loco III, 5, ubi hoc ipsum iter describit, coll. III, 8 quis colligat; navi e Graecia aut e Phoenicia, cum quâ utrâque frequens florebat Aegyptiorum commercium, in Aegyptum advectum esse Illum placet Heysio (p. 97 nott.) comparanti hos locos: III, 6 init. et II, 5. Utut statuis, omnem Aegyptum ab Herodoto perlustratam fuisse, certum est, et probat secundi libri tertiique ex parte argumentum; unde quae huc spectant, omnia accurate collegit Heyse l. l. pag. 108 seq. Quaecunque enim in his libris de Aegypti natura, historia, ambitu, incolis eorumque institutis tradita inveniuntur, ea vel ab ipso Herodoto cognita et observata vel e sacerdotum inprimis, quos consuluit, mercatorum, aliorum sermonibus percepta putanda sunt. Atque ipse historiae pater hac in re ita pronuntiat II, 99: *μέχρι μὲν τούτου ὄψις τε ἐμὴ καὶ γνώμη καὶ ἱστορίη ταῦτα λέγουσά ἐστι· τὸ δὲ ἀπὸ τοῦδε* (sequitur Aegypti historia) *Αἰγυπτίους ἔρχομαι λόγους ἐρέων, κατὰ τὰ ἤκουον. προσέσται δὲ αὐτοῖσί τι καὶ τῆς ἐμῆς ὄψιος.* Et II, 147 init. *ὅσα δὲ οἵ τε ἄλλοι ἄνθρωποι καὶ Αἰγύπτιοι λέγουσι, ὁμολογέοντες τοῖσι ἄλλοισι, κατὰ ταύτην τὴν χώρην γενέσθαι, ταῦτ᾽ ἤδη φράσω· προσέσται δέ τι αὐτοῖσι καὶ τῆς ἐμῆς ὄψιος.* Add. II. 5. 29 ne plura. Pertinet huc accurata terrae descriptio II, 5 seqq. institutorum, morum II, 35 seqq. et praecipue II, 122. 164 seqq.; pertinent huc sermones cum Aegyptiis, ad quos testes provocat, habiti II, 3. 15. 19. 54. 55. 100. 102. 107 seqq. 113. 116. 118. 120. 130. 142. 147. 150: quos locos bene attulit Heyse l. l. p. 109. Videtur autem ipse Aegyptiacae linguae imperitus per interpretem cum Aegyptiis egisse: II, 125. Omnem terram perlustravit ad ultimos quosque terminos profectus. Sic Casium montem Serbonidemque lacum visit (II, 6. 158. III, 5) itemque Pelusium (III, 12), omnem Deltam (II, 15), Nili ostia, eiusque ipsius cursum ita advertit, ut navi vectum credas; unde tam accurate in causas inundationis inquisiit II, 19 seqq. Adiit urbes Papremin, Buto (II, 155), Chemmin insulam (II, 156), Sain (II, 28. 130. 131. 175), Bubastin (II, 137. 138), Heliopolin (II, 3. 7 seq.), ubi cum

sacerdotibus colloquia habuit. Inde in mediam progressus Aegyptum Memphi aliquantum commoratus et cum sacerdotibus collocutus est, vid. II, 3; ex eorum enim narrationibus maximam partem ducta videntur, quae de Aegypti regum historia aut de religionibus enarrantur II, 99. 108. 110. 121. 136. 153. 176. Visit Noster pyramides, quas accurate descripsit singulas II, 124 seq. 127. 134. 136, labyrinthum cum Moeridis lacu memorabili II, 148 seqq., alia. Quin superiorem quoque in Aegyptum escendit usque ad terminos meridionales prope Elephantinem, ut ipse testatur II, 29 coll. II, 9. Chemmin invisit (II, 91) ac Thebas (II, 3. 143): quâ de re conf. nott. ad II, 15 coll. II, 143 ibique nott.

Quae de *Aethiopia* affert Herodotus, additis vocibus λέγεται, φασὶ etc., de Nili fontibus (II, 28 seqq.) de Meroë (II, 29), de ipsis Aethiopibus (III, 17 seqq. II, 30 de Automolis, IV, 183 de Troglodytis), ea, opinor, fando audierat in ipsa Aegypto tum ab Aegyptiis sacerdotibus, harum rerum gnaris, tum ab ipsis huius terrae indigenis, quos commercii causa in Aegyptum delatos convenerat. Idem statuo de iis, quae ad interioris Libyae tractus spectant IV, 181 seqq. 184. Neque ad Ammonios Herodotum venisse credam: ita ut, quae de illorum regione leguntur II, 42. III, 26, ex aliorum, sacerdotum praecipue, narrationibus fluxisse videantur. Cf. Heyse l. l. p. 114. 115. Nec aliter de iis statuendum, quae de regionibus ab oriente Aegypti sitis, de montibus Arabicis (II, 8), aliis, traduntur.

Quae occidentem versus ab Aegypto praetenditur *Libyae* ora, dubium sane videtur, num ipse eam adierit, an, quae de illa refert, indigenis, quos in Aegypto aut Cyrene convenit, debeat. Nam frequenter in hac narratione obvium illud λέγουσι, λέγεται IV, 173. 187. 191 coll. 155. 189: quibus adde sis eos locos, ubi de Libyae situ (II, 32. IV, 168 seq.) et de gentibus eam incolentibus (II, 32. IV, 180. 190 etc.) exponit; nam ad eas usque Nostrum pervenisse vix credibile videbitur ei, qui itineris difficultates per deserta ista reputaverit. *Cyrenen* venisse Herodotum idque navi coniicias utique ex accurata et urbis et regionis descriptione II, 32. 33. IV, 154. 155. 157. 199. II, 96 et potissimum ex II, 181, ubi statuam ad suum tempus adhuc salvam memorat. Hac ex urbe ad gentes proximas, de quibus nonnulla traduntur (IV, 157. 198), ipsum excurrisse Herodotum vix credam: veri similius est illum haecce accepisse vel a Cyrenaeis vel ab ipsis harum gentium indigenis, quos Cyrene viderat. Vid. nott. ad IV, 167 coll. nott. ad II, 28. Et hic sane Carthaginienses potuit invenire, mercatores, opinor, quos testes citat IV, 43. 195. 196. VII, 167: nisi in Siciliâ id factum esse existimes, ad quam Herodotum e Thuriis inde venisse infra probabimus. Nam ipsam Carthaginem Ille haud adiisse videtur. Nec alio ex fonte ducta videntur, quae de aliis Libyae gentibus Noster memoriae prodidit IV, 191. 192. 194. 195.

Ac denique de tempore profectionis in Aegyptum vicinasque Africae partes si quaeras, ipse significat Herodotus, *) se non longe post annum 462 a. Chr. in Aegypto fuisse; quo tempore quod saeviit in Aegypto inferiori bellum ab Inaro rebelle contra Persas motum cum anno 456 a. Chr. n. demum esset finitum, haud credibile videtur Dahlmanno **) per huius belli vices iter ab Herodoto factum esse in Aegypto, quam potius Ille intra annos 454—444 a. Chr. n. peragrasse putandus sit. Quum vero istud bellum intra arctos Deltae fines se continuerit, nil equidem intelligo, quid Herodotum impedierit, quo minus statim post annum 462 a. Chr. n. iter aggressus per Aegyptum redux inde factus sit in Graeciam ante annum 456 a. Chr. n., quo scil. anno Olympiae recitasse videtur; nec adeo intercedam, si quis iterum post annum 456 sive intra annos 456 et 444 Herodotum in Aegyptum profectum esse contendat: quamquam repetiti itineris desunt testimonia omnia.

Revertamur in *Asiam*, cuius interiores quoque plagas Herodotum invisisse certum est. Iter Sardibus Susa ducens tam accurate describi, ut ab ipso historiae patre tritum credas, supra iam monuimus. *Babylonem* terramque Babylonicam se vidisse ipse testatur I. 193, ubi cf. nott. I, 200. I, 181-183 (ubi colloquia cum Chaldaeis habita referuntur) I, 178 not. I, 181 seqq. de ipsa Babylone. Ad *Susa* usque *Cissiorumque* regionem Nostrum venisse, non improbabilis est coniectura Heysii l. l. p. 100 provocantis potissimum ad VI, 119, ubi de Ardericca scribit, quem locum usque ad suam ipsius aetatem Eretrienses a Dario huc translati tenuerint. Quin ad *Bactrios* venisse suspicatur Iaeger. l. l. p. 20, ob locum IV, 204; ubi quae narrantur, fando quoque ab aliis Herodotus audire potuit. Magis probabile est *Mediam* hac occasione perlustratam fuisse: cf. I, 110. III, 106 et potissimum I, 98, ubi pater historiae, ambitum moenium Ecbatanorum comparans cum ambitu Athenarum se illuc pervenisse illaque moenia suis oculis vidisse indicare videtur. Cf. Heyse l. l. p. 100 seq. Sed remotiores Persarum regni provincias haud adiisse videtur; vidit igitur neque Ariam neque Bactriam neque alias terras, quarum in luculentissima satrapiarum recensione III, 89 seqq. mentio fit; neque dubium, quin quae de *India* refert III, 98 seqq. e Persarum aliorumve hominum fluxerint narrationibus. Cf. nott. T. II p. 646 sqq. Neque *Araxem*, opinor, vidit: de quo fluvio tanta est virorum doctorum dissensio; cf. nott. ad I, 202. Mare Indicum quod vocant sinumque Persicum pernavigasse Herodotum iure negare videtur Heyse p. 104; sinum Arabicum quod affirmat ob locos II, 159 et II, 11, equidem id unum inde colligi posse puto, Herodotum ad hunc sinum pedestri itinere pervenisse.

---

*) Vid. III, 12 ibiq. nott. T. II. p. 19.

**) l. l. p. 68—70. Adstipulatur Heyse l. l. p. 41. 50. 112 seqq.

Ad septentrionales Asiae plagas si nos vertamus, apparet e locis II, 104 coll. IV, 105. IV, 86, in *Colchidem* venisse Herodotum, illa haud scio an occasione, quâ navi vectus et Olbiam et reliquas Graecorum in illa orâ sitas colonias invisit. Hinc Colchide Phasique fluvio Asiam omnino terminari statuerat pro illius aetatis sententia recepta: conf. IV, 45 coll. 38. 47. Neque vero ad interiores Caucasi plagas montesque (cf. I, 203), neque ad Caspium usque mare, cuius tamen accuratam habuit notitiam (cf. nott. ad I, 202) neque ad Scytharum illic vagantium terras progressus esse videtur: ut, quae de his inveniuntur tradita, aliorum e sermonibus fluxisse putanda sint. Conf. nott. ad I, 202 p. 455 coll. I, 203. Heyse l. l. p. 104. 105. [Septentrionales Europae tractus, qui Scytharum vulgo dicuntur, a Ponti Euxini orâ Graecis colonis repletâ septentrionem versus extensos aliquà certe ratione inspectos esse ab Herodoto, a vero non prorsus abhorrere videtur, si accuratam et copiosam huius regionis descriptionem reputaveris. Vide sis modo, ne plura, IV, 46 seqq. IV, 81, et conf. I, 105. II, 103. IV, 5. 7. 8, ubi ad Scythas auctores provocat. Reliqua, quae huc faciunt, tanta industriâ indicavit Heyse l. l. p. 131 — 133, ut nihil sane addere ego habeam. Hunc si sequamur, usque ad Borysthenem in Hylaeam regionem Herodotus penetravit, Gerrho fluvio itinerum termino constituto. Mihi vix multum introrsus ad loca mediterranea progressus esse videtur Herodotus, quem magis credam in Graecis coloniis ad septentrionalem Ponti oram conditis versantem a Scythis ex interioribus regionibus huc commercii causa profectis accepisse, quaecunque de his ipsis regionibus earumque incolis memoriae prodidit. Huc refero, quae IV, 22 — 36 de Iyrcis, Issedonibus, aliis, quae IV, 100. 104 seqq. de Agathyrsis, Neuris, Budinis, Gelonis, aliis profert. Ex ora Ponti septentrionali maritimo potius quam pedestri itinere in patriam regressum esse Nostrum dubitari nequit; si quidem terras trans Danubium i. e. a Danubii septentrione sitas haud cognoverit. Cf. modo V, 9. 10. Navi igitur profectus Olbiâ pervenit ad Istri ostia visitque Istriam Milesiorum coloniam, de qua II, 33. 34: quamquam quae de ipso Istro fluvio perscribit, talia sunt, ut fluvium illum Herodotum adiisse vix credas. Sic, uti hoc utar, IV, 48 quod narrat Istrum semper sibi parem fluere aestate atque hieme, verum haudquaquam esse quivis intelligit et bene notavit Kruse in Commentat. de Istri ostiis p. 28 seqq. Nam satis constat eo quod fluvius hicce modo auctiori modo minori aquarum copiâ profluat, ostiorum atque terrae adiacentis speciem valde immutari. Hinc in talibus alios auctores secutus esse videtur, cum ipsi haec adire minime licuerit. Scribit enim II, 34 init. Istrum fluvium πρὸς πολλῶν γινώσκεσθαι. Vid. infra §. 8. A Sinopensi nauta sive mercatore haec Nostrum edoctum retulisse coniicit Kruse l. l. p. 33. 34. Ad Maeoticam paludem aeque atque ad interiores Crimmae peninsulae tractus Herodotum pervenisse nego. Vid. nott. ad IV, 86.

87. IV, 99. Heyse l. l. p. 134. Sed *Pontum Euxinum*, *Bosporum*, *Propontidem*, *Hellespontum* bene novit ipse, mensuras accurate indicans. Vid. IV, 81 nott. IV, 85. VII, 34. *Thraciam* quoque ipsi cognitam fuisse monstrant hi loci: II, 103. IV, 33. 74. Neque vero ad interiores tractus penetrasse videtur (cf. V, 2 ibique nott. V, 3. 10), sed in meridionali tractu se continuisse maris oram potissimum legens indeque etiam Xerxis iter quam accuratissime potuit describens: eoque pertinent, quae VII, 58. 59. 108. 109. 111. 112 leguntur, quae de Thaso II, 44. VI, 47 de Samothrace II, 51, de Chersoneso VI, 36. VII, 33. 58. IX, 116. 120, atque de Hellesponto IV, 95 traduntur.

Sic quoque *Macedoniae* oram maritimam legens audivit, opinor, quae de interioribus Macedoniae regionibus v. c. de Crestone I. 57. VIII, 138 retulit, testes citans Macedones V, 22. VII, 73. VIII, 138. Et quamquam nuper exstitit, *) qui Herodotum in Xerxis itinere per Macedoniam indicando ita lapsum diceret, ut ipsam Macedoniam adiisse minime sit putandus historiae pater, equidem non facile animum inducere possum, ut, quae tam accurate Noster retulit de illa terra VIII, 113. 114. 115. 122. 123. 124. 127 coll. V, 15—17 et IV, 33 fin., de Athone monte VII, 22. 23 de Pallene VIII, 129, non nisi aliorum e sermonibus fluxisse putem. Quin haud scio an huc vel illud referri possit, quod Pellae in ipsa Macedonia sepultum esse Herodotum quidam perhibent. Vid. supra §. 6. Eodem, opinor, itinere *Thessaliae* oram ingressus Tempe adiit (VII, 128 ibid. nott. VII, 173) indeque per Thessaliam (VII, 129. 183) *Thermopylarum* fauces intravit, de qua re dixi in not. ad VII, 225. Ad *Dodonam* accessisse coniicias ex II, 52 coll, 53. 55 init., itemque ad Delphos, uti recte posuit Heyse l. l. pag. 124, *Abas* quoque Herodotum venisse coniiciens (VIII, 27. 33), *Parnassumque* escendisse (VIII, 32. 39) et *Doridem* invisisse VIII, 31. Addit idem Heyse p. 124 videri Herodotum *Aetoliam* quoque adiisse et *Acarnaniam*, coll. II, 10. *Boeotiam* terram accurate eum perlustrasse, nonus liber satis indicat, bene monente eodem Heyse, qui inprimis attendi vult ad IX, 15. 16. 25. 51. 52. 85 seq. *Thebas* venisse Herodotum, colligas ex V, 59 coll. I, 52. 92; *Delium* (VI, 118), *Ptoum* (VII, 135), *Orchomenum* (IX, 16) adiisse illum probabile videtur Heysio l. l. Quae contigua est *Attica* regio, eius ambitum optime novit, vid. IV, 99. *Athenienses*, apud quos aliquamdiu commoratum esse supra posuimus, saepius testes adhibet V, 63. 85. 87. VI, 75. 137. 138. VII, 189. VIII, 41. 84. 94. IX, 73, urbisque Athenarum cognitionem prodit certam II, 7.

*) vid. T. III p. 825.

V, 77. 89 coll. VI, 103. VIII, 52. 53. 55. *) *Salaminem* quoque vidit locumque celeberrimae pugnae; tu cf. inprimis VIII, 76. 90. Ad *Aeginam* Herodotum iter fecisse credam Heysio p. 119 citanti V, 83. 86. 87. 88. VIII, 84 itemque ad *Euboeam* ob VII, 176, *Corinthum* ob I, 23. 24. V, 87. VIII, 94, *Isthmum* ob VIII, 121. IX, 81: e quibus locis admodum fit probabile, Nostrum haec ipsa loca invisisse. Idem dixerim de aliis Peloponnesi locis, quorum mentio fit per Herodoti historias, quamquam ibi se fuisse expressis verbis non enuntiat. Referas huc locos Heysii industria iam collectos p. 120 seq. de *Arcadia* VI, 127. de *Tegea* I, 66. IX, 70; de *Nonacri* et *Stygia aquâ* VI, 74, de *Elide* IV, 30, de *Triphylia* IV, 148, de *Olympia* VII, 170. IX, 81. II, 7; de *Sicyone* V, 67, de *Epidauro* V, 83, de *fluvio Erasino* VI, 76, de *Argivis* V, 88, quos eosdem testes profert V, 87. VI, 75. 84. VII, 148. 150. 152. *Spartae* fuisse Herodotum nihil est dubium; vid. quae dixi ad III, 55. VII, 214, unde Lacedaemoniis saepius utitur testibus: I, 70. III, 47. IV, 150. V, 49. VI, 52. 53. VI, 84, quos locos collegit idem Heyse l. l. p. 120, qui huc etiam referri voluit *Taenarum* promontorium I, 24. *Therapnas* VI, 61, *Cytheram* insulam (I, 105) ac *Theram* IV, 147 seq. 150, *Syphnum* III, 57, *Parum* VI, 134, *Delum* II, 170. IV, 33. 34. 35. VI, 98. *Zacynthum* IV, 195. Hinc *Cycladas* etiam insulas, quarum frequens mentio, visisse Herodotum, a vero haud abhorrere videtur.

Quae ad occidentem et septentrionem vergunt Europae partes, eas historiae patri non magis cognitas fuisse quam aequalibus suis satis docent hi loci: IV, 45. III, 115 aut quae de Istro habet II, 33. IV, 49. *Apolloniam* in Illyria Nostrum venisse Heyse p. 138 colligi vult ex IX, 93, itemque ad Venetos ex V, 9 et I, 196.

Italiam i. e. inferiorem eius, quae nunc sic vocatur, partem **) Nostrum peragrasse, Thuriis quum domicilium fixisset, nihil dubium. Et bene huc Heysius l. l. p. 138 retulit hos locos: IV, 15. 99. V, 44. 45 de Sybari et Crotone, de quâ urbe etiam vide sis III, 131. 137. 138. Haud vidit Sardiniam Corsicamque, cuius utriusque insulae modo notitiam aliquam acceperat, qualem etiam de Tyrrhenis atque Umbris nactum eum esse apparet ex I, 94. IV, 49. I, 163. 166 seq. VI, 22, nam eo usque ipsum venisse Herodotum, quibus testibus probem, non habeo. In *Siciliam* Nostrum profectum esse notavi ad VII, 153 not. coll. 165; ibique, si recte ponit Heyse p. 139 seq., vidit *Egestam* V, 47, *Zanclen* VI, 25, *Syracusas* VII, 167, *Camicum* VII, 170.

---

*) Vid. Heyse l. l. p. 122, qui hos locos iam attulit.

**) cf. nott. ad I, 167. III, 136. IV, 15. V, 43. VI, 127.

§. 8.

De fontibus historiae Herodoteae dicturi proficiscimur e loco classico II, 99, unde triplicem fere narrationis fontem fuisse scriptori colligas accurate discernenti inter ea, quae a se ipso visa et conspecta retulit (ὄψις) et inter ea, quae ex aliis sciscitando cognovit (ἱστορίη) et denique inter ea, quae sua ipsius opinione ductus statuit (γνώμη). Verba ipsa afferam: *μέχρι μὲν τούτου ὄψις τε ἐμὴ καὶ γνώμη καὶ ἱστορίη ταῦτα λέγουσά ἐστι· τὸ δὲ ἀπὸ τοῦδε, Αἰγυπτίους ἔρχομαι λόγους ἐρέων, κατὰ τὰ ἤκουον· προσέσται δὲ αὐτοῖσί τι καὶ τῆς ἐμῆς ὄψιος.* Ad quae conf. nott. pag. 701 T. I. Nam ubicunque Herodotus non expresse addit, se ab aliis edoctum haec enarrare, ipse haec inspexisse indeque retulisse putandus est. Quaecunque aliis debuit aut aliunde accepta retulit, ea non nisi fonte, ex quo manarunt, indicato solet afferre, addens verbum *φασί* aut *λέγουσι* aut simile quid: unde vel itinerum ab Herodoto factorum testimonia haud raro repeti posse supra §. 7 vidimus. Et haec tam aperta inque conspicuo posita, ut nemo quisquam, nisi praeoccupato iudicio captus, intelligere nequeat: illud vero gravius atque difficilius constituere, si quos alios praeterea fontes Noster adierit, si aliorum scripta consuluerit et ex iis haud pauca hic illic in suos libros transtulerit: praesertim cum ante Herodotum plures constet fuisse logographos sive rerum scriptores, quibus ipsis Nostrum quodammodo accensere liceat. Hos vero si Herodotus consuluerit et in usum suum adhibuerit, indicari utique consentaneum est a scriptore alioqui in talibus tam accurato. At vix ullum certum huius rei uspiam exstat vestigium, nisi *Hecataei Milesii*, de quo continuo sumus dicturi, mentionem huc referre malis: nam quod ad *Xanthum* respexisse volunt Herodotum I, 93, de eo nunc non dicam, id unum certo poni posse ratus, Herodotum in Lydorum rebus enarrandis Xanthi scripta minime compilasse. Cf. T. I p. 236. Nec aliter statuerim de *Charone Lampsaceno*, uti iam dixi ad I, 160 T. I p. 358 coll. VI, 37. T. III pag. 272 atque de *Hellanico*, cuius libros ut Herodoto cognitos fuisse statuam, quemadmodum quibusdam placuisse video, abs me impetrare haud possum, cum certa huius rei indicia desint omnia: immo recte mihi statuere videtur Dahlmann. (in Herodot. p. 127), et Hellanicum, qui Herodoto fuit non multo iunior, et Herodotum ita scripsisse, ut neuter alterius scripta cognita habuerit. Quo et illud facit, quod Sturz. ad Hellanici fragmm. p. 16, observasse video: Herodotum primum sibi videri exponere de constitutione reipublicae Laconicae VI, 55, quamvis e Strabone pateat, iam Hellanicum ea de re egisse. Atque idem Sturz. l. l. p. 13—16 talia affert, e quibus Herodotum potius ab Hellanico compilatum fuisse coniicias. Hinc vero diiudicanda erunt, quae Dionysius Halicarnassensis ad Cn. Pom-

pej. p. 128 scripsit: Ἡρόδοτος—τῶν πρὸ αὐτοῦ συγγραφέων γενομένων Ἑλλανίκου τε καὶ Χάρωνος τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν προεκδεδωκότων οὐκ ἀπετράπετο ἀλλ' ἐπίστευσεν αὐτῶν κρεῖσσόν τι ἐξοίσειν, ὅπερ καὶ πεποίηκε.

De *Hecataeo Milesio* ita scribit Suidas I p. 687: Ἡρόδοτος δὲ Ἁλικαρνασσεὺς ὠφέληται τούτου νεώτερος ὤν, itemque Porphyr. apud Eus. Praep. Ev. X p. 466 B,: Ἡρόδοτος ἐν τῇ δευτέρᾳ πολλὰ Ἑκαταίου τοῦ Μιλησίου κατὰ λέξιν μετήνεγκεν ἐκ τῆς περιηγήσεως βραχέα παραποιήσας; *) nominat autem Porphyrius in his descriptionem hippopotami (II, 71. T. I p. 647) et narrationem de venatione crocodilorum (II, 70 p. 646). Quibus Creuzerus in fragmm. historicc. p. 19. 20 adiicit etiam narrationem de Phoenice ave II, 73. T. I p. 649, accedente Klausen. ad Hecataei fragmm. pag. 126, qui quaecunque de crocodilis et hippopotamo II, 68. 69. 70. 71 narrantur, ex Hecataeo ducta vult l. l. p. 128, itemque (p. 132) narrationes de serpentibus alatis et Ibide ave II, 75. 76, si quidem horum animalium, quae mira alit Aegyptus, naturam diligentius ab Hecataeo explicatam fuisse credibile fiat. Neque tamen ex eo solo, opinor, effici poterit, hasce animalium descriptiones, quas offert Herodotus, ex Hecataeo depromptas esse, nec satis equidem intelligere possum, cur ad hunc scriptorem, quem aliis locis cavillatur, necesse habuerit confugere Noster in iis, quae ipse suis oculis melius percipere potuit quaeque ita etiam refert, ut suis ipsum oculis talia inspexisse facile appareat. Hecataeo narratis similia quaedam cum prodat II, 77, coniecturam inde ducunt, ex Hecataeo haec quoque deprompta esse: cf. nott. T. I p. 657 et add. Klausen l. l. p. 125. Cum Hecataeo quoque consentit Aegyptum Nili donum esse asserens II, 5: de quo loco vid. nott. T. I p. 901 et Klausen. l. l. p. 122. Quod vero idem Klausen. l. l. p. 95 satrapiarum descriptionem III, 89 seqq. ex Hecataeo haustam vult, aliter mihi videri iam dixi T. II p. 675.

Contra aliquot sane in Herodoti libris superstitibus inveniuntur loci, in quibus Hecataeum vel expresse vel tacite tangi, dubium non esse potest. Cavillari Hecataeum et aequalium risui exponere Noster videtur II, 143, ubi vid. nott. T. I p. 812 et add. Klausen. l. l. p. 6 seq., nec melius eundem tractat VI, 137 coll. V, 36, ubi Hecataeus bellum cum Persis ineundum dissuadens laudatur addito titulo τοῦ λογοποιοῦ, ut II, 143. Quin acerbius Hecataeum tangit I, 146, ubi cf. nott. p. 339. T. I et Klausen. l. l. p. 108, II, 21. 23, ubi vid. nott. T. I p. 523, 527 coll. IV, 8 p. 287. T. II et IV, 36. T. II pag. 351. Atque etiam de Caspio mari quae Noster scribit vera I, 202, ea contra Hecataeum, qui Caspium mare pro Oceani sinu habuerit,

---

*) De hoc verbo eiusque significatione conf. Iacobs. vermischt. Schrift. V p. 582.

scripta esse contendit Klausen. l. l. pag. 92, cui etiam (p. 131) Herodotus II, 3: Ἕλληνες δὲ λέγουσι ἄλλα τε μάταια πολλὰ καὶ ὡς γυναικῶν τὰς γλώσσας ὁ Ψαμμίτιχος ἐκταμὼν κ. τ. λ., hanc fabulae discrepantiam in Hecataei libro legisse videtur, quique (p. 128) eundem Hecataeum intelligi et respici putat II, 15 in iis, quae de rebus geographicis Iones statuunt, et II, 156 in iis, quae de insula mobili habet Herodotus parum ipsi credibilia. Vid. fragm. Hecat. p. 123. Et Hecataeum Milesium aliosque Milesios auctores, Thaletem, Anaximandrum, Anaximenem, Cadmum, quorum populares plurima commercia per Scythiam egerint, secutus videtur Herodotus II, 34, ubi narrat Istrum πρὸς πολλῶν γινώσκεσθαι. Cf. Kruse De Istri Ostiis p. 20.

Haec quidem omnia in unum conspectum posita quamquam satis commonstrare videntur, Herodoto Hecataei, viri inter aequales suos eminentioris, ut vel e loco V, 36 apparet, scripta cognita fuisse, minime tamen illud usquequaque efficere posse videntur, ut Herodotum Hecataei libros compilasse indeque haud pauca in suam narrationem transtulisse arbitremur, praesertim cum ea, quae ex Hecataeo hausta putentur, e suo quoque penu non minus bene proferre potuerit Noster, quem ista loca ipsum adiisse supra evicimus. Immo haud pauca, quae, uti his utar, in Aegypti descriptione ab Herodoto praetermissa miramur, *) vel eam ob causam ab Halicarnassensi omissa esse crediderim, quod haec uberius iam exposita viderat ab Hecataeo, cuius scripta multum manibus terebant aequales; sed quae falsa ab Hecataeo referri viderat, ea ob magnam, qua floruisse videntur Hecataei scripta, auctoritatem corrigere et emendare cum voluisset Noster, hinc ni fallor explicandum, quod hic illic acerbius Hecataeum tetigerit: nisi etiam privatam quandam sive inimicitiam sive aemulationem inter utrumque intercessisse putes, de quâ tamen nihil quidquam uspiam traditum reperi.

§. 9.

Hisce argumentis permotus, Herodotum ex aliorum sive historicorum sive logographorum, quales tum fuere, scriptis haud sane multa hausisse arbitror. Nec tantum tribuam loco I, 1 (*Περσέων μέν νυν οἱ λόγιοι Φοίνικας αἰτίους φασὶ γενέσθαι κ. τ. λ.*), quantum tribui vult Dahlm. l. l. p. 108. Namque Herodotus ut alibi, v. c. in rebus Aegyptiis Aegyptios sacerdotes, ita h. l. Persarum viros doctos sive Magos laudat, quibus hanc narrationem debeat. Nec magis

---

*) Vid. nott. ad II, 15 p. 512 et ad II, 28 p. 534. T. I et cf. quoque nott. ad VI, 55. T. III p. 297.

scriptos fontes agnoscere possum II, 99, ubi cf. nott. T. I p. 701. Eodem modo quo I, 1, Persas testes citat I, 95; nec tamen inde sequitur, scripta Persarum de suis rebus volumina Nostrum adiisse et excerpsisse. Sed quae III, 89 de Satrapiarum descriptione et VII, 60 seqq. de Xerxis exercitu perscribit, ea si non omnia, at magnam certe partem e regiis Persarum annalibus, ad quos scriptori Asiam perlustranti aditus patuerit, hausta esse videntur. Quin e *sophistarum* scholis quaedam ad Herodoti libros transiisse praesertim in quaestionibus de re publica constituenda, illo tempore maxime agitatis, haud vana fit suspicio; vid. VIII, 140 §. 1 ibiq. nott. T. IV p. 195. IX, 48. T. IV p. 280. III, 80 p. 142 T. II. Nec inde mirabimur, Persis, aliis barbaris, subinde ea tribui, quae in Graecum potius hominem, sophistarum et rhetorum in scholis nutritum et educatum conveniant. Vid. III, 71. 72. 80. V, 4. (T. III p. 811) V, 24. VII, 10 §. 4 coll. VII, 102. 152 et conf. annotationem ad hos locos. Add. quae I, 207 Croesum dicentem facit, alia eiusdem generis. *) *Anaxagorae* philosophiam Herodoto cognitam fuisse e loco III, 80, ubi sententiam Anaxagorae decretis similem enuntiat, quis colligat; **) praesertim cum alio loco II, 22 (ubi conf. nott. T. I p. 523) contra Anaxagorae sententiam de Nili inundantis causis edisserat historiae scriptor et aliis quoque in rebus ab hoc philosopho valde dissentiat.

§. 10.

Sed haec exigua modo fontium indicia sunt, e quibus Herodoteum opus fluxisse existimemus! Multo plura, immo plurima, quae eo continentur, ipse in itineribus comperit, ipse vidit; eoque potissimum praeter locorum et regionum, quas ipse visit, descriptiones retulerim quae de templis, portentis, oraculis, donariis, aliis id genus, aut etiam de ipsa rerum historiâ his ipsis in locis comperta perscribit nunquam non indicato fonte vel auctore. Ut paucis dicam, quod sentio, vel ipse vidit, quae scripsit, vel a sacerdotibus, quos illa aetate per orientem inprimis unos doctos rerum gestarum notitiam habuisse constat, accepit sciscitando vel a mercatoribus, quos in itineribus convenit, uti iam supra monuimus. Praeiverant Herodoto

---

*) Quod vero I, 155, ubi Croesus Cyro consilium dat, Lydos ut effeminatos reddat, Wachsmuth (Hellen. Alterthumsk. II, 2 p. 17) quaerit, hoc Croesi consilium ex iis, quae Graeci tyranni iam tum fecerint, num profectum sit, an ex Graeca omnino fluxerit sententiâ, frustra mihi quaerere videtur. Neque enim talia absunt a regum orientalium more atque indole. Tu conf. modo quae in nott. p. 354 attulimus.

**) Conf. etiam I, 103 ibiq. nott. in Add. T. I p. 928.

qui vulgo vocantur logographi, qui fabulas antiquitus traditas literis ut consignarent eoque modo posteritatis memoriae traderent quum unice sibi proposuissent, in ipsum rerum sic traditarum argumentum minime inquisierant, satis habentes, ea, quae ore tantum adhuc tradita erant, scriptis mandata posteris tradere. Quam logographorum rationem iam Hecataeum quodammodo deseruisse indicat prooemium illud operis apud Demetr. de Elocut. §. 12 his verbis conceptum: *Ἑκαταῖος Μιλήσιος ὧδε μυθεῖται· τὰ δὲ γράφω, ὥς μοι ἀληθέα δοκέει εἶναι· οἱ γὰρ Ἑλλήνων λόγοι πολλοί τε καὶ γελοῖοι, ὡς ἐμοὶ φαίνονται, εἰσίν.* Quae sane indicant scriptoris animum a receptis superstitionibus liberum et veri inveniendi studiosum, ingenium acre et sollers in fabularum traditarum farraginem inquirens eamque diiudicans: adeo ut auctore Creuzero *) Hecataeum rerum scriptorem *criticum* utique vocare possimus, praesertim cum alia quoque, eodem docente Creuzero, accedant, e quibus crisin quandam illum historiae adhibuisse luculenter pateat. Herodotum eodem titulo quin ornemus, nil video, quod obstet; ut in quo scriptore omnia concurrunt, quae *patrem historiae* illum summo iure vocari evincunt. Quum enim prioris aetatis historiam perscribenti ad antiquitatem esset regrediundum, quae non nisi e monumentis, templis, carminibus, fabulis cognosci poterat, **) Herodotus quatenus quae de his tradita invenit accepitque, literis consignavit et qui ferebantur *λόγοι*, eos in suum retulit opus, ipse quodammodo *λογογράφων* in numero iure habetur. Neque vero in eo acquievit, in quo priores *λογογράφους* ante ipsum substitisse modo diximus, sed amplius in rerum traditarum nexum causasque et in eam, quae inde enascitur, rerum gestarum veritatem ordinemque inquirendum ratus a priorum scriptorum via multum discessit, eoque ipso ostendit veram historiae notionem se animo impressam habuisse. Unde sane nemo mirabitur in tali scriptore *artis criticae* initia bene cognosci posse. Conf. nott. ad IV, 173 p. 583, IV, 179 p. 591. T. II. et VII, 20 p. 474 T. III. Cum igitur veri historici partes, hoc modo vera a falsis seiungens, explere studuerit Noster, quaeritur,

---

*) Die histor. Kunst der Griech. pag. 86 coll. 78. Fragmm. historicc. pag. 15.

**) Hinc tam sedulo donaria, portenta, oracula ubivis recenset: quippe unde narrationi ex parte fides erat adstruenda, praesertim in rebus dubiis aut vario modo traditis. Conf. modo I, 50. 52. 92. II, 44 ne plura. Bene dixit Meierotto in scriptione mox laudanda p. 602, 603: „Les Oracles, accomplis ou non, n'en étoient pas moins de nouvelles sources historiques où l'on puisoit ce qui avoit dû être un objet de recherche et devenir un principe d'action pour des états entiers ou pour des personnages célébres; c' étoient des textes d'événemens toujours énoncés dans le style favori des Grecs: Herodote ne pouvoit donc les passer sous silence.“

num qui verum scribere *voluerit*, id etiam praestare *potuerit*. *) Nam *voluisse* verum tradere Herodotum, neminem, qui Herodoteas Musas accuratius perlegerit, dubitaturum confido, nec opus pluribus commonstrare, nullo timore partiumve studio captum fuisse Herodotum, quo minus quod verum ipsi fuisset visum, libere et ingenue enuntiaret. Vid. modo, ne plura, nott. ad VII, 132. T. III p. 634 et ad VIII, 123. T. IV p. 170 et conf. Meierotto: Sur Herodote et le but de son histoire (Mémoir. de l'Academie royale de Berlin 1792 et 1793 p. 615. 618. 620 seq.) Pertinent huc etiam, quae pluribus locis in annotatione diximus de nimio, quod scriptori imputant, erga Athenienses studio ac voluntate deque inimicitia in Spartanos **) Corinthiosque. ***)

Atque illud veri studium in Herodoto arcte coniunctum invenimus cum omni animi indole, ut sane quaecunque mortalem illa aetate praestare potuisse consentaneum est, ea Herodotum eximie praestitisse putemus. Insignis hanc quoque in rem locus II, 99, unde tota disputatio nostra erat exorsa, ut in quo tam diligenter ea, quae ipse vidit, comperuit, iudicavit, ab iis, quae aliorum narrationibus debuit, distinguit; haec enim, uti diximus, affert addito verbo *λέγουσι, φασί* etc. Conf. Meierotto l. l. p. 610 et vid. potissimum Herodot. I, 184: *ἐγὼ μέν 'μιν οὐκ εἶδον· τὰ δὲ λέγεται ὑπὸ Χαλδαίων, ταῦτα λέγω* et locos paulo ante allatos IV, 173. 179 ibiq. nott. Add. II, 123 init. *τοῖσι μέν νυν ὑπ' Αἰγυπτίων λεγομένοισι χράσθω ὅτεῳ τὰ τοιαῦτα πιθανά ἐστι· ἐμοὶ δὲ παρὰ πάντα τὸν λόγον ὑπόκειται, ὅτι τὰ λεγόμενα ὑπ' ἑκάστων ἀκοῇ γράφω.* II, 120 init. *ταῦτα μὲν Αἰγυπτίων οἱ ἱρέες ἔλεγον· ἐγὼ δὲ τῷ λόγῳ τῷ περὶ Ἑλένης λεχθέντι καὶ αὐτὸς προστίθεμαι τάδε ἐπιλεγόμενος.* Et confer sis quoque II, 29. 53. 113 seqq. III, 45. IV, 173. 187, ne plura. Hinc maxima cum religione in rebus dubiis mirisve suam sententiam eloquitur nec raro se quid certo affirmare posse negat, uti III, 115 *ἔχω μὲν οὐκ ἀτρεκέως λέγειν* et quae similes formulae exstant I, 57. IV, 16, ubi cf. nott. p. 304. IV, 25 ibiq. nott. p. 326. I, 172. IV, 187. V, 9. VI, 14. VIII, 8 ibiq. nott. T. IV p. 12. Contra I, 140 init. ait: *ταῦτα μὲν ἀτρεκέως ἔχω περὶ αὐτῶν εἰδὼς εἰπεῖν.* Hinc quoque fluxit illud studium diversas, quae super eâdem re ferebantur, traditiones colligendi, discernendi et diiudicandi ut VII, 150. VI, 134. IV, 11. 12. V, 44. 45. 85. 86) suamque ipsius hinc deductam sententiam subiiciendi (ut II, 53. IV, 96. III, 45), quo verum omnino

*) Vid. Creuzer. Histor. Kunst d. Griech. p. 100—112.

**) Vid. VI, 108. T. III p. 379. VII, 102 p. 586. T. III. VIII, 2. 3. (T. IV p. 4 nott.) coll. VII, 139. IX, 21. 22. T. IV p. 234. 235.

***) VIII, 94. T. IV p. 128.

erueret, ut I, 22. II, 120 coll. I, 5; hinc illae dubitationes in rerum mirarum enarratione, quibus illa aetas eam fidem habebat, quam ipse scriptor addere non audet minime credulus aut eo usque superstitiosus, ut portentorum narrationes a naturali rerum cursu alienas continuo probet. Praeter locum supra iam allatum II, 123 coll. II, 45 vid. potissimum I, 182 (φασὶ δὲ οἱ αὐτοὶ οὗτοι, ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγοντες κ. τ. λ.) ibiq. nott. T. I p. 404. IV, 96 (ἐγὼ δὲ περὶ μὲν τούτου [de Zamolxi agitur] καὶ τοῦ καταγαίου οἰκήματος οὔτε ἀπιστέω οὔτε ὦν πιστεύω τι λίην) ibiq. nott. T. II p. 461. V, 86 (ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγοντες, ἄλλῳ δέ τεῳ) coll. IV, 42. III, 3 (λέγεται δὲ καὶ ὅδε ὁ λόγος, ἐμοὶ μὲν οὐ πιθανός II p. 5), III, 115. II, 156. VI, 84. 121. VII, 133 coll. 137. IV, 105 (ἐμὲ μέν νυν ταῦτα λέγοντες οὐ πείθουσι· λέγουσι δὲ οὐδὲν ἧσσον καὶ ὀμνύουσι δὲ λέγοντες). V, 22: Ἕλληνας δὲ εἶναι τούτους τοὺς ἀπὸ Περδίκκεω γεγονότας, κατάπερ αὐτοὶ λέγουσι, αὐτός τε οὕτω τυγχάνω ἐπιστάμενος καὶ δὴ καὶ ἐν τοῖσι ὄπισθε λόγοισι ἀποδέξω ὡς εἰσι Ἕλληνες. Add. VIII, 30. T. IV p. 39. Talia qui scribit, eum vulgi superstitionibus superiorem fuisse iure dixeris; praesertim cum studium res miraculosas e naturali rerum cursu explicandi insigniter prodat IV, 32. VI, 84. II, 21 coll. VII, 133. VII, 20. Ac parem diligentiam produnt disputationes de Nili incremento eiusque causis II, 21 seq., de aetate sacrorum Herculis II, 44; de literarum et scripturae inventione V, 58; de Cypriis carminibus II, 117, de Cyro I, 95, de Melampode II, 49, de Aegypti natura II, 5 alia. Neque in talibus poetarum auctoritatem ipsi offecisse, e loco insigniori II, 120 apparet; *) quamquam in rebus sacris arcanisve religione quâdam se obstrictum fuisse, quo minus non omnia, quae cognita habuit, eloqueretur, sed silentio quaedam praetermitteret, ipse ingenue profitetur II, 3. 45. 46. 65. 170. 171. Qui autem tanta cum cura et veri studio ubivis egit, qui verum sine ullo timore enuntiare audet, **) ab ullo mendacio alienus, ***) cum verum unum in omnibus ut erueret, sibi propositum haberet, eum verum dicere *voluisse* utique concedemus.

Iam venio ad alterum, quod requirimus, verum ut tradere *potuerit* Herodotus. Qui verum unum ut traderet, longinqua suscepit itinera, omnes subiit viarum molestias atque labores, quo ipse singula loca invisens verum videre aut sciscitando a singulis comperire posset, qui si qua mira parumve credibilia aut a rerum naturali cursu abhorrentia acceperat, diligentius in ista inquisiit iustamque his adhibendam esse sibi persuasit crisin, nec superstitionibus vulgi nec praeiudicatis opinionibus captus nec credulus nimiumque religiosus

---

*) Conf. Creuzer. Hist. Kunst d. Gr. p. 105.

**) Conf., ut alia taceam, nott. ad VIII, 72 p. 96. T. IV.

***) Conf. V, 50 ibique nott. T. III p. 80.

sed perspicax et in iis, quae ipse observavit, enarrandis, accuratissimus, num eum vera scribere *potuisse* negabimus? At verba dare poterant ipsi quos sciscitatus est sive sacerdotes sive mercatores eoque modo ipsum fallere et in errores implicare. Num vero, quaeso, in toto historiarum opere talem se praebet historiae pater, cui tam facile imponas? Equidem hoc vix fieri potuisse puto in viro tam cauto tamque sollerti et diligenti rerum indagatore, qualem Nostrum fuisse libri superstites indicant, in quibus vix ullus reperitur locus, e quo Illum consulto in errores deductum aut se decipi passum esse, liquido commonstrare possis. Nam quod ad Aegyptias res potissimum confugiunt, a sacerdotibus Aegyptiis verba Herodoto data esse clamitantes, id quam infirmum sit, singulis locis in annotatione ostendimus; alia hanc in rem disputavi in Iahnii et Klotzii Nov. Annall. philoll. et paedagg. VI p. 209 seq., quae hic repetere non vacat *). Itaque Herodotum, quem verum *voluisse* tradere ostendimus, *potuisse* quoque illud tradere crediderim nec quidquam ab eo praetermissum, quo huic officio satisfaceret. Satisfecisse autem Herodotum tum ea, quae attulimus, commonstrant, tum omnis operis indoles, vividus ille ac nativus color, qui nil habet quaesitum, nil fictitium, quique ab omni fuco inani prorsus est alienus. **) Et nostra aetate, quâ tot peregrinatores remotissimas quasque Asiae et Africae plagas perscrutati sunt, pleraque fere eorum, quae de his ipsis regionibus adhuc incognitis apud Herodotum tradita exstant, quorum haud pauca prius vix ullam fidem merere videbantur, nunc ita exacte et accurate reique tam convenienter tradita inventa sunt, ut iure mireris, quâ diligentia Herodotus singula perlustraverit et examinaverit nec unquam fere lapsus falsusve sit. ***) Qui igitur in iis, quae ipse vidit comperitque, non falsus est, num eum tam facile ab aliis falli potuisse credibile est, praesertim cum tanta crisi, quae ne nostrae quidem aetatis virum dedeceat, iudicio tam subacto, quaecunque accepit, disquirat nec ulla re se deterreri sinat, quo minus verum inveniat. Est quidem Noster λογογράφος, quatenus veterum λόγους accurate et religiose retulit; sed idem quoque histori-

---

*) De Aegypto quae apud Herodotum memoriae prodita exstant, ea aut ipse vidit Herodotus comperitque (II, 99) aut a sacerdotibus accepit tradita Hieropolitanis et praesertim Memphiticis (II, 3. 99); unde etiam praecipuam narrationis partem res Memphiticae constituunt. Cf. II, 15. 99. 100. Quae ad arcana sacra et interiorem religionis doctrinam pertinent, consulto praetermissa esse ipse declarat. Vid. locos supra laudatos.

**) Vid. Dahlmann. Herodot. pag. 184 seq.

***) Nolo hac in re testimonia congerere, quae affatim Herodotei libri quàvis fere pagina exhibent. Atque vel ubi errat, facile erroris causam intelligas. Uno defungar exemplo II, 34; de quo vid. Kruse De Istri Ostiis p. 32 seq. 34.

cus, historiaeque pater vocandus, si quidem veram illam historiae notionem, quam animo impressam habuit, primus quoque in opere superstite exhibere studuit.

§. 11.

Hanc autem historiae notionem Ipse indicare videtur in operis ingressu, ubi ambitum declarat initiumque rerum ab ipso narratarum constituit. Loquitur enim ita I, 5: ἐγὼ δὲ περὶ μὲν τούτων οὐκ ἔρχομαι ἐρέων ὡς οὕτως ἢ ἄλλως κως ταῦτα ἐγένετο· τὸν δὲ οἶδα αὐτὸς πρῶτον ὑπάρξαντα ἀδίκων ἔργων ἐς τοὺς Ἕλληνας, τοῦτον σημήνας, προβήσομαι ἐς τὸ πρόσω τοῦ λόγου, ὁμοίως μικρὰ καὶ μεγάλα ἄστεα ἀνθρώπων ἐπεξιών· τὰ γὰρ τὸ πάλαι μεγάλα ἦν, τὰ πολλὰ αὐτῶν σμικρὰ γέγονε· τὰ δὲ ἐπ' ἐμοῦ ἦν μεγάλα, πρότερον ἦν σμικρά· τὴν ἀνθρωπηΐην ὦν ἐπιστάμενος εὐδαιμονίην οὐδαμὰ ἐν τὠυτῷ μένουσαν, ἐπιμνήσομαι ἀμφοτέρων ὁμοίως.

Reiicit igitur, quae de prioribus temporibus fabulis involuta ferebantur et a logographis tradebantur; maluit certa sectari indeque suae historiae initium ducere a Croeso, de quo primo certiora ipsi innotuerant, Lydiam, ubi olim ille regnarat, perlustranti. Hinc statim post mentionem rixarum, quae inter Graecos barbarosve, quibus enarrandis suum opus destinarat, *) olim exortae in Darii et Xerxis expeditionibus quasi repetitae finemque assecutae videantur, narrandi initium facit a Croeso Lydo; quoniam, nisi, quae bellis Persas inter atque Graecos gestis proxime antecesserint, accurate cognoris, haec ipsa bella eorumque rationes et causas vix rite intellexeris. **)

---

*) Vid. modo operis prooemium: Ἡροδότου Ἁλικαρνησσῆος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε· ὡς μήτε τὰ γενόμενα ἐξ ἀνθρώπων τῷ χρόνῳ ἐξίτηλα γένηται, μήτε ἔργα μεγάλα τε καὶ θωυμαστὰ τὰ μὲν Ἕλλησι τὰ δὲ βαρβάροισι ἀποδεχθέντα ἀκλεᾶ γένηται· τά τε ἄλλα, καὶ δι' ἣν αἰτίην ἐπολέμησαν ἀλλήλοισι (ubi, quod hoc loco addere placet, Aug. Matthiae in Ephemeridd. Ienenss. 1828 nr. 169 p. 389 τά τε ἄλλα reddi vult: *quam reliqua*, quoniam in antecedentibus sensu quidem contineatur verbum διηγεῖσθαι. Sed ita iam Wyttenbachius, quem attulimus, locum intellexerat in Selectt. Historicc. p. 338.)

**) Herodotus si chronologiâ duce historiam enarrare voluisset, ab Assyriis potius proficisci indeque ad Medos Persasque et ad bella cum Graecis gesta descendere rerumque historiam ad sua usque tempora continuare debuisset. Neque vero tale universale quod dicunt historiae opus ille condere voluit, quamquam quale nunc exstat, talis operis vices utique nobis sustinere debet; sed bella barbarorum cum Graecis enarrare et quidem ipsis Graecis in animo habuit; itaque ab ea terra exorditur, quae rixarum omnium origo et quasi fons Graecorum ora maxime in se converterat; atque e Lydia demum ad Persarum ac deinceps ad Graecorum res transit. Monuit Creuzer. Hist. Kunst d. Gr. p. 138.

Per Croesum sponte devenimus medias in Lydorum res, quas Noster hac occasione oblata, quam etiam in aliis nunquam praetermittere solet, ut scilicet quaecunque de aliqua terra eiusque incolis rerumque gestis comperta habeat, in medium proferat, accuratius et diligentius persequitur; Lydorum vero regnum cum a Persis duce Cyro eversum esset, paulo ante quam Graecis bellum esset illatum, oratio redit ad Cyrum et Persici regni initia, quae Medorum quoque imperium, unde illud exorsum erat, complectuntur. In Persis autem eorumque rebus gestis iam ita versatur oratio, ut vel Graecorum res his magis annexae videantur, quorum ipsorum libertas a Persarum invasione vindicata salusque asserta praecipuum operis argumentum haberi debet. *) Nam in eo vim suam apertissime declaravit divinum numen, quod omnes moderatur res humanas et in rerum natura sic dominatur, ut qui illud non revereantur, vindictam cum magno suo damno persentiscant. Id igitur quum in omnibus rebus humanis sit conspicuum, insigniori quodam modo apparuit in ipso illo bello, quod sibi historiae pater enarrandum sumserat. Itaque a Cyro, cuius res gestae usque ad finem libri primi exponuntur, oratio progreditur ad Cambysem eiusdemque res persequitur: in quibus cum Aegypti expugnatio praecipuum obtineat locum, pro more suo Herodotus hac occasione oblata, de huius terrae indole, incolis, sacris, aliis uberius disserit. A Cambyse transit ad Darium Hystaspis, qui quomodo Cambyse mortuo magorumque seditione exstincta ad regnum evectus sit et quomodo illud ordinarit, accurate exponitur. Sequuntur reliqua ab eo gesta, bella cum Scythis et Libyae populis gesta, quae ipsa occasionem patri historiae praebent, de Scythia ac Libya pluribus disputandi (nam hae terrae parum ante ipsum Graecis cognitae fuisse videntur); tum expeditiones adversus Graecos susceptae: quo ipso demum ad praecipuum ac primarium libri argumentum auctor accedit libro quinto. Thraciam et Macedoniam a Megabazo subactam, Ionum rebellionem ab Aristagora motam et mox sedatam, Mardonii expeditionem in Graeciam enarrat; tum sexto libro ad Graecorum res domesticas, quales illa fuerint aetate, transit, de Datis atque Artaphernis expeditione, quae pugna Marathonia finita est, exponit; septimo et octavo de Xerxis expeditione in Graeciam refert, nono pergit in exponendis huius belli vicibus usque ad Persarum reditum, quo bellum finitum est. **)

---

*) Vid. Creuzer. Hist. Kunst d. Gr. p. 139: „*Die Persische Geschichte bleibt nun ferner auch der Grundfaden, auf dem das ganze Gewebe aufgereihet wird, denn die Perser sind es, gegen welche die grosse That gethan, die Freiheit gerettet worden ist.*“

**) Plura de singulorum librorum argumento et narrationis connexu qui cupiant, vid. Dahlmann. in Herodot. p. 138 seqq.

§. 12.

Sed haec ne quis credat sola esse, quae in his libris posteritatis memoriae tradita Noster reliquerit, plura alia his addita et inserta videmus, quae occasione oblata praetermittere cum nollet, in medium protulit, quod illa aliqua certe ratione scitu utilia aut ad finem, quem assequi voluit, accommodata habuit. Hinc in Herodoteis libris haud paucae occurrunt digressiones sive episodia: de quibus satis diximus in nott. ad I, 23. 56. 131. III, 60. IV, 30. 145. 167. V, 55. V, 92 §. 2. VII, 171. *) Neque hae digressiones huiuscemodi sunt, ut, quod primarium sibi habuit Herodotus quodque inprimis demonstrandum sibi proposuerat, id minus cognosci possit. Hoc autem primarium, quo omnia singula continentur, unde omnia suspensa sunt, unde lucem suam ac quasi vim accipiunt, positum **) cernimus in barbaris, orbis terrarum dominis, Graecorum vi prostratis, deo ultore atque vindice Graecos adiuvante prosperumque successum parante. Hinc operis finis, ubi de barbaris vindicta sumta iique gravi damno afflicti sunt. Ita et Graecos libertatis studiosissimos, celebrare et divinam vindictam s. divini numinis vim commonstrare potuit auctor, patriae amore aeque ac pia in deos reverentia commotus. Quae ipsa cum omnem animum penetraret religiosissimumque redderet scriptorem, cavit quoque eundem ab omni mendacio fidemque inde conciliavit summam eius narrationibus, in quibus ubivis reperimus virum omni partium studio exemtum nec ipsis Graecis patrocinantem contra id, quod verum et iustum sibi videbatur. Vid. locos supra allatos.

Hoc vero cum unum sit primarium, singula quaeque complectens et ad se revocans, Herodotum, rerum scriptorem, efficit ut poetis epicis similia sectantibus adscribamus eiusque historiis speciem epici carminis tribuit. Nam multum utique abest, ut, qui ὁμηρικώτατος iure appellatur, ***) talem modo esse appareat in singulis locutionibus, dictionibus, vocabulis ex Homero petitis atque in suum

---

*) Vid. Creuzer. Histor. Kunst d. Griech. p. 141—146. Vel in hisce Homeri exemplum Herodoto fuisse obversatum vult Dionysius De Thucyd. Iud. VI p. 771.

**) Vid. Creuzer. l. l. p. 141, ubi Dionysii iudicium (De Thucydid. Iud. VI p. 826) disquirit Herodotum atque Hellanicum statuentis narrationem secundum loca distribuisse et conformasse. Et conf. quoque Meierotto in scriptione supra §. 10 laudata p. 599 seqq.

***) Longin. De sublim. §. 12: μόνος Ἡρόδοτος Ὁμηρικώτατος ἐγένετο. De Herodoto Homeri exemplum secuto eundemque imitante diligenter observavit quoque Meierotto l. l. p. 581. 584 seq. 586. 588. 592 seq. 595. Add. Alb. de Iongh. de Herodoti philosoph. p. 18 coll. 21.

opus translatis, quod proxime adscendens ad carmina, quae sola olim literis consignabantur, vel in soluta oratione haud pauca ligati sermonis vestigia retinere debuit, ut etiam ὁμηρικώτατον esse illum inveniamus in omni operis indole atque conformatione ad epicum carmen proxime accedente. *) Ex Homero **) quoque ductam esse eam notionem, quam per Herodoti libros regnare modo diximus, *de divina mente* atque *invidia* sive *vindicta*, tradit Eustathius: qui num recte statuat necne, deinceps intelligetur; ***) nos in naturam potius atque vim huius divinae mentis omnia moderantis et regentis inquiramus, quo simul Herodotei operis ratio melius nobis patescat ipsiusque scriptoris consilium in historia scribenda luculentius perspiciatur. De diis vulgo receptis quid senserit pater historiae, non ita enuntiat, quum pia reverentia ductus †) talia celare mallet quam temere in publicum prodere; indeque etiam ea efferre noluit, quae mysteriorum doctrinae initiatum sanior atque purior ratio docuerat. Quamquam supra vulgus illum sapuisse et altius quid secum statuisse, liquido ex iis patet, quae supra iam attuli de eius studio, res miras easdemque minime credibiles, cum a natura rerum prorsus abhorre-

---

*) Vid. Creuzer. Die histor. Kunst d. Gr. p. 146. 148 coll. 155 — 157. C. A. Böttiger. Prolus. De Herodoti historia ad carminis epici indolem propius accedente Vimar. 1792. 4 et in Ruperti et Schlichthorst. Commentt. philoll. (Brem. 1794) T. I p. 41. T. II p. 54. Geinoz. in Mém. de l'Acad. d. Inscriptt. T. XXIII p. 101 indeque vernacule in Gatterer. hist. Bibl. X p. 29—136.

**) Satis hinc apparet, Herodotum Homeri carmina, qualia nunc feruntur, uno volumine comprehensa novisse et eam, quae vulgo apud nos recepta est sententia, de iis habuisse, nec desunt quoque alia testimonia II, 116, ubi cf. nott. T. I p. 740 coll. II, 120. — IV, 29 coll. 32. — V, 67. VII, 161. II, 53. 23 coll. IV, 32. T. II p. 338. Conf. Creuzer. l. l. p. 155 seq. Moneo hoc propter eos, si qui adhuc sunt, qui Homeri carmina per multorum annorum adeoque seculorum decursum orta, postmodo demum a Pisistrato Athenis in unum corpus, cui Homeri nomen fuerit praepositum, collecta esse putent. A quà sententia longe abesse patrem historiae, non est quod operose commonstremus; qui quum Pisistrati res tam diligenter exponat, num eum Pisistrati merita de Homero silentio praeteriisse credibile est? Tum sane non opus habuisset Homeri aetatem definire II, 53: quam carminum famà ab historiae patre definitam vult Nitzsch. Melett. de Histor. Hom. fasc. II P. II p. 21. 38, ubi etiam bene monet, cum hac Herodoti computatione egregie convenire Apollodorum, qui in aetatum seriem et notas accuratissime inquisierit.

***) Conf. etiam Alb. de Iongh. l. l. p. 27.

†) „Relativement au culte des Dieux, Herodote montre l'attachement le plus vif pour ce qu'on peut appeler la religion nationale et un respect profond pour tous les objets de foi, pour toutes les opinions religieuses que la tradition des pères avoit fait passer aux enfans et que le peuple avoit scrupuleusement adoptées.“ Meierotto l. l. p. 647. Et conf. quoque Alb. de Iongh. De Herod. philosoph. p. 25. 26.

rent, ad id, quod verum est, revocandi atque e naturali rerum cursu explicandi. Atque huc etiam referre possis I, 131, ubi Persas, *quemadmodum Graecos*, *θεοὺς ἀνθρωποφυέας* statuisse negat, eo ipso indicans, Graecorum deorum vulgo receptorum naturam sibi bene esse cognitam. Adde II, 53: *ἔνθεν δὲ ἐγένετο ἕκαστος τῶν θεῶν, εἴ τε δ' αἰεὶ ἦσαν πάντες, ὁκοῖοί τέ τινες τὰ εἴδεα, οὐκ ἠπιστέατο μέχρι οὗ πρώην τε καὶ χθὲς, ὡς εἰπεῖν λόγῳ*; et potissimum ea, quae de Neptuno disserit VII, 129. T. III, p. 630. Hinc quoque IX, 65 fin. *δοκέω δὲ, εἴ τι περὶ τῶν θείων πρηγμάτων δοκέειν δεῖ, ἡ θεὸς αὐτή σφεας οὐκ ἐδέξατο κ. τ. λ.* Itaque recte mihi sic statuere videtur Iaeger. Diss. Herodd. p. 31: „*In universum in aprico est mentis Herodoti cum patria religione conspiratio. At non minus elucet, eum altiori collocatum loco, iudicantem potius quam temere credentem ad eam accedere.*"

Quaeritur igitur quid altius Noster senserit et qualem divini numinis notionem animo impressam tenuerit, ut ex ea, quae huius numinis est vis atque potestas in res humanas, rerum, quae accidunt, omnium sive natura sive necessitas intelligatur. Namque ex Herodoti sententia cum hominis certa sit conditio quaedam finesque positi ac termini, intra quos illum sese tenere necesse sit, certusque etiam opum ac divitiarum modus destinatus, eum, qui hunc modum divinitus constitutum excedere velit, divinum reprimit numen sive deus ille omnium rerum vindex, qui ordinem in rerum natura constitutum tuetur eo quod superbos homines altiusque sese efferre conantes a felicitatis quem obtinuerunt gradu deiicit atque calamitate immissa eos poena merita afficit. Quidquid enim in rerum natura nimium est atque iusto altius sese extollit, id divina illa vis reprimit atque intra fines suos compellit. *) Hanc vero divini numinis vim in sua historia potissimum commonstrare voluit Herodotus; ad hanc omnia fere refert, quae inde demum suum locum accipiunt atque ordinem. Haec per totum opus quasi regnat primaria divinae mentis notio, quâ deum omnium rerum moderatorem habeamus, qui aequabilitatem naturâ constitutam servet integram eamque omnibus modis tueatur incontaminatam. Hominis mortalis conditio, si cum illa divinae mentis vi ac potestate, cui ille se plane subiicere debet, comparetur, in-

---

*) Vid. potissimum VII, 10 §. 5: *ὁρᾷς τὰ ὑπερέχοντα ζῶα ὡς κεραυνοῖ ὁ θεὸς οὐδὲ ἐᾷ φαντάζεσθαι, τὰ δὲ σμικρὰ οὐδέν μιν κνίζει; ὁρᾷς δὲ ὡς ἐς οἰκήματα τὰ μέγιστα αἰεὶ καὶ δένδρεα τὰ τοιαῦτα ἀποσκήπτει τὰ βέλεα; φιλέει γὰρ ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν· οὐ γὰρ ἐᾷ φρονέειν μέγα ὁ θεὸς ἄλλον ἢ ἑωυτόν*, ubi vid. nott. T. III p. 453. Creuzer. Histor. Kunst d. Gr. p. 149 seq. Conf. etiam III, 108. IV, 165. VIII, 13 (*ἐποιέετό τε πᾶν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ὅκως ἂν ἐξισωθείη τῷ Ἑλληνικῷ τὸ Περσικὸν μηδὲ πολλῷ πλέον εἴη*), alia, quae paulo post excitantur.

firma atque debilis, eiusque virtus omnis consistit in ea temperantia ac moderatione, quâ divino numini sive legi divinae et omnium in natura rerum ordini inde constituto, se subiiciat nec quidquam contra temere suscipiat, illamve legem egrediatur. His consentanea sunt, quae de humanarum rerum statu et vicissitudinibus, et de tristi ipsius hominis sorte hic illic enuntiata reperiuntur. *)

Quum enim, quae ab hoc divino numine semel constituta sunt, mutari aut retractari nullo modo possint, apparet simul *fati* illa necessitas cum divini numinis notione arcte coniuncta, quam nemo unquam, neque mortalis neque deus ipse evitare aut mutare possit. **) Hac vero dei omnium rerum moderatoris fatumque constituentis notione alteram quoque *divinae iustitiae* atque *providentiae* notionem contineri sponte intelligitur; de hac cum satis dictum sit ad III, 108. T. II p. 198, nunc plura dicere non attinet; *iustitiam divinam* in iusta illa rerum omnium distributione servanda proportioneque divinitus in rerum naturâ constituta adversus impiorum ac superborum hominum conatus tuenda cerni volumus, quae cum improbos merita poenâ afficiat eamque vel ad stirpem illorum extendat ***), *divinae vindictae* quoque vim habet iureque νέμεσις vocatur in Herodotea narratione. †) Inde deus s. divini numinis illa vis fatalis, quae in vindicta tali cernitur, dolos fraudesque adeo nectere dicitur, quibus mortales superbos in perniciem agat, inscios quae ipsis immineant mala; ††) nec mirum, quod divinum illud numen hominibus ob nimiam felicitatem ultra terminos mortales se efferentibus et divini numinis naturam affectantibus *invidere* dicitur, deusque ipse vocatur φθονερός. †††) Neque tamen hac divini numinis vi fatique ne-

*) Vid. verbi causa I, 32. 86. 207. III, 43. VII, 203 ibiq. nott. T. III p. 753. V, 4 ibique nott. T. III p. 6 seq. VII, 46. T. III p. 517. 518. Conf. etiam Alb. de Iongh. de philos. Herodot. p. 58 seq.

**) Vid. I, 91 ibique nott. T. I p. 229. III, 43 ibique nott. T. II p. 81. V, 33. 94 §. 4. VII, 18 ibiq. nott. T. III p. 471. IX, 16. T. IV p. 229. Hinc ne iis quidem sacrificiis, quibus mala divinitus imminentia avertere vulgo student mortales, ullam vim tribui videmus contra haec fati sive divini numinis decreta. Vid. VII, 191. 189.

***) Prava parentum s. maiorum facinora in posteris puniuntur. Vid. I, 91 ibiq. nott. T. I p. 229. VI, 86 §. 3 et nott. T. III p. 349. VII, 134 ibiq. nott. T. III p. 637 coll. VII, 137 p. 642.

†) Vid. potissimum I, 32 T. I p. 81 et I, 34 coll. III, 40. 128. IV, 166. 205. T. II p. 640. VI, 84. VII, 137. VIII, 108 (T. IV p. 144) et 109. 129. IX, 64. Alb. de Iongh. De Philosoph. Herodot. p. 40 seqq., qui idem p. 50 de *providentia*.

††) Conf. II, 120 coll. IX, 91. — IV, 79 coll. II, 161.

†††) Conf. I, 32 ibiq. nott. T. I p. 81. III, 40. IV, 205. VII, 10 §. 5. VII, 46 fin. Alb. de Iongh. l. l. p. 32 seqq.

cessitate omnem liberam hominis voluntatem arbitriumque tolli credam, *) modo iustos intra terminos rerum natura atque aeterna necessitate mortali positos ille se contineat; quos si excedit superbiâ inflatus, divini numinis potestate repellitur, nec libere agere potest; nam quidquid agit, id irritum erit neque quidquam valebit contra aeterna divinae necessitatis decreta. Haec autem fati vis ac notio quam coniuncta sit cum poetarum antiquorum, Aeschyli, Sophoclis, aliorum notione de fato eiusque necessitate, haud opus pluribus commonstrare. Vid. modo Creuzer. in Histor. Kunst d. Griech. p. 152 not. Unius Aeschyli hic mentionem faciam qui in Persarum fabula idem fere, quod Herodotus sibi consilium propositum habuisse videtur, quum insigniori quodam exemplo commonstrare vellet divini numinis illam vim, quâ superbiam mortalium sese efferentium reprimat eorumque opes, vel si maximae videantur, confringat atque contundat. Bene perspexit Iacobs (Vermischt. Schrift. V p. 586) et qui ab eo laudatur Suvernius. **) Add. Blümner: Ueber d. Idee des Schicksals in den Tragoed. d. Aeschyl. p. 83 seq. Neque vero hoc *fatum*, quale sibi constituerat Herodotus, prorsus convenit cum *fortuna*, quae vulgo dicitur, quantumvis subinde utriusque notio confundi et quasi coalescere videatur. Namque in *fortuna* (τύχη) inest temeritas atque inconstantia; in *fato* necessitas aeternusque ille rerum sive causarum nexus, quo ad divinae mentis ab initio haec ad certum ordinem constituentis vim omnia in rerum natura revocantur. Fatum igitur ut necessitatem ita mentem quoque divinam quodammodo in se continet; fortunae notio vaga atque inconstans non certis finibus continetur, nec ipsa certum tenet modum ordinemque. Insignis hanc in rem locus exstat IX, 91: εἴτε κληδόνος εἵνεκεν — εἴτε καὶ κατὰ συντυχίην, θεοῦ ποιεῦντος. Quum enim ne fortuna quidem divinae mentis prorsus expers sit, hinc, opinor, dicitur θείη τύχη IV, 8, ubi cf. nott. T. II p. 288. V, 92 §. 3. I, 126

---

*) Conf. Iaeger. Dispp. Herr. p. 40, ubi qui affertur locus VII, 157, eum huc minus referri posse credam. Quod vero idem Iaeger. ab Herodoto tolli statuit internum rerum connexum sive pragmatismum, quem vocant, cum omnia extrinsecus imposita necessitate contineantur, secus mihi videtur. Inest utique pragmatismus in Herodoteo opere, sed diversus ille a posterioris aetatis historicorum ratione, qui quum ab humanis omnia ducant consiliis iisque omnia metiantur ac diiudicent, ab Herodoto discedunt divinitus quasi omnia constituente et a divini numinis vi ea repetente, quae illi naturali e rerum cursu, quem ipsum divinum Noster habuit, repetere atque explicare student. Conf. Creuzer. Die Hist. Kunst etc. p. 158 seq.

**) Comparantur ibi Aeschyli versus, qui primarii sunt hac in re, 91 sqq. 470. 720 sq. 742 sq. 791. 805 cum Herodoti locis VII, 10 §. 5. 6. VII, 46. 47 et potissimum VIII, 109, ubi quae Themistocles eloquitur, cum iis, quae Aeschylus sensisse videatur, apprime conveniunt.

ibique nott. T. I p. 301. *) In iis vero, quae fati necessitate rerumque divinitus constituto ordine atque aeterno nec mutabili divinae mentis consilio fiunt, utitur verbo ἔδεε, aut χρῆν **) aut similibus quibusdam. Et quum in his non tam accurate definitam notionem haberet, sed obscurum potius sequeretur sensum, nil mirum, quod in ipsis huius divini numinis appellationibus utique variat neque in una eaque certa appellatione acquiescit. Vocatur enim modo θεός,***) modo ὁ θεός, ****) modo τὸ θεῖον, †) quin etiam subinde δαίμων. ††) Et huc quoque pertinet δαιμονίη τις ὁρμή VII, 18 et θεῖον πρῆγμα II, 66. VI, 69; huc faciunt quoque adiectiva θεήλατος VII, 18 atque θεοβλαβής I, 127. VIII, 137.

Ex hac autem fati atque divinae mentis notione fluxit *divinationis* opinio, quam attigi ad VI, 27. T. III p. 258. †††) coll. Creuzer. Hist. Kunst d. Gr. p. 152 seq. nec inde miramur, tam crebro tantaque cum cura atque religione referri oracula, ostenta, prodigia, alia, quibus dii res futuras indicare solent mortalibus; nam ista quoque inserviunt ad divini numinis vim declarandam: id quod inprimis Nostrum voluisse supra diximus. Et qui reputaverit, quantum his tribuerit antiquitas, quantique momenti haec fuerint ad ea, quaecunque sive publice sive privatim agerentur, is curam eximiam, quam pater historiae illis impendit, necessariam quodammodo fuisse facile sibi persuadebit. Vid. nott. ad VI, 98. T. III p. 363. Aliud illud est, si, quid ipse pater historiae de oraculis ac divinatione senserit,

---

*) Hinc Livius I, 4: „*forte quadam divinitus*;" Similia exstant I, 111 κατὰ δαίμονα. VI, 84: ἐκ δαιμονίου. III, 153 et I, 86 σὺν θεῷ.

**) δεῖ s. ἔδεε de eo, *quod fato destinatum s. constitutum est*, invenitur II, 161. IV, 79. V, 33. V, 92 §. 4 ibiq. nott. T. III p. 179. VI, 135 ibiq. nott. T. III p. 416. VIII, 53. IX, 16. 109. Eodem fere sensu χρή s. χρῆν I, 8 ibique nott. T. I p. 25. II, 173; χρεών s. χρεόν VIII, 141 et 3 ibiq. nott. T. IV p. 4 coll. nott. ad I, 8 p. 25. T. I et V, 49. T. III p. 78. — τὸ πεπρωμένον III, 64.

***) Conf. VII, 8 §. 1. IX, 91 et in formula illa modo laudata σὺν θεῷ (εἰπεῖν.)

****) Conf. VII, 10. IX, 16. Contra etiam ὁ θεός de certo deo II, 24 aut IV, 79.

†) Conf. III, 40. 108. I, 32.

††) Conf. I, 86. 87. III, 119. VI, 12 coll. II, 40. Sic τὸ δαιμόνιον II, 20. Recte autem illud contendere videtur C. Hoffmann. (Tragoed. Graec. cum plastic. artis operib. comparata. Mogunt. 1834) p. 29 abstractam τοῦ θείου notionem sive ideam, cui nec vita nec vis insit, apud Herodotum nullo modo quaerendam esse.

†††) Φιλέει δέ κως προσημαίνειν, εὖτ᾿ ἂν μέλλῃ μεγάλα κακὰ ἢ πόλι ἢ ἔθνεϊ ἔσεσθαι· καὶ γὰρ Χίοισι πρὸ τούτων σημήϊα μεγάλα ἐγένετο — ταῦτα μέν σφι σημήϊα ὁ θεὸς προέδεξε κ. τ. λ.

quaeras. Fidem quandam illis adhibuisse Herodotum, vel ex eo, quem sibi finxerat, oraculorum ac divinationis nexu cum notione illa divini numinis, colligas; accedunt alia quaedam testimonia VII, 57 *) et VIII, 77, **) ubi pius scriptoris animus non audet obloqui oraculis, quamvis subdubitans, uti videtur, de eorum veritate. Distinxisse igitur Nostrum dixeris, nec omnibus eiusmodi dictis temere et continuo fidem addidisse: uti supra §. 10 iam monuimus disputantes de illo veri studio, quo Nostrum insignem fuisse atque prae vulgi superstitionibus sapuisse ostendimus.

Restat denique ut videamus, quid Herodotus de iis, quae post mortem futura sint, animo statuerit. De animae immortalitate ei persuasum fuisse, quem tanto ingenio praeditum, Aegyptiorum atque Graecorum mysteriis***) initiatum fuisse accepimus, num dubitabimus? Legas mihi, quae scribit II, 123 coll. IV, 95; adde his, quae exstant V, 4 iis simillima, quae divinus vates canit in Ecclesiast. VII, 1 aut in Iob. XIV, 1 et iunge hisce locos I, 31. VII, 46; nil dubium sane, quin animum immortalem esse crediderit Noster, indeque etiam melioris post mortem futurae conditionis spem habuerit certissimam, ut mortem exoptatum aerumnosae vitae duceret perfugium morique melius esse existimaret quam nasci. Ad quam sententiam sponte ducebat humanae fragilitatis atque infirmitatis notio, de qua supra diximus; qui enim si peccat, poenam eamque gravem luit nec talis est, qui peccatum evitare rerumque aequabilitatem, quam severe tuetur deus omnium vindex atque ultor, servare ubique possit, is perpetuis fere in hac vita iactatus malis atque calamitatibus, meliorem illam sortem non potest non praedicare, in quâ vitae terrestris fluctibus exemtus perpetuam tranquillitatem atque felicitatem se adepturum esse sperat. In hanc vero tristissimam vitae humanae cogitationem omnes incidere, qui christianae religionis luce careant, neminem fugit.

Ex ista autem Herodoti sententia de numine divino eiusque vi ac potestate, de ipsa hominis natura eiusque ratione agendi, qualis a divina mente ei constituta quasi ac praescripta est, haud scio an explicari possit, quae scriptoris fuerit sententia *de rebus publicis*, de ea regiminis forma, quae inter gentes constitui et reliquis praeferri debeat. Quum enim, quaecunque homines affligere possunt mala, ex

---

*) *τέρας σφι ἐφάνη μέγα, τὸ Ξέρξης ἐν οὐδενὶ λόγῳ ἐποιήσατο καίπερ εὐσύμβλητον ἐόν.* Et conf. etiam locum paulo ante allatum VI, 27.

**) *χρησμοῖσι δὲ οὐκ ἔχω ἀντιλέγειν ὡς οὐκ εἰσὶ ἀληθέες οὐ βουλόμενος ἐναργέως λέγοντας πειρᾶσθαι καταβάλλειν, ἐς τοιάδε πρήγματα ἐσβλέψας. — Ἐς τοιαῦτα μὲν καὶ οὕτω ἐναργέως λέγοντι Βάκιδι, ἀντιλογίης χρησμῶν πέρι οὔτε αὐτὸς λέγειν τολμέω οὔτε παρ᾽ ἄλλων ἐνδέκομαι.*

***) Vid. II, 51. 170 ibiq. nott. II, 171 coll. 3. 45. 46. 65.

ea enascantur superbia, quae iustum modum, quo quisque se tenere debeat, finesque mortalibus positos excedens ad divini numinis vim se extollere gestiat, nihil historiae pater magis exosum habet quam tyrannidem, nec quisquam mortalium magis videtur exsecrabilis quam tyrannus, in cuius animo haec sive superbia sive insolentia insidens altas egerit radices. Sed ea regiminis forma, quae illam omnium mortalium aequabilitatem quam maxime servare studet, eo quod suum cuique tribuens, neminem supra alios sese efferre patitur, quae igitur habet τὴν ἰσηγορίαν atque ἰσονομίαν, *) primaria videtur Herodoto, quae ceteris longe praestet. Hinc ut tyrannidem maxime aversatur, ita populari imperio ipse magis deditus fuisse videtur. Vid. nott. ad V, 66. T. III p. 112 seq. V, 78. T. III p. 143 coll. V. 92 §. 2. VI, 43. T. III p. 281. 282. VI, 108. T. III p. 379. VII, 156. T. III p. 681 seq. coll. III, 82. Neque vero hunc popularis imperii amorem eo valuisse, ut rerum veritati in narratione offecerit ipsumque scriptorem partium studio captum a vero abduxerit, ex iis, quae supra iam diximus, satis apparet; adde quod hanc suam sententiam ille non consulto et apertius enuntiat, sed magis tecte indicat, cum ab historiis suis talia, quae ad animum scriptoris magis, quam ad rerum narrationem pertineant, abesse maluerit.

§. 13.

Opus Herodoteum, quale nunc legimus, in novem libros, qui singuli Musarum nominibus inscripti sunt, divisum videmus. Quae tamen divisio ab ipso auctore num profecta sit, iure dubites; quandoquidem ille nunquam singulos libros ita divisos et inscriptos novit, sed ad prius narrata si respicit, λόγους in universum vocat sive τοὺς πρώτους sive τοὺς ὀπίσω, τοὺς ὀπίσθε λόγους, ἐν ἄλλῳ λόγῳ, et quae sunt his similia, quibus singulas narrationis partes, quas nunc accuratius distinctas et Musarum nomine ornatas videmus, Ille indicare solet. Iam monuit Wesseling. in Praefat. §. 2, ubi quaedam addidit Schweighaeuserus. Tu vid. quae notavimus ad I, 75. 105. V, 22 coll. II, 38. 161. VI, 19. VII, 213. Itaque eam, quae nunc obtinet librorum et divisionem et appellationem ab Herodoto ipso factam esse negamus; qui si illius utriusque auctor esset, eam certe quoque adhibuisset. Appellationis originem Lucianus indicare videtur in Herod. 1. T. IV p. 117 ed. Bip. οὐ θεατὴν ἀλλ' ἀγωνιστὴν Ὀλυμπίων παρεῖχεν ἑαυτὸν, ᾄδων τὰς ἱστορίας καὶ κηλῶν τοὺς παρόντας, ἄχρι τοῦ καὶ Μούσας κληθῆναι τὰς βίβλους αὐτοῦ, ἐννέα

---

*) Conf. nott. ad III, 80. T. II pag. 144 seq. et ad V, 78. T. III pag. 143.

καὶ αὐτάς; quae eadem fere exstant in libr. Quomodo histor. conscr. §. 42 p. 48 Herm. Unde hoc certo mihi colligere posse videor, Luciani aetate hanc et distinctionem et appellationem iam obtinuisse, ab Alexandrinis, opinor, criticis introductam, quos, ut aliis rerum scriptoribus, ita Herodoto peculiarem quandam curam impendisse nemo nescit. Nec desunt similes operum tituli. Bion rhetor, teste Diogen. Laert. IV, 58, novem quos ediderat libros *Musarum* nominibus inscripsit. Cephalionem, qui rerum scriptor Alexandri aetate floruisse fertur, historiae libros Ionico sermone scriptos, *Musarum* nominibus insignivisse narrat Photius Bibl. Cod. LXVIII p. 34 Bekk., idemque fecisse Aurelium Opilium testatur Sueton. De illustrr. Gramm. cp. 6. Aeschines, eodem teste Photio Cod. LXI init. p. 20 Bekk., tribus orationibus *Gratiarum*, novem epistolis *Musarum* imposuit nomina. Num vero Theopompi aetate, qui duobus libris conceptam Herodoti epitomen scripsisse fertur, Herodoti opus iam ita, uti nunc videmus, divisum et inscriptum fuerit, id in tanta fragmentorum huius epitomae paucitate definiri nequit. *)

§. 14.

Herodotus, Halicarnasso Dorum civitate oriundus, Ionica tamen dialecto libros suos condidit, qua eadem Ctesiam, **) Hippocratem, Democritum, alios usos esse accepimus, tunc temporis maxime excultâ et florente. Ac Ionicae dialecto Herodotum Sami, quâ in insula longius certe illum commoratum esse supra diximus (§. 4), assuevisse quod scribit Suidas ***) loco supra laudato, pro mera coniectura id habendum esse pronuntiat Iaeger. Dispp. Herodd. p. 7, ubi sic pergit: „Res et per se parum probabilis et convincitur Samiae dialecti forma, ab Etymologici Magni scriptore servata, *Δεύνυσος*, †) ab Herodoti dialecto aliena. Dubium non esse videtur, quin dialectus, qua Herodotus usus est, fuerit forma dialecti Ionicae Carica, ††) eadem,

---

*) Fragmenta huius epitomae quae exstant pauca collegit et illustravit G. Frommel. in Creuzeri Melett. III p. 135 seqq.

**) De *Ctesiâ* dixi in Prolegg. ad Ctes. fragmm. p. 20. 21, ubi vid. Salmas. De Hellenist. p. 41—42. De *Democrito* conf. Aelian. V. Hist. IV, 20. De *Hippocrate* satis constat.

***) Verba sunt: *ἐν οὖν τῇ Σάμῳ καὶ τὴν Ἰάδα ἠσκήθη διάλεκτον.*

†) Vid. p. 259, 30 et cf. Hesych. I p. 496, ubi *ἀποφλᾶσαι· ῥογχάσαι· Κρῆτες καὶ Σάμιοι.* Fischer. ad Weller. I p. 54.

††) Herodot. I, 142. Qui locus a Iaegero allatus sic se habet: *Μίλητος μὲν αὐτῶν πρώτη κέεται πόλις πρὸς μεσαμβρίην· μετὰ δὲ Μυοῦς τε καὶ Πριήνη· αὗται μὲν ἐν τῇ Καρίῃ κατοίκηνται, κατὰ ταῦτα διαλεγόμεναι σφι.*

qua et Hecataeus scripserat Milesius. Ad huius potissimum et orationis et linguae rationem sese conformaverit necesse est; quaeque exstant Hecataei fragmenta, magnam ostendunt utriusque sermonis similitudinem." Subiiciam his Creuzeri verba in fragmm. historicc. p. 18: „Etenim Eustathius ad Homer. Il. I p. 7 Basil. et alia disputat et illud addit: *Herodotum Pherecydis* et *Hecataei* in orationis genere similem esse. Quod uti non praecise negaverim, ita nullus dubito, si *Hecataei* quidam liber integer exstet, plurima repertum iri, unde patefiat elegantior quidam cultus, quem prosaica Ionum oratio *Herodoti* artificio debeat." Quae ut verissima disputata videntur, ita Iaegeri illam sententiam, quâ *Canca* Herodotum contendit usum esse dialecto, non habeo, quibus accuratius probem. Nihil dubium, quin, quâ aetate pater historiae scripsit, Ionum dialectus maxime culta et propagata fuerit, unde factum, ut et Herodotus et alii, quos supra nominavi, illa uterentur necesse esset. *) Hinc vel Hellanicus, qui Herodoti suppar censetur, Ionicam dialectum in libris suis praetulisse videtur; quippe cuius in fragmentis adhuc quaedam superesse dicunt Ionici sermonis vestigia; **) quid quod Pherecydis historias eodem Ionum sermone conscriptas esse valde fit probabile? ***) De Hecataeo Milesio satis testantur reliquiae; et diserte tradit Hermogenes de Ideis II p. 513 †), Hecataeum usum esse τῃ διαλέκτῳ ἀκράτῳ Ἰάδι, Herodotum vero ποικίλῃ i. e. *multis orationum figuris et numeris variegata*, ut explicat Wesseling. Diss. Herod. X p. 146, vel potius, *mixta* i. e. non pura Ionica, sed variata, aliis epici et vulgaris sermonis formis admixtis. Apud Phot. Cod. LX p. 59. Ἰωνικῆς διαλέκτου κανὼν vocatur Herodotus, et a Dionys. Halic. Epist. ad Cn. Pomp. VI p. 775 Reisk. Ἰάδος ἄριστος κανών. In sepulcri inscriptione autem Herodotus vocatur Ἰάδος ἀρχαίης ἱστορίης πρύτανις.

Quae quum ita sint, operae sane pretium, accuratius in eam, quae Herodotei sermonis fuerit, formam inquirere. Quem enim Ionica dialecto scripsisse diximus, is haudquaquam in omnibus ita certas

---

*) Vid. Dionys. Halic. VI p. 864. (p. 146. 147): οἱ δὲ πρὸ τοῦ Πελοποννησιακοῦ γενόμενοι πολέμου καὶ μέχρι τοῦ Θουκυδίδου παρεκτείναντες ἡλικίας, ὁμοίας ἔσχον ἅπαντες ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ προαιρέσεις· οἵ τε τὴν Ἰάδα προελόμενοι διάλεκτον, τήν τε τοῖς τότε χρόνοις μάλιστα ἀνθοῦσαν καὶ οἱ τὴν ἀρχαίαν Ἀτθίδα μικράς τινας ἔχουσαν διαφορὰς παρὰ τὴν Ἰάδα κ. τ. λ.

**) Vid. Sturz. ad Hellanici fragmm. p. 25 coll. p. 44. 143.

***) Vid. Sturz. ad Pherecyd. p. 74 seq.

†) locus ipse sic se habet: (Hecataeus) τῇ διαλέκτῳ δὲ ἀκράτῳ Ἰάδι καὶ οὐ μεμιγμένῃ χρησάμενος οὐδὲ κατὰ τὸν Ἡρόδοτον ποικίλῃ ἧττόν ἐστιν ἕνεκά γε λέξεως ποιητικός

quasdam leges sequi videtur, ut omnia ad unam eandemque normam dialecti Ionicae constituta sint; quin hoc ipsum posterioris aetatis grammaticorum studium fuisse, ut Herodotum, quem in singulis formis verbisque non omnia ad unam regulam certam exigere invenerant, corrigerent et ad Ionicae dialecti canonem, quem sibi finxerant, magis conformarent, ut sui ipsius magis constans ille appareret, vestigia quaedam indicare videntur. *) Nimirum illos grammaticos idem offendisse videtur, quo vel nostra aetate haud paucos viros doctos offendi videmus, quod scilicet Herodotus non omnia accurate ad Ionicae dialecti leges normamque exegerit, sed alias aliarum quoque dialectorum formas promiscue adhibuerit, ne in ipsis quidem Ionicis formis sibi prorsus constans, quarum in locum vulgaris aut epici sermonis formae haud raro succedant, ita ut nulla appareat causa, cur hanc sive illam formam praetulerit. Auxerunt hanc sive varietatem sive inconstantiam librarii codicum incuriosi, **) prave formas varias permiscentes nec ita discernentes, ut in locis dubiis criticus habeat, quod sequatur, praesertim cum vix adhuc certo constet de singulis huius dialecti formis flexionibusque nec ipsa grammaticorum praecepta cum iis, quae singulis locis apud Herodot. libri scripti afferunt, concinant; quin quod ipsi grammatici veteres ex Herodoti libris quaedam afferunt ***), quae in Herodoto, qualem nunc scripti libri exhibent, frustra quaeras. Quae quum ita se habeant, Wesselingio satius videbatur optimos quosque sequi codices, praecepta grammaticorum enotare et ad textum melius constituendum, quoad per libros liceret, adhibere; eumque hac in re, alios ut taceam, secutus est Reizius, deseruit Schaeferus, qui formarum quandam constantiam, quam in Herodoti editionibus aegre desiderabat, restituere cum vellet, omnia ad unam eandemque normam certamque Ionici sermonis regulam ita exegit, ut, parem sibi reddere cum conaretur Herodotum, mox tamen ipse intelligeret, quam temere egerit. Itaque in via subsistens ad priorem Wesselingii rationem utpote tutiorem at-

*) Conf. Ephemeridd. Ienens. 1817 nr. 161 p. 352 et add. H. Apetz., qui ad Herodot. II, 121 p. 290 suae edit. ita pronuntiat: „Nimia fuit grammaticorum prae ceteris opera, quam in eo collocarunt, ut Musae Herodoti mulierum Ionicarum more pretiosis indutae vestibus incederent. Nonnullas verborum formas, quas in textu retinendas editorum religio curavit, huic inutili studio debemus.“ — Non dubito, quin complures harum formarum ionicae vel potius poeticae ex versibus Homeri et Pythiae, quos Herodotus historiis inseruit, in textum irrepserint.“ Add. Struve Quaest. Herodd. Specim. I p. 10.

**) Ac merito conqueritur Struve Quaest. Herodd. Spec. II pag. 15 plerosque codices Herodoti in talibus, quas minutias vulgo habent, non satis accurate collatos esse.

***) Conf. Wesseling. Diss. Herod. VI p. 48 seq.

que certiorem redire maluit. Ac iuvat ipsa viri praestantissimi verba huc apponere: *) „Quum primum Herodoto recensendo manus ad-„movissem, hanc mihi legem scripseram, ut formis verborum com-„munibus, etiam tum cum codices tacerent expulsis, Ionicas suffice-„rem. Hunc morem in prioribus plagulis constanter tenui. Sed mox „instituti me poenitere coepit; *planeque cognovi Herodotum, perinde ac* „*ceteros scriptores Graecos, dialectum ad grammaticam ἀκρίβειαν non* „*ea exegisse, quae vulgo creditur constantia atque perpetuitate.*“ Caveant inde sibi, qui inconstantiam illam in singulis formis obviam librariis solis cum tribuant, in Herodotum grassari temereque omnia ad unam quam sibi constituerint normam exigere et corrigere velint. Qui constantiam cum sectentur, nonne in maximam inconstantiam se incidere vident? si quidem temere hic libros scriptos sequuntur, illic deserunt, nulla alia ex causa, nisi quod librorum lectio cum ea, quam sibi animo informarunt regula praeceptisve grammaticorum, non consentiat. Neque sane ipsum Herodotum credam istam in singulis Ionicae dialecti formis constantiam, quam desiderant, novisse indeque omnia ad unam eandemque normam exegisse, quae multum vereor, ut Herodoti aetate iam exstiterit, quâ dialecti singulae vixdum ita discretae, uniuscuiusque termini ac fines vixdum ita diligenter constituti, quemadmodum posterioris aetatis grammaticorum studiis id factum esse invenimus; ut sane ex aliis quoque dialectis haud pauca in Herodoti sermonem transiisse consentaneum sit. Quodsi igitur Hermogenes l. supra l. de Herodoti dialecto loquitur ποικίλῃ, id ad eam quoque sermonis varietatem revocare licebit, quâ Ionicis formis alias epici et vulgaris sermonis formas Nostrum admiscuisse eoque orationem variasse sive *oratione variata* usum esse putemus, vix ullo certo in eligendis singulis formis consilio ductum, sed ea recipientem, quaecunque animum subirent aut priorum scriptorum usu introducta sponte sese offerrent. **) Nec talia nobis, opinor, rimari licebit, quae a peculiari scriptoris animo ac sensu pendeant indeque unice diiudicari possint. Mixto igitur nec finibus certis circumscripto orationis genere Herodotum usum esse volumus nec quidquam aliud nobis faciundum esse videtur, nisi quod Gaisfordium fecisse invenimus: codicum meliorum et antiquiorum ut sequamur auctoritatem, ne inconstantiam constantiâ tollere cum velimus, ipsi maxime inconstantes reperiamur, Herodotumque sui ipsius maxime dissimi-

*) Vid. Praefat. pag. V. Probat Schweighaeuser. Praefat. I, 2 pag. XXIII.

**) Meierotto l. l. p. 596 seqq. de Herodoti dialecto disserens haec addit: „peut-on en conclure, qu'il suit ici une règle générale, l'usage reçu, sa langue, son dialecte, ou plutôt *ne faudra-t-il pas dire qu'il consulte son oreille et la suite?*“

lem exhibeamus. Talem enim temeritatem a venerandis antiquitatis monumentis quam maxime abesse debere iudicamus. Quod vero A. Matthiae statuit ad Herodot. II, 87 p. 289: „Qualiscunque sit dialecti Herodoteae licentia, leges etsi non invenerimus, esse tamen, quibus harum formarum ad suam quaeque consuetudinem restringatur, nemo facile negare poterit. Res est longioris disquisitionis, quam ut brevi annotatione absolvi possit,“ vix equidem credo huiuscemodi leges unquam fore qui reperiat; quae maxime vereor ut unquam exstiterint animove scriptoris tam definite et clare obversatae fuerint. Qui igitur ab Herodoti editore id postulat, *) ut tales sermonis leges rimetur, secundum quas varias hic illic obvias lectiones diiudicet textumque constituat, is talia illi imponere mihi videtur, quae nunquam ab illo praestari posse persuasum habeo. Itaque ne Struvio **) quidem nobis prorsus assentiri licuit; qui vir doctissimus laudabili studio, cui par accessit diligentia summaque sollertia in singulis et colligendis et digerendis, Ionicum Herodoti sermonem ad certas leges et ad iustam formarum constantiam revocandi, quo critico viro certam pararet viam, ut ne in singulis formis eligendis anceps haereret inconstantiae illi formarum singularum ita succurri posse arbitratus est, ut si quam formam plurimis locis Noster, secundum optimorum librorum auctoritatem, constanter tenuerit, eandem quoque in reliquis locis, in quibus paucis alia forma obvia, recipi vellet vel invitis codicibus, a quibus nos in re tam incerta tamque dubia stare maluimus, ***) quum iusta mutandi causa nobis nulla adparuisset, Herodotum una eademque forma ubivis usum esse negantibus et quidem ipso veterum librorum ex testimonio, quorum auctoritatem in talibus deserere nobis non licet. Quamquam non sum nescius, in Herodoto haud pauca ferri menda, quae codicum quotquot supersunt omnium auxilio tolli nequeant, †) de quibus merito iam conquestus erat Wesselingius, ††) si quidem ista tam inveterata sunt, ut codices

*) Conf. Ephemeridd. Ienenss. 1817 nr. 161 p. 352.

**) Quaestionum de dialecto Herodoti Specimen I. II. III. Regimontii 1828 seqq. Tu vid. quae dixi in Seebod. biblioth. critic. 1829. II nr. 98 p. 390 seq.

***) Vid. nott. ad Herod. II, 121. T. I p. 751 ad III, 2. 48 (T. II p. 3. 4. 87) VI, 69. T. III p. 322 coll. ad I, 77. T. I p. 198 et quae dixi in Bibl. crit. l. l.

†) Conf. nott. ad VII, 162. T. III p. 691 coll. IX, 122. Et huc refero mendosum illud *διεπρήστευσε* IV, 79, ubi cf. nott. T. II p. 429, eodemque, ut videtur, pertinent VII, 145 *ἐγκεχρημένοι*, ubi vid. nott. T. III p. 659. VII, 89 *ἐσταλάδατο*, ubi vid. nott. p. 572 seq. VIII, 73 *ἐκδεδωρίευνται*, ubi vid. nott. T. III p. 100.

††) in Dissertat. Herod. X p. 147.

adhuc superstites et ex uno fonte, ut videtur, derivatos superent. Pertinent huc etiam, alia ut taceam, frequentiores illi in numeris errores, *) quos scriptoris socordiae aut negligentiae tribuere cum vix liceat maximam certe partem librariis adscribere malumus. Ac legimus apud Porphyr. Quaest. Hom. cap. 8: *πολλὰ φέρεσθαι μέχρι νῦν ἁμαρτήματα κατὰ τὴν Ἡροδότου συγγραφήν.*

§. 15.

Sed revertamur ad ipsam, qualiscunque est, Herodoti orationem, quam multas laudes apud veteres tulisse, plura indicant. Hinc Quintilianus Inst. Orat. IX, 4, 18: „In Herodoto vero cum omnia, ut ego quidem sentio, leniter fluunt, tum ipsa διάλεκτος habet eam iucunditatem, ut latentes etiam numeros complexa videatur." Affert autem hoc contra Ciceronem, qui Lysiam, Herodotum, Thucydidem parum studiosos eius artis, quae in orationis compositione versatur, fuisse dixerat. Neque vero hanc Herodoteae orationis *iucunditatem* sive pulcritudinem in verbis tantum quaerebant veteres, sed *suavitatem* quoque elocutionis, in totius orationis structura et compositione sitam collaudabant, quum ita scriptor res enarret, ut illae fando vel iucundiores fiant quam si oculis subiiciantur nostrique animi inde vel maxime commoveantur. **) Accedit his grata illa orationis *variatio* in verbis singulis aeque ac tota orationis conformatione bene conspicua. Et quum Herodotus in oratione sua iustum ubique teneat modum nec ullo modo molestiam creet, extra fines evagando, quumque singula verba, quin omnis oratio optime delecta reique maxime conveniens inveniatur, praedicatur in Herodoto *μέση λέξις*, ***) quae mediocriter temperata delectu constat eorum, quae in reliquis dicendi generibus videantur praestantissima, eiusque sermo medium quoddam tenere dicitur inter nimiam austeritatem

---

*) Conf. nott. ad I, 7. T. I p. 23. I, 32. II, 9. 145. T. I p. 496. 819. VII, 187. T. III p. 732 seq. coll. IX, 29, T. IV p. 251.

**) Conf. Dionys. Halic. De composit. verbb. III p. 37—47 ed. Schaefer. (ubi exempla ex Herodoto affert I, 6. 8.) IV p. 57 coll. X fin. p. 115, ubi Herodoteam orationem et dulcem (ἡδεῖαν) et pulcram esse statuit. Conf.. XIX p. 267 seq. Add. Lucian. Herod. 1 init. Hinc apud Athenaeum III, 15 p. 78 E. p. 309 Schw. Herodotus vocatur ὁ *θαυμασιώτατος καὶ μελιγηρύς.*

***) Conf. Dionys. Halic. De verb. compos. XXIV p. 372 Schaef. coll. XIX p. 267 seq. Schaef. De admirand. vi dicend. in Demosth. §. 41. T. VI p. 1082 seq. Reisk. (coll. §. 35 seq. p. 1067), ubi Herodoti affert locum VII, 8 §. 1. Marcellin. Vit. Thucyd. §. 40: *ἴσθι ὅτι μέσῳ μὲν (χαρακτῆρι) Ἡρόδοτος ἐχρήσατο, ὃς οὔτε ὑψηλός ἐστιν οὔτε ἰσχνός, ἰσχνῷ δὲ ὁ Ξενοφῶν.*

atque nimiam venustatem. His autem virtutibus, quae apta et argumenti et orationis electione, verborum grata compositione et varietate, unde maximam orationis ipsius venustatem et suavitatem oriri constat, continentur, Herodotum Thucydidi praestare iudicarunt veteres, *) cui etiam in eo praestiterit, quod unde initium ducendum et quo usque perveniundum, optime scierit. **) Thucydidem *ἐν τοῖς παθητικοῖς* (i. e. in exprimendis vehementioribus animi motibus) excellere, Herodotum *ἐν τοῖς ἠθικοῖς* (i.e. in animi affectibus sedatioribus indicandis—im Ausdruck der ruhigeren Gemüthsbewegungen) iudicat Dionysius; ***) cui iungo Quinctiliani iudicium Inst. Orat. X, 1 §.73: „Densus et brevis et semper instans sibi Thucyd.; *dulcis et candidus et fusus Herodotus;* ille concitatis, hic remissis affectibus melior, ille concionibus, hic sermonibus, ille vi, hic voluptate.“ Hinc quoque Cicero in Orat. 12: „alter (Herodotus) sine ullis salebris quasi sedatus amnis fluit, alter (Thucydides) incitatior fertur et de bellicis rebus

---

*) Vid. Dionys. Halic. Epist. ad Pompei. §. 3 p. 128. 129. (T. VI p. 767 seqq.) De vett. scriptt. cens. V p. 424 seq. Iudic. de Thucydid. T. VI p. 775—777 Reisk. Equidem insigniora quaedam huc tantum apponam: — *ἡδονὴν δὲ καὶ πειθὼ καὶ τέρψιν καὶ τὰς ὁμοιογενεῖς ἀρετὰς εἰσφέρεται μακρῷ Θουκυδίδου κρείττονας Ἡρόδοτος· τῆς δὲ φράσεως τῶν ὀνομάτων τὸ μὲν κατὰ φύσιν Ἡρόδοτος ἐζήλωκε, τὸ δὲ δεινὸν Θουκυδίδης, ὁμοειδὴς πᾶς ὢν ἐν λόγοις. ἀρετῶν ἡ κυριωτάτη τὸ πρέπον· ταύτην ὁ Ἡρόδοτος ἀκριβοῖ μᾶλλον ἢ Θουκυδίδης· ὁμοειδὴς γὰρ οὗτος ἐν πᾶσι, κἂν ταῖς δημηγορίαις μᾶλλον ἢ ταῖς διηγήσεσιν· ἐμοὶ μέντοι καὶ τῷ φιλτάτῳ Καικιλίῳ δοκεῖ τὰ ἐνθυμήματα αὐτοῦ μάλιστά γε καὶ ζηλῶσαι Δημοσθένης· ἵνα δὲ συνελὼν εἴπω, καλαὶ μὲν αἱ ποιήσεις ἀμφότεραι· οὐ γὰρ ἂν αἰσχυνθείην ποιήσεις αὐτὰς λέγων· διαφέρουσι δὲ κατὰ τοῦτο μάλιστα ἀλλήλων, ὅτι τὸ μὲν Ἡροδότου κάλλος ἱλαρόν ἐστι, φοβερὸν δὲ τὸ Θουκυδίδου.*

**) Dionys. Epist. ad Pompei. §. 3 p. 129, 15, 16 (T. VI p. 769): *δεύτερόν ἐστι τῆς ἱστορικῆς πραγματείας ἔργον, γνῶναι πόθεν τε ἄρξασθαι καὶ μέχρι τοῦ προελθεῖν δεῖ. φαίνεται δὲ καὶ τούτῳ Θουκυδίδου πολὺ Ἡρόδοτος φρονιμώτερος· ἄρχεταί τε ἀφ᾽ ἧς αἰτίας ἤρξαντο πρῶτον κακῶς ποιεῖν τοὺς Ἕλληνας οἱ βάρβαροι· καὶ προελθὼν εἰς τὴν βαρβάρων κόλασιν καὶ τιμωρίαν λέγει.* et paulo antea (p. 767) p. 128, 42: *περὶ μὲν Ἡροδότου καὶ Θουκυδίδου ταῦτα φρονῶ· Πρῶτον ὅτι καὶ σχεδὸν ἀναγκαιότατον ἔργον ἁπάντων ἐστι τοῖς γράφουσιν ἱστορίας, ὑπόθεσιν ἐκλέξασθαι καλὴν καὶ κεχαρισμένην τοῖς ἀναγνωσομένοις· τοῦτο Ἡρόδοδος κρεῖττόν μοι δοκεῖ πεποιηκέναι Θουκυδίδου· ἐκεῖνος μὲν γὰρ κοινὴν Ἑλληνικῶν τε καὶ βαρβάρων πράξεων ἐξενήνοχεν ἱστορίαν, ὡς μήτε τὰ γενόμενα ἐξ ἀνθρώπων ἐξίτηλα γένηται, μήτε τὰ ἔργα καὶ ἅπερ αὐτὸς εἴρηκε· τὸ γὰρ αὐτὸ προοίμιόν τε καὶ ἀρχὴ καὶ τέλος ἐστὶ τῆς ἱστορίας κ. τ. λ.*

***) De Vett. Scriptt. Cens. V p. 425: *ἐν μέντοι τοῖς ἠθικοῖς κρατεῖ Ἡρόδοτος, ἐν δὲ τοῖς παθητικοῖς ὁ Θουκυδίδης* coll. Epist. ad Pompei. VI p. 776: *Θουκυδίδης μὲν γὰρ τὰ πάθη δηλῶσαι κρείττων· Ἡρόδοτος δὲ τά γ᾽ ἤθη παραστῆσαι δεινότερος.* Vid. Creuzer. Die hist. Kunst d. Gr. pag. 194.

canit quodammodo bellicum.“ Add. eundem De orat. II, 13 §. 55 et II, 15 §. 64 coll. Visconti Iconograph. Grecque T. I p. 313 seq. Hinc Aristoteles in Rhet. III, 9: ἡ μὲν οὖν εἰρομένη λέξις ἡ ἀρχαῖά ἐστιν· Ἡροδότου Θουρίου ἥδε ἱστορίας ἀπόδεξις; ubi quid sit εἰρομένη λέξις accurate disquirit Turnebus ad Cicer. De Legg. I, 1 p. 532 ed. Moser et Creuz. *tractam* orationem reddens, die unperiodische Rede, ut Creuzerus interpretatur (Die hist. Kunst der Griech. p. 189) quae eadem a Demetrio (De Elocut. §. 11. 12) vocatur ἡ διῃρημένη λέξις. Subiiciam his Dionysii locum hac in re insignem in Iudic. de Thucyd. §. 23 p. 147, 12 (T. VI p. 865 seq. Reisk.) οὗτος δὲ (sc. Herodotus) κατὰ τὴν ἐκλογὴν τῶν ὀνομάτων καὶ κατὰ τὴν σύνθεσιν καὶ κατὰ τὴν τῶν σχηματισμῶν ποικιλίαν, μακρῷ δή τινι τοὺς ἄλλους ὑπερεβάλετο καὶ παρεσκεύασε τῇ κρατίστῃ ποιήσει τὴν πεζὴν φράσιν ὁμοίαν γενέσθαι πειθοῦς τε καὶ χαρίτων καὶ τῆς εἰς ἄκρον ἡκούσης ἡδονῆς ἕνεκα· ἀρετάς τε τὰς μεγίστας καὶ λαμπροτάτας ἔξω τῶν ἐναγωνίων οὐδὲν ἐν ταύταις ἐνέλιπεν· εἴτε οὐκ εὖ πεφυκὼς πρὸς αὐτὰς εἴτε κατὰ λογισμόν τινα ἑκουσίως ὑπεριδὼν, ὡς οὐχ ἁρμοττουσῶν ἱστορίαις· οὐδὲ γὰρ δημηγορίαις πολλαῖς ὁ ἀνὴρ οὐδ᾽ ἐναγωνίοις κέχρηται λόγοις οὐδ᾽ ἐν τῷ παθαίνειν καὶ δεινοποιεῖν τὰ πράγματα τὴν ἀλκὴν ἔχει· τούτῳ δὲ δὴ τῷ ἀνδρὶ Θουκυδίδης ἐπιβαλὼν κ. τ. λ. Add. alium locum non minus insignem in Epist. ad Cn. Pompei. T. VI p. 775 seq., ubi singulas, quibus Thucydidem superat Herodotus virtutes, Dionysius accurate persequitur. Ac denique etiam conferri potest Photius Cod. LX.

Hisce orationis Herodoteae virtutibus adde eam, quam appellant τὴν ἀλήθειαν, *) ad ἦθος, uti tradit Hermogenes, maxime pertinentem et cum ea bene coniunctam, quâ nimirum id, quod cuique proprium naturâ est, tale etiam enarretur et quale revera sit, exhibeatur in oratione, quae uniusque personam diligentius cum tueatur, eo ipso fiat vivida adeoque mimica. Pertinent huc proverbiales locutiones crebrius intersertae, dicta sententiosa saepius obvia, ut quorum magnam sane copiam ex Herodoti Musis colligere possis. Ac denique praedicanda est maxima elocutionis *simplicitas* **) eaque nativa quaedam, quae nihil fucati aut quaesiti habet, expers omnis artis aut structurae artificiosae, sed sponte scriptoris ex animo profluens omnes, qui ad Herodotum legendum accedunt, mirum in modum capit atque demulcet, praesertim cum in maxima orationis suavitate maximam quoque habeat *perspicuitatem*, quae haud raro verbo-

---

*) Conf. Creuzer. Histor. Kunst d. Gr. p. 195 seq.

**) Hanc Herodoteae orationis ἀφέλειαν iure laudat Valcken. ad IV, 68. 127. T. II p. 321. 503 ed. nostr. Et conf. quoque nott. ad IV, 113 p. 487. I, 8.

rum abundantiam quandam et gratam quandam negligentiam parit, iis molestam, qui Herodoteae orationis naturam atque indolem haudquaquam perspexerunt. Nam multum abest, ut hinc remittat oratio Herodotea, sed, ut Dionysii *) utar verbis, ὕψος δὲ καὶ κάλλος καὶ τὸ λεγόμενον ἰδίως πλάσμα ἱστορικὸν Ἡρόδοτος ἔχει. Nec aliter statuendum de orationibus narrationi haud raro insertis, quae sponte profluunt ex eodem scriptoris studio, quo omnia ita enarrat, ut ipsi adesse eaque praesentes percipere nobis videamur. Itaque a Thucydidis orationibus multum absunt, apteque vocantur a Marcellino**) προσωποποιΐαι, cum Thucydideae Dionysio sint δημηγορίαι. Poeticum quendam colorem ab Herodoti sermone minime abesse, vel Homeri imitatio, de qua supra diximus, aliorumque poetarum arguit; in quibus ut Sophoclem ***) mittam, Aeschylum certe praeterire non licet, cuius tot formulae ac locutiones aeque reperiuntur in Herodoti libris, ut animi quandam necessitudinem inter utrumque intercessisse credas; quamquam alterum ex altero hausisse non est quod credam. Inter Herodotei sermonis imitatores Dionysius refert *Xenophontem*; †) eoque etiam referamus *Theopompum*, qui quanti Herodotum fecerit, vel ex ea, quam confecit historiae Herodoteae epitome intelligi potest, quemque etiam in suis historiis saepius ad Herodoti historiam respexisse certum est. ††) Inter recentioris aetatis scriptores haud scio an *Froissarto*, Gallo, magna cum Herodoto intercesserit similitudo, simplicitatem illam nativam et perspicuitatem omneque dicendi genus si respiciamus. Alia ut nunc mittam, legas mihi modo prooemium, his verbis conceptum: „Afin que honorables emprises et nobles aventures et faits d'armes, lesquelles sont avenues par les guerres de France et d'Angleterre soient notablement registrées et mises en mémoire perpetuelle, par quoi les preux aient exemple d'eux encourager en bien faisant, je veux traiter et recorder hi-

---

*) Epist. ad Cn. Pompei. T. VI p. 779 ed. Reisk.

**) Vit. Thucydid. §. 38: δι' ὀλίγων γὰρ ἐποίησε (sc. Herodotus) λόγων ὡς προσωποποιΐας μᾶλλον ἤπερ δημηγορίας. Dionysii locum (VI p. 776 Reisk.) supra iam attuli. De utroque vid. Creuzer. Histor. Kunst. p. 166 seq.

***) Siquidem hic poeta ex Herodoto potius quaedam hausisse videtur. Vid. C. Hermann. in Excurs. T. II p. 658. 659 ed. nostr. et supra §. 5.

†) Epist. ad Cn. Pompei. T. VI p. 777—779. Vett. Scriptt. Cens. T. V pag. 426.

††) Vid. Frommel. in Creuz. Melett. III p. 143 coll. 149. — *Ephorum* quod olim statuebant itidem librorum Herodoteorum compendium exhibuisse, prava apud Suidam (s. v. Θεόπομπος) interpunctione id nitebatur, quam recte nunc constituit Gaisfordius. Et conf. quoque Marx. ad Ephori fragmentt. p. 34.

stoire et matière de grand louange.“ (Buchon Collect. d. chroniques T. I p. 1. Prologue.)

§. 16.

Tot igitur dotibus cum ornatae essent Musae Herodoteae, non mirum est, illas vehementer placuisse Graecis *) multumque inde lectitatas et iuvenum artes liberales aemulantium manibus tritas fuisse; unde factum, ut Theopompus iuvenis mira operis dulcedine captus eam quam diximus epitomen conficeret duobus libris comprehensam; **) quid quod Hegesias histrio Herodoti Musas, ut Herophantus Homeri carmina, in magno theatro recitasse fertur. ***) Probant quoque Grammaticorum doctorum opera, de Herodoto et de indole ac natura elocutionis Herodoteae commentantium; quae tamen ad nostram aetatem non pervenisse dolemus. Neque ad nos pervenerunt Salustii grammatici et Heronis commentarii, de quibus Suidas s. v. *Σαλούστιος* T. III p. 276 et s. v. *Ἥρων* T. II p. 79. Supersunt tantum glossae quaedam, a prioribus editoribus separatim editae, quas nos suo quasque loco in annotatione commemoravimus. De his vero ita statuit Wesselingius: „Cum Herodoti Musae alio sermone ac reliqui Graecorum fabulentur, non illi sollers Grammaticorum cura ad explanandum defuit. Suidas meminit *Ὑπομνημάτων εἰς Ἡρόδοτον* Salustii Sophistae et Heronis Attici rhetoris, argumenti, uti suspicor, critici et historici. Philemonem Grammaticum *ἐν συμμίκτοις* non dissimilem instituisse operam, Porphyrio Quaest. Hom. VIII haud temere credimus. Apollonii, itidem Grammatici, *Ἐξηγήσεις γλωσσῶν Ἡροδότου* exscripsit Etymologus in *Κωφὸς* et *Σοφιστής* (p. 722 s. p. 655 Lips.) Quae quidem ad nostram si devenissent aetatem, flocci non facerem *Ἡροδότου λέξεις*, ob oculos hîc positas; quippe ieiunas, saepissime alienas et non nunquam insulsas et absurdas. Memorantur in indice legati Antonii Eparchi T. I Var. Sacr. p. 528 Steph.

---

*) Graecis displicuisse Herodoteum opus, quos plures inde vituperatores invenerit quam laudatores, ut statuam, a me impetrare non possum. Et vide quae Heyse l. l. p. 44 disputat contra Dahlmann. p. 31 seq.

**) Herodoti quod nulla apud Platonem fit mentio, id noli mirari. Namque, alia ut taceam, recte illud mihi observasse videtur Groen. van Prinsterer in Prosopograph. Platonic. p. 33 apud Platonem poetas saepissime, prosae scriptores raro admodum nominari, nec aliam causam, cur de Herodoto Plato siluerit, fuisse, vel inde illi probari videtur, quod obvii in Herodoto versus apud Platonem reperiantur; sic Hesiodi versus Opp. et D. 282, qui reperitur apud Herodot. VI, 86 §. 3 respicitur a Platone Polit. II p. 363 D. Et conf. Herod. I, 55 cum Platon. Polit. VIII p. 566 D.

***) Vid. Athen. XIV p. 620. Ubi tamen, monente *Creuzero*, pro *Ἡροδότου* fortasse scribendum *Ἡσιόδου*.

Monachii λέξεις Ἡροδότου ἱστορικαὶ, quas a nostris diversas dicere non audeo. Primus *) hoc Lexicon ex codice Goldasti vulgavit G. Iungermannus, digestum κατὰ στοιχεῖον sive literarum ordinem, cuiusmodi exempla ex locupletissima Francorum regis bibliotheca et monasterii S. Remigii inter manus sunt. At aliud vir egregius Montefalconius ostentavit Biblioth. Coislin. p. 484, descriptum nulla literarum primarum serie, sed secundum Librorum, in quorum olim marginibus istae glossae, numerum. Ex oris enim codicum res clamat excerptas esse et schedae ostendunt Eminent. Cardinalis Passionei. Nactus illud ipsum sum Cl. Capperonerii humanissima opera ex Biblioth. S. Germani, in quam Coislinianam migrasse notum est; dignumque censui hoc loco, tum quod in priore, ex codice Goldasti, voces ab aliis imperite avulsae cernantur, tum quoniam locupletius apparuerit et Suidae Hesychioque plerumque conveniat: nam uterque, ille praecipue, simile Λεξικὸν usurparunt; neque eius usum recusavit Timaeus in suo Platonico, nedum praeter ceteros omnes G. Corinthius, sed saepe turpis socordiae reus."

Neque vero etiam Herodoto iam antiquitus suos defuisse detrectatores atque osores, vel ea indicant, quae de *Ctesia*, rerum scriptore, qui paulo post Herodoti aetatem floruit, Xenophontis et Artaxerxis Mnemonis aequalis, **) accepimus. Nam ille in historia sua non tantum ab Herodoto multis locis dissensisse, verum etiam mendacii eum arguisse perhibetur. ***) Quod quomodo accipiendum sit, pluribus docui in Prolegg. ad fragmm. Ctesiana p. 42 seqq. et in annotatione ad singulos Herodoti locos, qui hic in censum veniunt. Praeterea *Harpocrationis* Aelii, Sophistae, quoddam memoratur scriptum περὶ τοῦ κατεψεῦσθαι τὴν Ἡροδότου ἱστορίαν, †) itemque *Manethonis* Aegyptii ††) liber adversus Herodotum, cui adde Ioseph. contr. Apion. 14 p. 1035, ubi Herodotum ait ἐν τοῖς πλείστοις ψευδόμενον non ab uno vel altero sed ab omnibus argui, alios, †††) qui in universum

---

*) „At, verum si quaeris, sunt eaedem ipsae, quas iam anno MDLXIV Henr. Stephanus in Dictionario Medico post Erotiani et Galeni Expositiones dictionum Hippocratis, p. 105—109 eodem titulo inscriptas, Λεξικὸν τῶν Ἡροδοτείων λέξεων, ediderat; quas porro easdem Barth. Eustachius Erotiani et Galeni Glossariis, anno MDLXVI a se editis, adiecerat Latina versione illustratas." *Schweighaeuser.*

**) Vid. Prolegg. ad. Ctes. Fragmm.

***) Vid. Ctesiae Excerptt. Perss. §. 1. 57.

†) Vid. Suid. s. v. Ἁρποκρατ. T. I p. 336 seq. Eudoc. p. 66.

††) Vid. Etymolog. Magn. s. v. Λεοντοκόμος p. 570, 23. Nisi hic de alio quo Herodoto, grammatico, cogitandum est, aut *Herodoti* nomen in *Herodorum* commutandum.

†††) Sic. v. c. Aphthon p. 27. Diogen. Laert. Prooem. §. 9. Cic. de Legg. I, 1. Lucian. Ver. Hist. II, 31. T. IV p. 290 Bip.

fabulas ab Herodoto historiis admixtas esse pronuntiarunt. *Polionis* cuiusdam librum περὶ τῆς Ἡροδότου κλοπῆς atque περὶ τῆς Κτησίου κλοπῆς memorat Euseb. in Praepar. Evang. X p. 467 D. Adhuc fertur inter Plutarchi scripta libellus περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθείας T. II p. 854 seq.; quem tamen librum a Chaeronensi philosopho scriptum esse minime credam, sed eius scriptis male insertum, quippe profectum ab officiosiori quodam Graeculo, eo consilio, quo eiusmodi plura in Herodotum conficta esse notavimus ad VIII, 94. T. IV p. 129. Nimirum auctor scriptionis Boeotos, populares suos, ab iis criminibus, quorum eos reos fecerat Herodotus, Persis illos se adiunxisse contra reliquos Graecos enuntians, dum purgare studet, quo melius propositum assequatur in universum Herodoti historiam persequitur, hunc scriptorem malevolo animo ductum res aliter atque acciderint, tradidisse clamans, multa finxisse, alia tacuisse, aliis laudem tribuisse, aliorum gloriam invidiosis criminationibus obscurasse, veri minime curiosum. Quod nullius fere momenti esse, in annotatione ad singulos, quos iste auctor tangit, locos probavimus; ut sane putidum sit diutius in talibus commorari. Ac plures viri docti dudum Herodoti causam contra malignas istas vanasque criminationes susceperunt, *) in quibus splendent Ioachim. Camerarius, Ioseph. Scaliger, Henricus Stephanus, alii et potissimum Geinoz in pluribus Commentationibus Actt. Acadd. Inscriptt. insertis; quibus iisdem usus est Kaltwasser in adnotatione versioni vernaculae Plutarchei libelli subiecta, ubi de ipso libro tale fert iudicium: „Uebelverstandener Patriotismus war es, was den sonst so einsichtsvollen und vernünftig denkenden Plutarch bewogen hat, diese hämische Abhandlung gegen Herodot zu schreiben etc. etc."

Libellum alterum *De Vita Homeri*, qui *Herodoti* prae se fert nomen, ionica dialecto conscriptum, Herodoto Halicarnassensi, historiae patri merito abiudicandum censent viri docti. Vid. Wesseling. ad init. p. 761 ed. suae Herodot. Fabric. et Harles. in Bibl. Graec. II, 1 §. 3. T. I p. 319 seqq. et II, 20 §. 4 (T. II p. 334). Larcher. Herodot. T. VI p. 213.

§. 17.

Inter codices Herodoti adhuc cognitos primum locum tenere putatur *Mediceus*, membranaceus, fol. min. seculo decimo exaratus, auctore Bandini in Catalog. Codd. Graecc. bibl. Laurent. II col. 657 seq., a Iacobo Gronovio iuvene Florentiae dum versabatur, accurate collatus et superstitiosa paene veneratione cultus, ita ut vel manifestis-

*) Vid. Fabric. Bibl. Graec. T. II p. 332.

simos librarii errores et hallucinationes pro genuina Herodoti scriptura, quam ab illo codice uno ubivis repraesentari sibi persuaserat, haberet indeque librum scriptum fide exactissima in textu reddi vellet. Quo ipso multorum virorum doctorum in reprehensionem haud immerito incurrit. Sufficit hic ea apponere, quae de hoc libro statuit Wesselingius Dissertat. Herod. IX p. 91: „Celebratissima MS. Florentini fama est: unicus, omnium optimus, antiquissimus, cui nihil par aut secundum, et ex quo solo Herodotea suavitas et elegantia in integrum restitui possit, habitus is liber est. Iac. Gronovius, vir celeberrimus, quem iuvenis docentem audivi, ac admiratus sum, eum diligentissime versavit et complura inde bonis avibus pristina donavit sanitate: ita tamen eius excellentia abreptus, *ut*, quod ipse alibi, fere nimio *studio in Mediceas membranas abductus dici queat.* Non mihi consilium est, de praestantia eius codicis quidquam detrahere: multis egregiam operam praestitit, lucem aliis adspersit, nonnulla in desperatis habita, salute reddita, felicissime adiuvit. Omnes tamen uni postponere, ut tanquam umbrae volitent nullique rei sint, nescio quid dicam. Immo vero opinor vix ullum priscae vetustatis scriptorem dari, qui in tanta rerum vicissitudine et tot corruptelae occasionibus unarum ope schedarum refici possit, sed aliorum patrocinio atque auxilii concursu indigere."

Sequitur alter codex *Florentinus*, cuius usum, procurante Creuzero, *liber Baro de Schellersheim* Schweighaeusero concessit, membranaceus idemque vetustissimus, ut vel literarum ductus, scripturae modus, alia satis indicant. Eundem esse codicem, cuius Montfaucon in Bibl. I p. 414 D. his verbis meminit: „Codex elegans X seculi membranaceus: Herodoti historiae," suspicatur Schweighaeuserus, qui de hoc codice ita iudicat (Praefat. I, 2 p. XXXVI); „Esse hunc codicem ex eadem cum *Pass. Ask.* et *Med.* familia, e lectionibus, quas inde protulimus, facile adparet. Nec vero e Mediceo descriptus est, cum quo de principatu etiam videtur contendere posse; sed e vetustiore fonte derivatus probas multas profert lectiones, ubi aut in vitio haeret Mediceus, aut ubi nihil certe a Gronovio e Med. prolatum est, quod a minus proba scriptura, quae olim vulgata erat, discedat."

Tertio loco posuerim *Askewii* s. *Sancrofti* codicem alterumque librum *Cardinalis Passionei*, utrumque iam a Wesselingio adhibitum, qui de Passionei libro sic scribit in Praefat. p. XX: „circa saeculum duodecimum in charta pergamena ab docto scriba exaratus est, praestantia Mediceo nihil cedens, saepe superior." Alter liber Guilielmi Sancrofti olim fuit archiepiscopi Cantuarensis, nunc Cantabrigiae servatus, cuius collationem Ant. Askew. manu factam acceperat Wesselingius, addito corollario ex ipsius Askew Codice chartaceo annorum quingentorum, „primore quidem Musae primae parte manco sed perutili," ut ait Wesselingius, qui huius libri lectiones *Askewii*,

alterius nomine *Archiae* enotavit. Atque hunc Archiae s. Sancrofti librum iterum postea diligentissime et accuratissime contulit Gaisford. „Inde factum est, ait idem Gaisford. Praefat. p. XXXVI ed. Lips., ut non modo errata quaedam corrigere, sed ut lectiones haud paucas hactenus omissas cum publico communicare potuerim. Plura de hoc codice edisserere nihil attinet. Licet enim permulta nunc protulerim, quorum indicio eius indoles certius quam antea innotescat, satis tamen correcte de eius praestantiâ iudicasse mihi videntur viri eruditi. Atque istius quidem codicis ope una cum lectionibus aliorum codicum plus minusve diligenter excerptis, verba auctoris aliqua saltem ex parte ad veriorem scripturam revocare conatus sum.“ Cum Mediceo codice alteroque Florentino libro haud raro conspirat probasque lectiones affert; nec tamen antiquissimum et optimum dixerim codicem, ut placet viro docto in Ephemeridd. Ienenss. 1817 nr. 162 p. 353. Namque interpolationibus non vacuus est; quibus iisdem cum laboret *Vindobonensis* quidam liber, cuius lectiones cum Wesselingio fuere communicatae, haud scio an ad unam eandemque familiam uterque codex referri debeat; ubi enim a Mediceo, Florentino, aliis discedit Sancrofti liber, cum Vindobonensi libro conspirat. Quae vero hisce codicibus communia reperiuntur menda, ea reliquorum codicum adhuc cognitorum ope tolli nequeunt, quum ad priora tempora librosque primitivos pertineant. Et hanc ob causam T. I p. 852 ad II, 158 dixeram, videri Herodoteos codices adhuc superstites ex una familia oriundos: nisi huius familiae duas velis stirpes constituere, quarum altera Mediceum ac Florentinum, altera Sancroftianum et Vindobonensem librum comprehendat: quamquam Medicei et Florentini in haud paucis locis reperiri dissensionem haud sum nescius. Hinc tres codicum classes distingui vult censor Ienensis (1817 nr. 161 p. 352), quatenus illi scil. magis ad Ionicam, epicam ac vulgarem dialectum inclinant. Ego nolim certi quid in his definire, quae quam lubrica et incerta sint, nemo non intelligit.

De *Veneto* codice, cuius lectiones quasdam e Zanetti catalog. Bibl. S. Marci T. II p. 169 exhibet Wesselingii editio usque ad I, 32, plura nuspiam reperi notata. Restat, ut de Parisinis codd. dicam, quorum tres in Wesselingii usum collatos et in eius editione distinctos invenimus signis A. B. C. Neque vero satis accuratam esse horum voluminum collationem, ipse Wesselingius iam conquestus erat; post quem Larcherus in commentariis suis Gallico sermone ad Herodotum conscriptis nonnullas hic illic lectiones ex iisdem attulit. Accuratius illos una cum tribus aliis Schweighaeuseri rogatu contulit Gorgiades, Graecus homo, variarumque uniuscuiusque codicis lectionum libellos separatos Schweighaeusero transmisit, in cuius editionem tota haec collatio recepta est; neque tamen vel sic desunt loci, in quibus quid in hoc sive illo libro inveniatur, dubius haereas praesertim in singulis quibusdam formis, terminationibus, aliis huiusmodi rebus,

quas minutias esse parum recte quidam opinantur. *) Inter hos vero sex codices, reliquis, quos modo recensuimus, multo recentiores, longe princeps habetur is, qui numero MDCXXXIII insignitur membranaceus, seculo duodecimo, ut putant, exaratus. Conf. Larch. Herodot. T. I p. XXXVI ed. sec. Apud Schweighaeuserum notatur signo A. sive Pa; Wesselingii in editione literâ C; quae enim ibi addita litera A proferuntur lectiones, e codice Parisino tertio sive C apud Schweighaeuserum depromptas esse invenit Schweighaeuserus.

Alter codex chartaceus est, nr. MDCXXXIV, exaratus anno p. Chr. n. 1372, notatus literâ B sive Pb. In margine quaedam scholia adscripta sunt.

Tertius codex idem chartaceus, anno p. Chr. n. 1447 exaratus; de quo haec praedicat Schweighaeuser. in Praefat. I, 2 p. XXXIV. „Est autem hic codex eiusdem familiae cum eo, quem primo loco nominavi, et licet aetate sit illo recentior, tamen bonitate haud multum eidem cedit; atque usu etiam nobis interdum venit, ut probatissimas lectiones ex illo potuerimus proferre, quas ex altero non reperimus enotatas. Tenet autem haec familia quasi quoddam medium inter codd. *Arch.* (Sancroft.) et *Vindob.* ab una parte et *Pass. Ask. Med.* et *Flor.* ab altera, modo ad hos modo ad illos magis inclinans.“ Apud Wesselingium huius codicis lectiones indicari litera A, apud Schweighaeuserum nota *C* sive *Pc* modo dixi.

Quartus codex Parisinus D sive Pd notatus apud Schweighaeuserum, et ipse chartaceus est, anno 1474 exaratus nr. MMCMXXXIII.

Quintus codex nr. MCDV, qui libr. I cap. 1—87 continet. De quo ita Schweighaeuserus l. l. p. XXXV: „Admodum quidem recens is codex est, quem nos notâ Paris. *E* sive *Pe* distinximus: at, quae quidem ille Herodotea exhibet, ea e probatissimo vetere codice descripta esse cognovi.“ Quibus accedit alius Parisinus liber, excerpta ex Herodoti Musis continens, *Fragm. Paris.* ap. Wesseling., in editione Schweighaeuseri, in cuius usum contulit L. H. Heyler, sub notâ *Pf*.

---

*) „Verum enim vero, ait Struve Quaest. de Herod. dialect. Spec. II p. 15, vidimus viros doctos, quibus conferendorum codicum opportunitas erat, in his, quas minutias esse opinati sunt, nullum fere studium posuisse; raro ex codicibus ante Wesselingium collatis eiusmodi varietatem afferri; Wesselingium ipsum confiteri se has terminationes saepius neglexisse, quod ita esse iterata collatio cod. S. a Gaisf. instituta planissime docuit; Schweighaeuserum saepe conqueri, quod quid in Parisinis codd. sit, quod non ipse oculis perlustraverit, se nescire sibi fatendum sit. Duorum itaque codicum tantum paulo accuratiorem collationem possidemus, cui fidere possis; codices dico S. et F., quorum alterum Gaisford., alterum Schweighaeuser. ipsi manibus versarunt.“

§. 18.

De Herodoti editionibus praeter ea, quae Wesseling. et Schweighaeuser. in Praefat. monuerunt, vid. potissimum Fabricii Biblioth. Graec. II p. 357 seq. coll. Schweiger. Handbuch. d. class. Bibliograph. I pag. 138 seq. Nos hic paucis tantum primarias indicabimus.

Ac primum quidem *Latine* prodiit Herodotus Venetiis anno 1574 fol. per *Laurentium Vallam* e Graeco in Latinum conversus. In qua versione saepius dein typis repetita licet haud pauca requiras, multa licet falso reddita aut etiam plane omissa corruptave invenias, ad illius aetatis conditionem quoque respiciendum est, neque illud praetervidendum, e codice Graeco ipso illam esse factam eiusque speciem quandam ita referre, ut, quid in volumine Graeco exstiterit, inde colligas. Quare maximum eius usum esse in re critica quivis intelligit. Vallae autem cum multi multa exprobrarint deque Latina Eius versione multum detraxerint, iuvat apponere, quae post Erasmum et ipsum Vallae patrocinantem scripsit summus Wesselingius Dissert. Herod. VIII p. 75: „Vertit is omnium primus Herodoti Musas et veste Latina ornavit non prorsus inelegante. Non quidem eorum nescius sum, quae P. Dan. Huetius in eum iecit, neque facile admisero, *oscitantem saepius et alias res agentem fidem apud eruditos decoxisse.* Erravit, fateor saepe, deceptus codicis sui scripturâ, saepe quoque ingenii vires haud bene intendens, ut ea praeteream, quae in Latinis eius flagitiosissime sunt corrupta. At da mihi interpretem, qui primus Graecum scriptorem Latine loqui docuerit, ab omni peccato immunem. Vid. *Poggii* Latina Diodori: quantum vero discrimen Diodorum inter et Herodotum, quot non in illis commissa? Sed id non agimus, ut Vallae versio omnis peccati sit expers. Multa animadvertit et dextre sanavit vir rarae eruditionis et modestiae Paulus Leopardus, plura H. Stephanus. Haud tamen pauca sunt, quae illi imputari solent, quorum culpam praestare non debet. Schedae, quas inter vertendum usurpavit, primore in libro multis partibus defectae mutilaeque erant." Nec aliter idem Wesselingius iudicavit in praefat. Herodot. §. 3. Quum igitur Vallae versio Latina haud paucis locis ab auctoris mente aberret aut adeo obscura sit, ut quid Graecus scriptor, quid Interpres Latinus dicere voluerit, incertum sit, quumque et Gronovius et Wesselingius haud pauca quamvis refingentes alia eaque plurima intacta reliquerint, totam Latinam versionem de integro refingere eamque Graecis verbis in sua editione subiicere Schweighaeusero visum est: de quo eius consilio conf. Eiusdem Praefat. p. XI—XIII.

Graecis literis expressae primum prodiere in lucem Herodoti Musae Venetiis apud *Aldum Manutium* 1502 et inde descriptae Basil.

1541 et 1557 fol. in officina Hervagiana cum Ioach. Camerarii praefatione. „Cuius dos, ait Wesselingius, praecipua est, quod Ionici sermonis formam raro neglexerit atque elegantissime compluscula, insequentium temeritate aut mutata aut socordius praeterita descripserit.“ Quamquam suspicatur Schweighaeuserus, a viro docto, qui editioni praefuit, multis locis invectas esse Ionicas verborum formas, quas nullus liber manu scriptus exhibeat.

Secutus est *Henricus Stephanus*, qui postquam primum Latinam Laurentii Vallae interpretationem recognitam atque emendatam addita Apologia pro Herodoto edidit anno 1566 fol. (quae editio postea saepius est repetita), tum Graece exhibuit Herodotum 1570 et 1592 fol. Parisiis, una cum Vallae versione emendata additisque variis lectionibus, quas tamen omnes e libris antiquis manu scriptis fluxisse iure negare videtur Schweighaeuserus (Praefat. I, 2 p. V. VI.), cui vel coniecturae viri docti esse videntur, quibus ille mendosum Aldi exemplar hic illic refingere studuerit, vel lectiones ex Aldi textu, aliis substitutis, eiectae et in margine adnotatae, vel denique etiam lectiones ex uno quodam codice vel etiam pluribus, admixtis coniecturis, enotatae a viro docto quodam et ad Stephanum transmissae, quem ipsum de illis haud raro incertum fuisse intelligimus. Utut est, plura in Graecis aeque ac Latinis melius ab Henrico Stephano constituta esse negari nequit.

Stephani Editionem *Gothofr. Iungermann.* iterandam censuit Francofurt. 1608 fol. textu primum per capita diviso additoque indice et glossario Herodoteo *) e Goldasti schedis. Repetita est haec editio Genevae 1618, (in qua haud paucae Aemilii Porti suspiciones textui illatae sunt); iterumque Londini 1679 fol. paucis quibusdam adiectis.

Quae secuta est *Iacobi Gronovii* editio, Lugd. Batav. 1715 fol., in ea ope codicis illius Medicei, de quo §. 17 diximus, haud paucos Herodoti locos optime restitutos esse videmus. Ac nisi Gronovium nimia ista codicis veneratio ita abripuisset, ut vel manifestissimas hallucinationes erroresve librarii in textum recipi vellet, ipse in aliorum erroribus notandis acerbissimus, minime in tot virorum doctorum reprehensiones incidisset. Vid. Fabric. et Harles. in Bibl. Graec. II p. 342 et Wesselingii iudicium in Praefat. §. 3.

Dicendum iam de ea editione, quae coniuncta Valckenaerii et Wesselingii operâ prodiit formâ maximâ Amstelodami anno 1763 hoc titulo: „Ἡροδότου Ἁλικαρνησσῆος Ἱστοριῶν λόγοι θ΄. Ἐπιγραφόμενοι Μοῦσαι. Herodoti Halicarnassei Historiarum libri IX Musarum nominibus inscripti, Graece et Latine ex *Laurentii Vallae* interpretatione cum Adnotationibus *Thomae Galei* et *Iacobi Gronovii.*

---

*) Vid. supra §. 16.

Editionem curavit et suas itemque *Ludw. Casp. Valckenaerii* Notas adiecit *Petrus Wesselingius.* Accedunt praeter *Vitam Homeri* varia ex priscis scriptoribus de Persis, Aegyptiis, Nilo, Indisque Excerpta, et praesertim ex Ctesia." Cui add. *Petri Wesselingii* Dissertatio Herodotea ad Tib. Hemsterhusium, Traiect. ad Rhen. 1758, 8. In hac editione omnium praestantissima dubius sane haereas, Wesselingii sollertiam industriamve magis laudes an Valckenaerii sagacitatem in emendando textu, utriusque doctrinam tam in illustrando usu dicendi Herodoteo quam in explicandis rebus ab Herodoto traditis. Nec illud Wesselingio exprobrarim, quod in novis lectionibus recipiendis cautior esse maluit quam audacior, obscuriore sane et duriore orationis genere usus.

Post Wesselingium, ut de *Borheckii* curis in Herodotum taceam, *) *Frd. Volg. Reizius* Herodoti editionem, in qua Wesselingii textum ut recognosceret eumque hic illic refingeret, sibi proposuerat, instituit; prodiit Voluminis primi Pars prior Lipsiae 1778 in 8., altera pars post Reizii mortem curante *G. H. Schaefero* 1800, qui etiam priori parti iterum typis descriptae 1807. 1816 et alteri 1816 praefuit; Volumen secundum cum Latina Vallae versione prodiit 1820; Volumen tertium animadversiones, quas Reizius promiserat, complectens nunquam lucem vidit. Sed ipse *Schaeferus* mox editionem paravit nitidissimam, cuius tria Volumina, quae verba Graeca, excepto nono libro, continent, prodierunt Lipsiae 1800. 1801 et 1803. Quartum Volumen cum nono libro notisque editoris non prodiit, neque Lexicon Herodoteum, quod Schaeferus promiserat: qui quâ ratione in Herodoti textu constituendo versatus sit, ipsius verbis iam indicavimus supra §. 14. Schaeferi recensionem maximam partem secutus est *Davides Schulz* in ea editione, quae Halis 1809. 8. hoc sub titulo prodiit: „Herodoti historiarum libri, qui enarrationem pugnarum inter Graecos et Persas complectuntur. Graece cum animadvv. aliorum atque suis ed. Dav. Schulz. Acc. de Herodoti Vita, dialecto et scribendi genere." Atque ex Herodoti libris etiam nonnulla receperunt *Io. Matth. Gesner.* in Chrestomathiam Graecam, *Friedr. Andr. Stroth* in Aegyptiaca, quae Gothae 1782 prodiere

*) Ediderat ille Herodot. Lemgov. 1781 ita ut in libris quatuor prioribus Reizianam recensionem, in reliquis Wesselingianam sequeretur; altera editio, de quâ recte iudicasse puto Schweighaeuserum Praefat. I, 2 p. XXIV. XXV; prodiit ibid. 1809 tribus voluminibus. His accessit *Apparatus ad Herodotum intelligendum et interpretandum*, quinque voluminibus, Lemgov. 1795—1798, quorum primum: *Chronologia et Crisis Herodotea*, Larcheri disputationem de Herodoti chronologia, e Gallico in Latinum sermonem conversam continet, reliqua exhibent *Apparatum criticum ad constituendam lectionis Herodoteae integritatem*, i. e. varias lectiones e Wesselingii editione, Wesselingii et Valckenaerii notas et alia quaedam.

et librum Herodoti secundum una cum tertii parte et fragmentis quibusdam e reliquis libris Wesselingii potissimum e recensione continent, *Daniel Wyttenbach* in *Selecta Principum Historicorum*, quae lucem viderunt anno 1794 et 1808, *Fridr. Iacobs.* in Attica, quorum sexta editio prodiit Ienae 1830.

Novis codicum subsidiis, de quibus diximus §. 17, instructus *Schweighaeuserus* editionem instituit, quae 1806 forma octava prodiit Argentorati et Parisiis: „Herodoti Musae sive Historiarum libri IX ad veterum codicum fidem denuo recensuit lectionis varietate continua interpretatione Latina adnotationibus Wesselingii et Valckenaerii aliorumque et suis illustravit *Iohannes Schweighaeuserus* etc.“ VI Voll. in 12 Partt. Accessit: „*Lexicon Herodoteum*, quo et styli Herodotei universa ratio enucleate explicatur et quam plurimi Musarum loci ex professo illustrantur passim etiam partim Graeca lectio partim versio Latina, quas offert Argentoratensis editio vel vindicatur vel emendatur. Instruxit Iohannes Schweighaeuser.“ Argentorati et Parisiis 1824. II Vol. 8. Hac in editione quid praestiterit vir praeclarus, neminem fugit, qui ad Herodotum ullo modo accesserit. Textum infinitis locis melius constituit, eximie adiutus optimi Florentini codicis ope; versionem Latinam textui subiectam de integro fere refinxit, ut supra iam enarravimus, variarum lectionum copiam diligenter collectam adiecit, annotationes Wesselingii et Valckenaerii integras repetiit suasque addidit: Iacobi Gronovii notas quod omisit, merito dolendum. Typis repetita haec editio fertur Londini apud Priestley 1818 sex Voll., addita geographia Herodotea, Aemilii Porti Lexico Ionico, tabula Larcheri chronologica, aliis, quae ad Herodotum illustrandum pertinent. Mihi hanc editionem inspicere nondum licuit.

Post Schweighaeuserum novam Herodoti editionem paravit Gaisfordius, quae prodiit Oxoniae 1824 et in Germania recusa est Lipsiae 1824 seqq.: „Herodoti Halicarnassei Historiarum libri IX. „Codicem Sancrofti Manuscriptum denuo contulit necnon reliquam „lectionis varietatem commodius digessit Thomas Gaisford,“ duobus Voll. sive quatuor Tomis; prius Volumen verba Graeca continet, quibus lectionis varietas accuratissime digesta subiicitur; posterius notas Wesselingii, Valckenaerii, Schweighaeuseri, non quidem integras, sed resectis iis, quae nullam adhuc praestare videntur utilitatem. *) In textu constituendo Sancrofti codice eximio Illum adiu-

---

*) In his ponit Gaisford. censuras editionis a Iac. Gronovio procuratae, vitiorum interpretationis Latinae a Laurentio Valla confectae emen, dationem: variarum lectionum verbosiorem quam par fuerit commemorationem. „His aliisque, pergit Gaisford., eiusdem generis sublatis, ita ut ea„rum animadversionum pars circiter quarta deleretur, servavi illaesa omnia-

tum fuisse iam supra §. 17 diximus: ut sane Schweighaeuserianam recensionem textus haud paucis in locis emendatiorem exhibuisse putandus sit: quare nostrae editionis fundamentum posuimus, his locis modo discedentes, ubi Gaisfordius nimio codicis Sancroftiani studio abreptus esse nobis videbatur, aut ubi nostrum iudicium secuti a lectione recepta discedendum esse putabamus; si quidem novam textus recensionem constituere minime nobis erat propositum, sed emendatiora tantum exhibere Herodoti verba, difficiliora explicare, usum dicendi illustrare, argumentum exponere et clariore in luce collocare: quo tandem de scriptoris fide rerumque traditarum auctoritate satis constaret.

Quae reliquae nostra aetate prodierunt Herodoti editiones, eae aut Graeca verba sola aut additis quibusdam notis exhibent. Pertinent huc editiones a *G. H. Schaefero* curatae Lips. 1819 apud Weigel. III Vol. et Lips. 1822 apud Schwickert., *I. B. Gailii* (Paris. 1821. II Voll.), *G. Stallbaumii* (Lips. 1825. III Tom.), *A. Matthiae* (quae hoc sub titulo in lucem emissa est: „Herodoti Musae. Cum brevi annotat. critic. Aug. Matthiae et Henr. Apetzii. Lips. 1825. II. Vol. 8.), *C. A. Stegeri* (Giess. 1825 seqq. 8.), *Imm. Bekkeri* (Berol. 1833. 8.) et *Alexandr. Negris* (Edinburg. 1834. 8.)

Inter Herodoti *versiones* potiores nominamus hasce:

1. Gallicam *Larcheri* versionem, quae prodiit secundis curis anno 1802 seqq. *) novem tomis constans, quorum sex priores versionem Gallicam una cum Larcheri notis Gallico sermone conscriptis absolvunt, addita Vita Homeri et Ctesiae Excerptis apud Photium; septimus tabulam geographicam, octavus chronologiam continet, nonus indices. Ipsa Gallica interpretatio, non accurate singula reddens verba, sensum magis curat indeque recentiorem nimis redolet aetatem, perdita illa sermonis Herodotei simplicitate et nativo illo colore, quo historiae pater tantopere eminet. In annotatione ut plura pro-

---

„quae vel sententias auctoris paulo difficiliores aperirent, vel historiam veterem illustrarent vel eruditae antiquitatis studiosis quocunque modo prodessent. Immo fideliter pronuntiarim, nihil fere me abiecisse, nisi quod „viri praestantissimi et praeconio meo longe maiores, si hodie in vivis essent, nostrisque uterentur et opinionibus et disciplinis, ipsi cupide resecarent."

*) „*Histoire d'Hérodote*, *traduite du Grec*, avec des remarques historiques et critiques, un Essai sur la Chronologie d'Hérodote et une Table géographique. Nouvelle edition, revue, corrigée et considerablement augmentée, à la quelle on a joint la Vie d'Homère, attribuée à Hérodote, les Extraits de l'Histoire de Perse et de l'Inde de Ctésias, et la traité de la Malignité d'Hérodote: le tout accompagné de Notes." Paris 1802 seqq. 8.

tulit interpres nova ad res ab Herodoto narratas illustrandas perquam apta atque utilia, ita haud raro nimis verbosus est et modo ea repetit, quae iam priorum Interpretum, Valckenaerii potissimum ac Wesselingii curis, allata erant.

2. Altera Gallica versio viri docti *Miot*, *) in singulis Herodoti verbis reddendis multo accuratior, scriptoris sententiam bene plerumque exponit ac praeterea in notis quaedam affert ad Herodoti intelligentiam meliorem valde accommodata, quibus aliquoties in nostra editione usi sumus.

Atque hic etiam nominandus *P. L. Courier*, qui uno tertii libri fragmento in Gallicum sermonem converso satis monstravit, quid praestare potuisset, si totum Herodotum Gallice convertere voluisset. Eximia haec versio Parisiis prodiit 1823 hoc sub titulo: „Prospectus d'une traduction nouvelle d'Hérodote contenant un fragment du livre troisième et la préface du traducteur." 8., ac deinde etiam typis repetita est in libro rariori: „Collection complète des Pamphlets politiques et Opuscules litéraires de P. L. Courier. Bruxelles 1826 p. 305 ff. 311 seqq.

3. Accessit *Itala* versio **) et ipsa in scriptoris sensu reddendo ita accurata, ut rarius a scriptoris sententia aberraverit. Minoris momenti sunt annotationes Italo sermone ad calcem subiectae; in quibus vix novi quidquam reperias, quod non prius ab aliis Herodoti interpretibus iam allatum fuerit.

4. Inter versiones, quae in *Germania* prodierunt, praestare putem eam, quae hoc titulo inscripta est: „Die Geschichten des Herodotos übersetzt von *Friedrich Lange*. Berlin. 1811. II Voll. 8, si quidem illa omnium proxime accedat ad sensum scriptoris aeque ac sermonis illum colorem antiquum et nativum, miro modo vernacule expressum. Neque vero debita laude privarim recentissimam interpretationem, quae etiam a notis subiectis, in extrema operis parte copiosioribus, habet commendationem: „Herodots von Halikarnass Geschichten, übersetzt von Dr. *Adolf Schöll*, Stuttgart 1828—1832." XI Voll. 12.

His addimus alia subsidia, quibus in hac Herodoti editione adornanda usi sumus: ***)

---

*) Histoire d'Hérodote, suivie de la Vie d'Homère. Nouvelle Traduction, par *A. F. Miot*, ancien conseiller d'Etat. Paris 1822. III Voll. 8.

**) Le nove Muse di Erodoto Alicarnasseo tradotte ed illustrate *da Andrea Mustoxidi* Corcirese. Milano 1820. 8.

***) Ea, quae in Prooemio huius disputationis recensuimus scripta, hic praetermissa esse scito. Atque consulto etiam hic omisi omnes eas scriptiones sive dissertationes, quibus singuli modo loci Nostri scriptoris illustrantur.

Aemilii Porti Dictionarium Ionicum Francofurt. 1603. Ed. nov. Oxon. 1810. 1817 Londin. 1825.

Schweighaeuseri Lexicon Herodoteum Vid. supra.

Commentationes Herodoteae. Scribebat *Fridericus Creuzer.*, theol. et phil. Dr. etc. *Aegyptiaca* et *Hellenica* Pars I. Subiiciuntur ad calcem Summaria, Scholia Variaeque lectiones codicis Palatini. Lipsiae MDCCCXIX. gr. 8.

Ideen über die Politik, den Verkehr und den Handel der vornehmsten Völker der alten Welt, von *A. H. L. Heeren.* IVte Aufl. Götting. 1824 seq. (Historische Werke T. X. seqq.)

Gosselin: Ueber die Kenntniss der Alten von der West- und Ostküste Africa's und über die Umschiffung dieses Erdtheils; *Rennel's* System der Geographie Herodots; *) *Vincent:* Ueber den Handelsverkehr der Alten mit Indien, und über ihre Kenntniss von der Ostküste Africa's; im Auszuge übersetzt und durch Anmerkungen und eigene Untersuchungen berichtiget und erweitert von *G. G. Bredow.* Mit dreizehn Karten. Altona 1802. 8. (Etiam sub titulo: Untersuchungen über einzelne Gegenstände der alten Geschichte, Geographie und Chronologie, herausgegeben von *G. G. Bredow,* Zweites Stück).

H. Schlichthorst Geographia Africae Herodoteae. Gotting. 1788. 4.

Theoph. Christ. Breiger, Commentat. de Difficilioribus quibusdam Asiae Herodoteae. Gotting. 1793. 4.

Asiae Herodoteae Difficiliora. Auctore Chr. G. H. Frömmichen, post eius obitum ex eius schedis collecta et disposita a *Iulio Billerbeck.* Gottingae 1794. 4.

I. Ch. Gatterer's Abhandlung von Thracien nach Herodot und Thucydides, aus dem Lateinischen übersetzt und mit einer Uebersicht und Register begleitet von *H. Schlichthorst.* Gotting. 1800. 8.

Geographiae et Uranologiae Herodoteae Specimina. Quae — defendet *G. G. Bredow.* Helmstadii 1804. 4.

Disquisitio de fide Herodoti quâ perhibet Phoenices Africam navibus circumvectos esse cum recentiorum super hac re sententiis excussis. Publico examini subiicit *G. Knös.* Gotting. 1805. 4.

Ueber Herodots Ausmessung des Pontus Euxinus, des Bosporus Thracius, der Propontis und des Hellespontus, so wie über die

---

*) Vid. *I. Rennel:* The geographical system of Herodotus examined and complained. Lond. 1800. 4.

Schiffbrücken, wodurch die Perser Europa und Asien verbanden und einige damit zusammenhängende Gegenstände der alten Geographie, von *D. F. Kruse.* Mit zwei Charten vom Herrn Baron *von Diebitsch.* Breslau 1818. 8.

I. B. Gail, Atlas cont. par ordre de temps, les cartes relatives à la géographie d'Hérodote, Thucydides, Xenophon, les plans des Batailles décrites par ces trois historiens etc. etc. (cum CVII tabb.) Paris 1825. 4., una cum eiusdem I. B. Gail: „Geographie d'Hérodote." Paris 1823. 8. II Voll.

B. G. Niebuhr: Ueber die Geographie Herodots. Mit einer Charte. V. Klein. histor. und philol. Schriften. I. (Bonn. 1828. 8.) Quaestionum de dialecto Herodoti Specimen (I.). Scripsit *C. L. Struve* Regimontii 1828. 4. Spec. II. 1829. Spec. III. 1830. De Praepositionum tmesi quae apud Herodotum invenitur scripsit *E. Wentzel.* Vratislav. 1829. 4.

I. INDEX RERUM.

ABAE, urbs Phocensium, I, 46 not. VIII, 27 *et* 134, ubi erat Apollinis delubrum, VIII, 33, ibidem reddita oracula, *ibid.* not.

Abantes ex Euboea oriundi, I, 146 not.

Abaris Hyperboreus, IV, 36 not. de eo et eius sagitta fabula *ibid.*

Abdera, VI, 46. VII, 109 not. T. III p. 824. 126. a Teiis condita in Thracia, I, 168 not. eius urbis situs VIII, 120 not. VII, 109 not. eam Xerxes praeterit VII, 109. cum Abderitis Xerxes hospitii foedus init, et acinace aureo ac tiara eos donat, VIII, 120 not.

Abrocomes et Hyperanthes, Darii filii, Xerxis fratres, super cadaver Leonidae occumbunt, VI, 224.

Abronychus Atheniensis, filius Lysiclis, speculator apud Leonidam, VIII, 21.

Absinthii, VI, 34 vid. *Apsinthii.*

Abydus una urbium in Hellesponto, V, 117 not. VII, 32 not. VII, 33. 34. 174, vicina Dardano, VII, 43, ponte a Xerxe iungitur, VII, 34.

Abydeni sedem sublimem ex candido marmore Xerxi exstruunt, VII, 44.

Acanthe, arbor in Aegypto II, 96 not.

Acanthios hospitii iure et Medica veste donat Xerxes, VII, 116. Vid. *Vestes. Acanthiorum* mare, VII, 22.

Acanthus urbs, VI, 44 not. T. III p. 818.

Acarnan fuit Megistias *vates*, VII, 221. Acarnan vates, I, 62 not. Amphilytus *fatidicus. Leucadius* (*ideoque Acarnan*) Hippomachus, IX, 38. Hinc

Acarnania, (II, 10) *vatum ferax: vid. adn. ad* I, 62 et T. I p. 927. VII, 221.

Acbatana, vid. *Agbat.*

Accipiter inter animantes sacras apud Aegyptios, II, 65. eum qui necaverit, morte mulctatur, *ibid.* et not. eas aves in urbem Butun asportant sepeliendas, II, 67. Accipitrum paria septem, omen sunt septem Persis, III, 76 not. *)

Acephali, (οἱ ἀκέφαλοι), in Africa homines in pectoribus oculos habent, IV, 191.

Aceratus, propheta in templo Delphico, VIII, 37.

Aces fluvius, III, 117 not. T. II p. 676.

Achaeorum, (qui Iones e sedibus suis exegerunt), partes duodecim, I, 145. VIII, 73 not.

*) Simile augurium apud Aeschyl. Pers. 210 seq. Blomf.

Achaei Phthiotae suppeditant Xerxi terrestres copias, VII, 132 not. *) 173. 175, prytaneo excludunt Athamantis posteros, VII, 197.
Achaiae Cereris templum et orgia, V, 61.
Achaemenes, Darii filius, III, 12. Xerxis ex utroque parente germanus, VII, 7 not. et 97. Aegypti praeses, VII, 7. Aegyptiacae classi praefectus, VII, 97. bonum consilium Demarati invertit, VII, 236. periit in Aegypto ab Inaro interfectus, III, 12. VII, 7.
Achaemenes alius, Teispei pater, avus Cambysis, VII, 11. auctor regiae stirpis per Darium, *ibid.* not.
Achaemenidarum familia nobilissima I, 125 not., ex qua reges Persidae prognati, *ibid.* eos moriens Cambyses obtestatus, ne imperium demitterent, III, 65.
Achaia, VIII, 36. Achaia Thessaliae, (*quae alias* Phthiotis), VII, 173 not.
Achaicus populus, Peloponneso non egressus, VIII, 73.
Achelous fl. II, 10. VII, 126.
Acheron fl. V, 92 §. 7 not. VIII, 47.
Achilleius cursus, (ὁ Ἀχιλλήϊος Δρόμος), locus sic dictus, IV, 55 not. 76.
Achilleum, oppid. prope Sigeum, V, 94 not.
Acies Atheniensium in pugna Marathonia instructa, VI, 111. Graecorum ad Plataeas, IX, 28—30. et Persarum ad Plataeas, IX, 31.
Acinaces Martis, cui immolatur quotannis a Scythis, IV, 62. acinacem in calicem vino et sanguine plenum tingunt Scythae in foedere ineundo, IV, 70. acinaces Persicus in Hellespontum abiectus a Xerxe, VII, 54. acinaces Persarum III, 64 not. III, 118 not. VII, 61 not. 64. acinaces Scytharum IV, 62 not.
Acraephia urbs, VIII, 135 not.
Acrisius, Danaes pater, VI, 53.
Acropolis Athen. a Persis expugnata, VIII, 52. 53.
Acrothoon urbs, VII, 22 not.
Aculeis iaculorum ahenum factum, IV, 81.
Adicran, Afrorum rex, agro a Cyrenaeis exutus, Apriae se dedit, IV, 159.
Adimantus, Aristeae pater, VII, 137.
Adimantus, Ocyti filius, Corinthiorum classis dux, fugam facere vult, VIII, 5 not. eius dictum in Themistoclem, VIII, 59. insolentia erga Themistoclem, VIII, 61 not. et turpis fuga, VIII, 94.
Adoratio (προσκύνησις), mortalibus deneganda, VII, 136 not.
Adrastea: Excurs. ad I, 35 p. 891.
Adrastus Phryx, Gordii fil., nepos Midae, I, 35 ibiq. not. et excursus I p. 890 seqq. T. III p. 814. I, 45. fratris interemptor, *ibid.* a Croeso expiatus, I, 35. ei custodiam filii sui ad venationem exeuntis mandat Croesus, I, 41. Croesi filium transfodit, aprum volens transfigere, I, 43. sese super bustum Atyis transfodit, I, 45.
Adrastus, Talai filius, Sicyonis rex, V, 67 not. pater Aegialei, V, 68. in eum Clisthenis Sicyonii odium, V, 67 not. ei honores et dies festi erepti, et Melanippo traditi, *ibid.*
Adria, (ὁ Ἀδρίας), IV, 33. V, 9. a Phocaeensibus ostensus, I, 163 not.
Adyrmachidae Libyes, Aegyptum versus, IV, 168 not. eorum mores, *ibid.*
Aea, Colchis, (Αἶα ἡ Κολχὶς), I, 2 not. VII, 193. 197 not.
Aeaces, Sylosontis et Polycratis pater, III, 39. VI, 13.
Aeaces, Sylosontis fil., Sami tyrannus, IV, 138. ab Aristagora exutus tyrannide, VI, 13. Samios ad

---

*) Hinc apud Plutarch. Pericl. 17 p. 162, ubi vulgo sic edunt: *οἱ δὲ λοιποὶ δι' Εὐβοίας ἐπ' Οἰταίους καὶ τὸν Μαλιέα κόλπον καὶ Φθιώτας καὶ Ἀχαιοὺς καὶ Θεσσαλοὺς ἐπορεύοντο*, haud scio an scribendum sit *καὶ Φθιώτας Ἀχαιοὺς* abiecta particula *καὶ*, vel etiam *καὶ Φθιώτας τοὺς Ἀχαιούς*.

defectionem a sociis sollicitat, *ib.* Samum reductus, VI, 25.

Aeacidae ab Aeginetis Thebanis missi, V, 80 not. V, 75 not. a Graecis ad Salaminem invocati, VIII, 64 not.

Aeacus ex Aegina, progenitor Miltiadis *τοῦ κτίστου* VI, 35 not. ei templum Athenis in foro exstructum, V, 89.

Aedes Veneris in Cypro unde exstructa, I, 105. Minervae, VIII, 39. Aedes Veneri hospitae intra Protei delubrum Memphi consecrata, II, 112. Vulcani, II, 110. deorum et hominum ligneae, IV, 108. fulmine absumptae, IV, 79. vid. *Templum.*

Aedificii, structura, in quo repositae erant regiae pecuniae, II, 121. Aedificio ex urbe Elephantina afferendo triennium consumtum, II, 175 et eius ex solido saxo descriptio, *ibid. et seq.* Aedificium Zalmoxis subterraneum, IV, 95. Aedificia humanis operibus maiora, II, 148. vid. *Domus.*

Aega, (*Αἰγή*), urbs, VII, 123 not.

Aegae, (*Αἰγαὶ*), ex partibus Achaeorum, I, 145 not.

Aegaeae, (*Αἰγαῖαι*), civitas Aeolum, I, 149. vid. not.

Aegaeum mare, (*τὸ Αἰγαῖον πέλαγος*), IV, 85.

Aegaleus mons in Attica, unde Xerxes navalem pugnam spectabat, VIII, 90 not.

Aegaeus, Pandionis filius, Lycum fratrem Athenis pellit, I, 173.

Aegeus, Oiolyci fil., a quo *Aegidae* nomen habent, IV, 149.

Aegialees Pelasgi (*Πελασγοὶ Αἰγιαλέες*), VII, 94 nott.

Aegialenses. tribus Sicyonia, ab Aegialo Adrasti filio nominati, V, 68 nott.

Aegicores, Ionis filius, V, 66 et T. III p. 798 seq.

Aegidae in Sparta ingens tribus, a quo dicta, IV, 149 not. *)

Aegila, sive *Augila*, locus ad quem Nasamones veniunt ut palmulas decerpant, IV, 172 not. 182.

Aegilea (*Αἰγίλεια*), Styreorum insula, VI, 107 not.

Aegilia (*Αἰγίλια*), circa Eretriam, VI 101. *cf. ad* VIII, 90 not.

Aegina et *Thebe*, sorores, filiae Asopi, V, 80 not.

Aegina insula olim Oenone dicta, VIII, 46. refugium fuit Atheniensibus in bello Medico, VIII, 41.

Aeginetae quo sensu Dorienses VIII, 46 not. ex Epidauro orti *ibid.* Epidauriis quondam subditi, V, 83. cur Samiis infensi, III, 59 not. et quomodo eos mulctarint, *ibid.* Aeginetarum res navalis III, 59 not. IV, 152 not. VI, 49. V, 80 not. 83 not. Aeginetarum pugna cum Cydoniis, III, 59 T. II, p. 674. Aeginetarum foedus cum Thebanis, V, 80 not. Aeginetarum cultus Aeacidarum, V, 80 not. Aeginetarum opera figlina, V, 89 nott. Aeginetarum urbs antiqua, VI, 88 not. (*Oea*). in Athenienses odii principium, V, 82 et *seq.* Ab iis illatae Atheniensibus iniuriae VI, 87 *seqq.* ab Atheniensibus proelio navali victi, VI, 92. Eorum piaculum maximorum eis malorum causa, VI, 91. — Statuas Epidauriis raptas ab Aeginetis Athenienses repetunt, V, 84. Ab Aeginetis Thebani opem petunt adv. Athenienses, V, 80, 81. Aeginetae terram et aquam dant Dario, VI, 49 not. unde infensos habent Athenienses et apud Spartanos insimulantur, VI, 49 not. contraque eius rei auctores mittitur Cleomenes, VI, 50. Primores ipsorum Atheniensibus dantur obsides, VI, 73. quos postea temporis reddere negant Athenienses, VI, 85. 86. — Aeginetarum legati contra Leotychidem Spartam

*) Add. Kortüm in Bercht. et Schlosser. Archiv IV p. 152, qui hanc Aegidarum tribum ad rusticas refert, complectentem pascua prataque ad Taygetum sita, regum reditibus ex parte accensa, unde bestiae ad sacra necessariae

missi, VI, 85. Imminente bello Persico Aeginetae et Athenienses inimicitias solvunt, VII, 145 not. Aeginetae ad Salaminem, VIII, 46 not. 91 not. praestantissimi in pugna navali contra Persam, VIII, 93 not. et cap. 122 not. ab Atheniensium parte stant, VIII, 74 not. Aureas stellas tres Delphis dedicant, VIII, 122. — Aeginetae ad Plataeas in acie Graecorum, IX, 28. Unde iis divitiarum principium, IX, 79 not. eorum ad Plataeas inanes tumuli multo post excitati, IX, 85.

Aegineticum bellum cum Atheniensibus toti Graeciae saluti fuit, VII, 144, belli tempus, VII, 144 not.

Aegion, urbs Achaeorum, I, 145 not.

Aegira (ἡ Αἴγειρα), urbs Achaeorum, I, 145 not.

Aegiroëssa (Αἰγιρόεσσα). Aeolum civitas, I, 149 not.

Aegis Minervae ex Libya Graecis adoptata, IV, 180. 189.

Aegli pop. III, 92 not.

Aegos Potami (Αἰγὸς Ποταμοὶ), IX, 119 not.

Aegroti apud quosdam Indos interficiuntur et comeduntur, III, 99. apud Indos Padaeos vero deserti in deserto cubant, III, 100. Circa aegrotos Babyloniorum lex, I, 197.

Aegyptii omnium hominum primos se arbitrati, II, 2 not. Phrygas tamen esse priores concedunt, *ib.* not. Vid. *Phryges*. Cum Cyri familia cognationem sibi fingunt, III, 2. Eorum instituta et iura, ab aliis populis prorsus diversa, II, 35 not. et seqq. ab Aethiopia, ut volunt, repetuntur, II, 29 not. et Vid. *Aethiopia*, II, 100 not. Suis moribus et institutis contenti II, 78. nec ullis aliis uti volunt, II, 91 not. cf. II, 43 et 49. In septem hominum genera (Casten) distributi, II, 164 not. Aegyptii maxime salubri corpore ob aërem, qui est immutabilis, II, 77. purgant se singulis mensibus, *ibid.* Eorum capita quam firma, et cur, III, 12 not. Minimo labore fructum e terra percipiunt, II, 13. 14. Fabis abstinent, II. 37 not. et vitibus carent, II, 77 not. coll. III, 6. eorum vinum ex hordeo, II, 77 not. oleum ex sillicyprio, II, 94. cum animalibus domesticis una vivunt et vescuntur, II, 36 not. suem non alunt, IV, 186. quo tempore sues immolent et earum carne vescantur, II. 47. 48 not. abluunt post contactam suem, II, 47. suibus utuntur ad terram semendam II, 14 not. bovibus abstinent, II, 18 not. piscibus abstinent, II, 37 not. — Aegyptii Thebanae provinciae ab ovibus abstinent et capras immolant, II, 42. nec ita Mendesiae provinciae *ibid.* et 46. Aegyptiorum mores depravati, II, 117 not. pocula aenea II, 37 not. — mulieres virilia tractant negotia, II, 35 not. *) Aegyptiorum mos urinam mittendi et alvum exonerandi, II, 35 not. mos parandi panem II, 36 not. mos computandi II, 36 not. scribendi, II, 36 not. mos in conviviis, II, 78 not. — color cutis, II, 104 not. Circumcisio, II, 37 not. II, 104 not. — texturae II, 35 not. **) — Vestes II, 36 not. II, 81 not. Vestes sacerdotum II, 37 not. II, 81. Vestes in luctu II, 85 nott.— Viri binas vestes habent, feminae singulas, II, 36. Vestes eorum lineae et laneae, II, 81. unguenta, II, 94. cibus et potus, II, 77. 78. cf. c. 92 et 125. salutatio mutua, II, 80. cantilena, II, 79 not. praecipui conventus, II, 59. — Eorum luctus et sepultura, II, 36 not. 85 not. 86. mos triplex in condiendis cadaveribus, II, 86 not. 87. 88 not. ad II, 123.

---

*) Hoc et alibi antiquitus factum esse monstrant allata a Braun. De vestit. sacerdd. Hebrr. I, 18 §. 303.

**) Add. Braun. De vestit. sacerdd. Hebrr. I, 16 §. 239.

Excurs. T. I p. 909 seq. Eorum naves ex spina arbore confectae, II, 96. Aegyptiorum, qui in paludibus habitant, mores et instituta, II, 92. 93. Aegyptiorum milites, II, 30 not. 140. 164. 165. 166 not. eorum stipendium et commoda, II, 167 et armatura, VII, 89 coll. I, 135. IV, 180. in magno contemtu Sethoni regi, II, 141. Aegyptiorum bubulci et subulci II, 154 not. navigatores et gubernatores II, 164 not. — Aegyptii medici ceteris praestantiores, III, 129. singulis morbis singuli, II, 84 not. — interpretes II, 164 not. a quibus oriundi, II, 154 not. — sacerdotes, II, 164. 36 seq. quorum unus est princeps sacerdos, II, 37. qui Thebis in templo, dum vivit, imaginem suam ponit, II, 143. sacerdotes mares soli, non feminae, II, 35 not. II, 54. sacerdotes comam radunt, II, 36 not. II, 37 not. se abluunt, II, 37 not. sacerdotum tria collegia, II, 3 not. II, 37. aerarium, II, 37 not. sacrificia etc., II, 39 not. II, 40. ratio vivendi, II, 37 not. vestes sacerdotum, II, 37. *) Aegyptii hominum sapientissimi, II, 77 not. 160. multarum rerum cognitione ceteris antecellunt, II, 121. Memoriae rerum gestarum dant operam, II, 77 not. cf. II, 143. Aegyptiorum annales et carmina, II, 100 not. ars medica, II, 84 not. res ludicra et gymnica, II, 91 not. architectura, II, 169. accurata Politia (Polizei), II, 177 not. **) Aegyptii festis et pompis delectantur, II, 59 not. Eorum inventa, II, 4. 82. scripturae duplex genus, II, 36 not. et 37 not. ***) dicterium in Graecos, II, 13. iudicium de publicis Olympiae certaminibus, II, 160. primi immortalitatem animae asseverant, II, 123 not. et T. I p. 914 seqq. ignem animal esse asserunt, III, 16 not. primi annum invenerunt et in menses XII. distribuerunt, II, 4 not. menses diesque Deorum nominibus signant, II, 82 not. Prodigiorum observantissimi, II, 82. divinationem certis diis tribuunt, II, 83. Aegyptiorum dei nott. ad II, 43 et add. Seyffarth. in Iahn. Annall. 1834. IV, 2 p. 209. 210. primi diis aras et simulacra et delubra statuerunt, II, 4. Aegyptii supra modum religiosi, II, 37. duodecim deorum cognomina primi in usu habuerunt, II, 4 not. octo deorum primores, et duodecim secundi nominati, II, 145 not. at omnes longe antiquiores Graecorum diis, II, 146 not. Deorum omnia fere nomina ab iis ad Graecos pervenerunt, II, 50. Quorum deorum nomina nesciant, *ibid.* — Aegyptiorum ritus religiosi, II, 38 seqq. et c. 64. Sacrificia, II, 39. 40. 41. illis sub Cheope interdicta, II, 124. a Mycerino restituta, II, 129. Pompae sacrae et festa, II, 58—64 et c. 122, *ubi Rhampsiniti descensus ad inferos.* Bestiarum cultus, II, 64 not. 65 seqq. Vid. *Bestiae.* oracula, II, 83. Divinatio ex victimis ab Aegyptiis profecta, II, 57 conf. c. 54 seqq. Mysteria II, 170. 171. Aegyptia instituta et Pythagorica eademque Orphica et Bacchica consentiunt, II, 81 not. Ante homines in Aegypto dii regnaverunt, II, 144 not. Aegyptiorum reges cccxxx. II, 100 not. quorum primus Menes, II, 99. unde orti reges; not. ad II, 141. regum munera et vivendi ratio: nott. ad II, 142 et ad II, 173; sepultura, III, 16 not. Reges praecipui, II, 101. 102. 111. 112. 121.

---

*) Add. Braun. De vestit. sacerdd. Hebrr. I, 3 §. 47 et I, 9 §. 147.

**) Add. Creuzer. ad oration. de Athen. p. 63.

***) Add. Reuvens Lettres à M Letronne sur les papyrus bilingues et Grecs, Leid. 1830 et potissimum Seyffarth in Iahnii Annall. philoll. 1834. IV, 2 p. 190 seq.

124. 127. 129. 136. 137. 141. 147. 151. 158. 160, 161 seqq. 172 seq. III, 10. Eorum sub duobus regibus calamitas, II, 124—128. Aegyptii libertatem adepti duodecim sibi reges constituerunt, II, 147 seqq. Clade a Cyrenaeis accepta, a rege Aprie desciverunt, IV, 159 et Amasin regem nominarunt, II, 161 seqq. sub quo maxime floruerunt, II, 177 not. Psammenito rege, Aegyptii acri proelio a Persis victi, III, 10 seqq. morte mulctati a Cambyse quum Apin celebrarent, III, 27 28. 29. A Cambyse subacti a Persis deficiunt, Dario regnante, VII, 1. denuo a Xerxe subacti, VII, 7. ipsi Phoenices commeatus comportant exercitui Persico contra Graecos, VII, 25. et naves ducentas praebent, VII, 89. navali in pugna strenui, VIII, 17.

Aegyptio thorace in pugna utuntur Persae, I, 135 not. et ab Aegyptiis quoque scutum et galea ad Graecos pervenit, IV, 180.

Aegyptium linum II, 105 not.

Aegyptius quidam vocalissimus, IV, 141.

Aegyptus ab Herodoto Libyae s. Africae accensetur, IV, 42 not., qui ipse eo profectus est ibique accurate omnia perlustravit, Comm. §. 7 p. 392. fluminis donum, II, 5 not. et Excurs. p. 901 seq. *) tota est palustris, vel palus, ἕλος, II, 4 not. quousque pateat, oraculi responso, II, 18. per se angusta, II, 8 not. II, 99 not. Aegypti longitudo, II, 5 not. eiusque maritimae partis latitudo, II, 6 not. II, 149. De Aegypti magnitudine Ionum sententia, II, 15 et Herodoti, II, 17. Aegyptus montanae Ciliciae opposita, II, 34. Asiae et Africae terminus, II, 17. Africae et Libyae finitima, II, 65. III. 91. unde incipiat et qua pateat in eam ingressus, III, 5. Aegyptus olim maris sinus fuit, II, 10 not. 12 not. Aegyptus pluvias non habet, II, 13 not. et 14. Aegypti solum ac terra nigra, II, 12 not. II, 77 not. Aegypti nomen *Chem* s. *Mizraim* II, 12 not. II, 15 not. Aegypti ora maritima Ciliciae opposita, II, 34 not. Aegypti vites, II, 37 not. II, 77 not. Aegypti pisces, II, 37 not. II, 77 n. Aegypti pars inferior s. τὰ ἕλη. II, 92 not. 94 not. Aegypti divisio a Sesostri facta, II, 109 not. Aegypti urbes in solo altiori exstructae, II, 137 not. coll. 138. via ex Palaestina in Aegyptum, III, 5 not. III, 7 not. III, 9. Aegypti seu Aegyptiacae regionis natura, II, 8 not. 12 not. Aegypti solum a vicinarum terrarum solo diversum, II, 12 not. Aegypti a Nilo inundatae facies, II, 97 not. Ubertas per Nilum, II, 14 not. **) cuius aqua noctu magis calida quam serenum coelum et ros, II, 68. Coeli temperies nullis mutationibus obnoxia, II, 77 not. Aegyptus non bestiis frequens, II, 65. *Describuntur praesertim ab Herodoto* crocodili, II, 68. 69. 70. hippopotami, II, 71. ibides aves, II, 75 seq. pisces gregales, II, 93. serpentes cornuti, II, 74. serpentes volucres, II, 75 seq. *et memorantur aliae animantes*, II, 14. 42. 47. 60. 65. 67. 72. 95. IV, 186. Terra gignit papyrum, v. byblum (cf. VII, 25.) lotum, lilia, II, 92 not. sillicyprium, II, 94 not. raphanum, caepam et allium, II, 125. Aegyptus fossas unde tam multas habeat, II, 108 not. propter quas inequitabilis et plaustri inhabilis effecta, *ibid.* plura mirabilia habet quam omnis

---

*) Add. Chr. Kapp: Vermischte Aufsätze (Kempten 1833) p. 139 et Excerpt. e Commentt. Alexandr. in Aristotel. Meteor. p. 258 ed. Ideler, quem ipsum cf. p. 479 Commentt.

**) Add. A. G. de Schlegel in Indic. Bibl. II 3 p. 290, qui Herodoti verba ad Deltae inferioris loca quaedam spectare censet.

alia regio, II, 35 not. Aegyptus in praefecturas, quae νομοὶ vocantur, divisa, II, 42 not. II, 164. postea temporis in duodecim portiones distincta, II, 147. sub Amasi rege maxime florens, II, 177 not. in ea tunc vicies mille oppida habitata, *ibid.* Aegypti antiqua historia, II, 99 et seqq. — Aegypto minatur interitum Cambyses decem circiter annos natus, III, 3. ea potiuntur Persae, III, 7 seqq. Aegyptus Persis tributaria, III, 91.

Aeimnestus, Spartanus Mardonium interfecit, IX, 68 not. ipse occubuit in bello Messenico, *ibid.*

Aenea, urbs (ἡ Αἴνεια), VII, 123 not.

Aenesidemus, Pataici filius, satelles Hippocratis, VII, 154 not. Theronis pater, VII, 165 conf. adn.

Aenianes, vid. *Enianes.*

Aenus (Αἶνος), urbs Aeolica, IV, 90 not. VII, 58 not.

Aenyra (τὰ Αἴνυρα), locus Thraciae, VI, 47.

Aeoles, olim Pelasgi vocati, VII, 95. a Croeso invasi, I, 26. atque subacti, I, 6. 28. Cyro se dedere volunt, I, 141. Aeoles et Iones hereditarii Cambysis servi, II, 1. tributarii Dario, II, 90. Aeoles circa oram Iliadem capti ab Hymea, V, 122. eorum in Xerxis classe arma, VII, 95. Aeoles Sestum tenentes, IX, 115.

Aeolenses Mitylenaei, V, 94 cf. V, 122 not.

Aeolicae undecim civitates (αἱ Αἰολίδες πόλιες), I, 149 not. Aeolicae civitates insulares quinque, I, 151 not. Aeolicae et Ionicae ditionis collatio, I, 149 not. Aeolidensium oppidum incensum, VIII, 35 not.

Aeolis (ἡ Αἰολὶς), V, 123 not. (Thessalia). VII, 176 not.

Aeolus Athamantis pater, VII, 197.

Aeor (Οἰὸρ), apud Scythas virum significat, IV, 110.

Aeorpata (Οἰόρπατα), id est, viricidae, Amazones dictae lingua Scythica, *ibid.*

Aequabilitas, res egregia, V, 78.

Aequitati iniquitas invisa, I, 96.

Aër Aegyptiorum nunquam immutatur, II, 77. aëris mutatione existunt praecipue morbi, *ibid.*

Aerarium Atheniensium, VII, 144.

Aerei viri Psammiticho auxiliantur, II, 152.

Aereus Iupiter et Neptunus, IX, 80. Aereum totum Mardonii praesepe, IX, 69.

Aëropus Temeno natus, VIII, 137 not.

Aëropus, Philippi filius, Alcetae pater, VIII, 139 not.

Aëropus, Echemi pater, IX, 26.

Aes apud Aethiopas omnium pretiosissimum et rarissimum, III, 23 not. apud Scythas non est in usu, IV, 71. eius copia apud Massagetas, I, 215. aes ante ferrum in usu, I, 68 not. pro aere aurum mercantur Aeginetae, IX, 79 not. Aeris alieni debitor mendacio obnoxius, I, 138. — Aes alienum debere, apud Persas turpe, I, 138. aeris alieni debitor cadaver patris deponit ap. Aegyptios, II, 136. aere alieno liberatur ap. Spartanos, in regis obitu, qui aut regi aut reipublicae sit obstrictus, VI, 59. ut et apud Persas, *ibid.*

Aesanius, Grini pater, IV, 150.

Aeschines, Nothonis filius, VI, 100. non sinit Atheniensium auxiliatorum quatuor millia cum Eretriensibus in bello Persico perire, *ibid.*

Aeschreas, Lycomedis pater, VIII, 11.

Aeschrionia Samiorum tribus, III, 26 not.

Aeschylus, Euphorionis filius, II, 156 not. Aeschyli notio de fato similis Herodoteae notioni, Comm. §. 12; in Persis idem fere argumentum, quod Herodotus, tractat, Comm. §. 12; Eius multae locutiones in Herodoto reperiuntur, Comm. §. 15.

Aesopus, fabularum scriptor, II, 134 not. aetas et caedes, *ibid.*

Aestas ubi semper nubila est, IV, 28. aestatis et hiemis simulacra, II, 121.

Aesymnetae in Ionum civitatibus, not. I, 20.

Aethiopes, IV, 197 not. VII, 69 not. quomodo redditi mansuetiores, II,

30. pudenda circumcidunt, II, 104. Aethiopes macrobii, unde tam longae vitae, III, 23 not. quales homines, III, 20 not. seqq. eorum regis cum Ichthyophagis Cambysis legatis colloquia, III, 21. 22. 23. adv. eos infelix Cambysis bellum, III, 17. 25 seqq. Aethiopes alii, Aegypto contermini, a Cambyse subacti, III, 97. eorum semen, domus, *ibid.* Aethiopes nomades, II, 29 not. Aethiopes Troglodytae, eorumque mores, IV, 183 not. Aethiopum varia genera cum Xerxe militantium, VII, 69 not. 79. eorumque differentia, arma, vestitus et duces, *ibid.* Aethiopum genitura nigra, III, 101. Aethiopes colunt Iovem et Bacchum, II, 29 not. Aethiopes statura minima II, 32 not. *Aethiopes Asiatici*, III, 94 not. VII, 70 not.

Aethiopiae situs, III, 114 not. eius descriptio et quarum rerum ferax sit, *ib.* - Aethiopiae regno solus Sesostris Aegypti rex potitus, II, 110 not. Aethiopiam Nilus permeat, II, 22 not. Aethiopiae et Aegypti coniunctio, II, 100 not. Aethiopia incunabula rerum Aegyptiacarum continet, II, 29 not. et add. Vienn. Annall. LVIII p. 42.

Aethiopicus lapis, II, 134 not. II, 86 not. 176.

Aëtion, Echecratis filius, V, 92 §. 2 not. eique redditum oraculum, *ibid.*

Aetolia (ἡ Αἰτωλὶς χώρη), VI, 127.

Aetolus Males, Agaristae procus, germanus Titormi, *ibid.*

Affines Medi et Persae similiter colunt, I, 134.

Africae descriptio geographica, IV, 41 not. — 44. termini, 17. deserta, II, 32. Africae superiora aestas semper obtinet, II, 26. Africa circumnavigata, IV, 42 seq. vid. *Libya.*

Africus ventus pluviosissimus, II, 25.

Agaeus, Onomasti pater, VI, 127.

Agamemnon Pelopides, VII, 159. Orestis pater, I, 67.

Agarista, Clisthenis filia, Graecorum praestantissimo destinata, VI, 126. eius proci totius Graeciae praestantissimi iuvenes, VI, 127. nubit Megacli, VI, 130. eius liberi, VI, 131.

Agarista, Hippocratis ex Agarista nati filia, Xanthippo nupta, Periclis mater, VI, 131 not.

Agasicles Halicarnasseus, I, 144. legem Apollinis Triopii ausus violare, *ibid.*

Agathoërgi Spartae, I, 67 not. *)

Agathyrsi, IV, 49 not. 102. 125. eorum mores et instituta, IV, 103, sedes IV, 100 not.

Agathyrsus, Herculis filius, IV, 10.

Agbalus, pater Merbali, VII, 98.

Agbatana Mediae (τὰ Μηδικὰ Ἀγβάτανα), III, 64. 92. nomen I, 98 not. **) situs urbis, I, 98 not. ***) eius urbis exstructio, I, 98 not. 110. ibi sedes Cyri, I, 153 et Cambysis III, 64.

Agbatana Syriae, III, 62 not. *adn.* 64.

Agenor, Cilicis Phoenicis pater, VII, 91.

Agesilaus, Doryssi fil., VII, 204.

Agesilaus, Hippocratidae filius, VIII, 131.

Agetus, Alcidis filius, VI, 61. uxorem suam amico Aristoni collocat dolo adactus, VI, 62.

Agger Nilo aggestus a Mene primo

(* Add. Kortüm in Schlosser et Bercht Histor. Archiv. IV p. 170.

**) Add. Passow. Melett. criticc. in Aeschyl. Perss. p. 48. Ac Bohlen in Commentt. de Origin. ling. Zendic. p. 29 cum Lassenio urbis nomen valere ait ἱπποστασίαν, adferens quoque e sacra scriptura nomen אחמתא Esra VI, 2.

***) Add. Hammer. in Annall. Viennens. LXII p. 21, ubi prope locum, qui nunc vocatur *Harsin*, vetera Ecbatana exstitisse ponit, et conf. etiam Friedeburg. Journal d. Reisen 1830 Mai p. 4 seqq.

Aegypti rege, II, 99. vid adn. agger visu mirabilis Euphrati aggestus a Nitocri regina, I, 185. agger circa portum Samiorum ductus, III, 60 not. aggeribus iactis Ioniae oppida capit Harpagus, I, 162.

Agis, Menaris pater, VI, 65 not.

Agis, Spartae rex VII, 204 n.

Aglauri, Cecropis filiae, fanum VIII, 53 not.

Aglomachi turris privata, IV, 164.

Agmen Xerxis Graeciam petentis describitur, VII, 40, 41.

Agora (Ἀγορή, i. e. *Forum*). oppidi nomen, VII, 58 not. coll. T. III p. 823.

Agrianes fl. in Ebrum se exonerat, IV, 90 not.

Agrianes (Ἀγριᾶνες) pop. V, 16 not. T. III p. 812.

Agrigentini (οἱ Ἀκραγαντῖνοι), Camicum incolunt, VII, 170. eorum monarcha Theron. c. 165.

Agron, primus ex Heraclidis Sardium rex, I, 7 not.

Agyllaei: eorum ager, caedibus pollutus, quo pacto expiatus, I, 167 not.

Ahenum ex aculeis sagittarum factum in Scythia, eiusque descriptio, IV, 81. ahenum ad crateris Argolici modum factum Iunoni Samii dedicant, IV, 152 not. ahenum in Ponti ostio a Pausania dedicatum, IV, 81 not.

Aiax, pater Philaei, VI, 35.

Aiax, Telamonis filius, pro heroë habitus, V, 66 not. a Graecis ad Salaminem invocatus, VIII, 64. ei in ipsa Salamine triremis dedicata, VIII, 121.

Aimnestus, vid. *Aeimn.*

Alabanda, urbs Phrygiae, VIII, 136. vid. not.

Alabandi in Caria, VII, 195 not.

Alabastrites lapis, III, 24 not.

Alae in humeris visae, I, 209 not. *)

Alalia, in Corsica a Phocaeensibus condita, I, 165. vid. not. 166.

Alarodii, III, 94 not. cum Xerxe militantes, VII, 79. eorum armatura et dux, ibid.

Alazir, Barcaeorum rex, in foro interfectus, IV, 164.

Alazones, Scythicus pop. IV, 17 not. 52.

Alba, arx Memphi (τὸ Λευκὸν τεῖχος ἐν Μέμφι), a Persis occupata, III, 91.

Albae columnae (Λευκαὶ Στῆλαι) sic dictus locus, V, 118 not.

Album litus, vide *Leuce acte.*

Alcaeus, Herculis fil., I, 7.

Alcaei poetae fuga, V, 95 not. eius arma suspenderunt in Sigeo Athenienses, *ibid.*

Alcamenes, Telecli fil., VII, 204.

Alcetes, pater Amyntae, VIII, 39.

Alcibiades, Cliniae pater, VIII, 17 not.

Alcides, Ageti pater, VI, 61.

Alcimachus, Euphorbi pater, VI, 101.

Alcinor et Chromius, Argivi, I, 82.

Alcmaeon, pater Megaclis adversarii Pisistrati, I. 59.

Alcmaeon, Megaclis huius filius, VI, 125. Croesum adiuvat in consulendo oraculo Delphico; auro se ridicule onerat ap. Croesum; victor in Olympicis, *ibid.* Megaclis illius pater, qui Agaristen Clisthenis fil. in matrimonium ducit, VI, 127.

Alcmaeonidae, nobilissima inter Athenienses familia, VI, 125 not. coll. V, 66. piaculo obnoxii, (ἐναγέες) not. I, 61. coll. V, 70. 71. ob Pisistratum, I, 64 not. et Pisistratidas patria profugi, templum Delphicum aedificandum conducunt, V, 62. Athenas tyrannide liberant, VI, 123 coll. V, 63 et VI, 121. per Clisthenis Sicyoniorum tyranni adfinitatem per universam Graeciam celebrati, VI, 126—131. factionibus dissident cum Isagora, V, 66 not. Athenis eiecti, mox vero restituti sunt, V, 69—73. clypeum

*) Alarum Augurium simile quoddam e Turcarum historia narrat I. de Hammer. Gesch. d. Osman. I p. 52. Herodotei loci non immemor.

Persis post pugnam Marathoniam ex composito sustulisse feruntur, VI, 115 not. quod negat Herodotus, VI, 121 not. 124. Alcmaeonidarum opes et victoriae VI, 125 not. 126.
Alcmena, mater Herculis, II, 43, 145.
Alcon Molossus e procis Agaristae, VI, 127.
Alcades vide *Cleades* (IX, 85.)
Aleae ludus a Lydis inventus, I, 94.— aleae lusus Cereris et Rhampsiniti, II, 122 not.
Aleae Minervae, templum Tegeae, I, 66 not. IX, 70.
Aleius campus (τὸ Ἀλήϊον πεδίον), Ciliciae, VI, 95 not.
Aletes, V, 92 §. 2 not.
Aleuadae, Thessaliae reges, VII, 6 not. 130 not. nuncios ad Xerxem mittunt ut succurrat contra Graecos. *ibid.* Thessalis invitis, VII, 172. cf. c. 130 fin. — Aleuadae, *fuere* Thorax *Larissaeus*, *eiusque fratres* Eurysipylus et Trasideius, IX, 58.
Alexander, Priami filius, Helenae raptor, I, 3. II, 113. vi ventorum in Aegyptum delatus, Helenam et opes Menelao raptas relinquere coactus, II, 113—115. cf. c. 116. in Cypriis vero carminibus triduo ex Sparta Ilium pervenisse fertur, II, 117.
Alexander, Amyntae filius, Macedoniae rex, V, 19. VII, 173 not. vetusta origine Graecus, V, 22. VIII, 136 not. 139. familiae stemma, VIII, 139. adhuc iuvenis Persarum legatos nimis insolentes in convivio interimit, V, 19. 20. 21. in Olympicis stadium currit primo proximus, V, 22. Graecos ad Thermopylas per legatos monet, ne in his faucibus manentes ab invadente Xerxis exercitu conculcentur, VII, 137. Atheniensium hospes, VIII, 136 not. a Mardonio legatus Athenas missus, VIII, 136 not. Athenienses hortatur ad paciscendum cum Persis, VIII, 140. ad Plataeas Atheniensibus Mardonii causam prodit, IX, 44 not. 45. aurea eius Delphis statua, VIII, 121.
Aliacmon, vid. *Haliacmon*.
Alilat, eadem Arabibus quae *Urania*, III, 8 not. *Alitta*, Venus Arabum II, 131 not. *)
Alluvione fluminis agros decurtatos compensat Aegypti rex, II, 109.
Alopecae, in Attica pagus, V, 63 not. **)
Alpeni (Ἀλπηνοὶ), vicus ad Thermopylas, Graecorum receptaculum, VII, 176 not. cf. c. 229.
Alpheus et Maron, Orsiphanto geniti, VII, 227. eorum virtus ad Thermopylas, *ibid.*
Alpis fl., IV, 49 not.
Alus, urbs Achaiae Thessalicae, VII, 173 not, 197.
Alumen, II, 180 not.
Alyattes Sadyattae succedit in Lydiae regnum, I, 16 not. bellum cum Milesiis a patre sibi traditum

*) Tractaverat de hac dea Bock, in libro, quem de symbolica architecturae veterum editurus erat, nunc deleto p. 52. eo referens lapidem nigrum, circa quem Kaaba fuerit exstructa, formâ quadrata. Magis, opinor, huc pertinent, quae nuper Schelling. disseruit (Zweiter Jahresbericht der Baiersch. Akadem. der Wissensch. 1831. Monach. p. 55 seq.), eorum interpretatione reiecta, qui duce Iosepho Scaligero ad vocem *Alilat* explicandam afferunt Arabicum *Hilal*, quippe quod non *lunam*, ut isti putent, sed *novilunium* modo significet. Neque convenire hoc ait cum ipsius Herodoti testimonio, (I. 131) ut *lunarem deam* hic indicari statuamus, cum ille postquam solem et *lunam* a Persis coli enarravit, aliam praeterea addit deam, *Mitram* sive *Alittam*; in qua voce *Al* Arabum sit articulus et *Ilat* femininum vocis *Ilah* s. *Elah*, qua *deus* indicetur.

**) Add. Sintenis ad Plutarch. Themist. I p. 7.

gerit, I, 17. 18. 19. morbo divinitus adfectus, oraculi monitu, pacem componit cum Thrasybulo, Milesiorum tyranno, I, 19—22. e morbo convalescens Delphis donaria dedicat, I, 25 not. ob Scythas transfugas cum Cyaxare et Medis bellum gerit, I, 16. 73. 74. Cimmerios ex Asia eiicit, 1, 16. vid. *adn.* eius mors *) et anni regni, I, 25. 41 not. sepulcrum memorabile, I, 93 not. et Excurs. p. 924 not. **) — eius fil., Croesus et Pantaleon, I, 92. filia Aryena, I, 74.

Amasis tempora, I, 30 not. III, 10 not. II, 134 not. Aegyptius ex domo minime illustri, II, 172 not. post cladem Aegyptiis a Cyrenaeis allatam, ab exercitu contra Aprien rex nominatus, II, 161. 162. 163. hunc ad Momemphin opp. proelio vicit, captumque postea Aegyptiis tradit, II, 169. generis obscuritatem callido invento a contemtu vindicat, II, 172. vitae ratio et mores, II, 173 not. 174 not. uxor eius Ladice Cyrenaea Veneri votum facit, I, 181. Graecorum amicus, II, 178. III, 39 not. Iones Caresque sibi custodes corporis adv. Aegyptios adsciscit, II, 154. ad eum se confert Solon, I, 30. cum Cyrenaeis mutuam amicitiam contrahit, I, 181 et foedus componit cum Croeso, I, 77. literae ad Polycratem III, 40 not. hospitii ius cum Polycrate contractum propter nimiam huius felicitatem solvit, III, 40 not. — 43. primus Cyprum capit, tributariamque facit, II, 182. Cambysen deludit, missa Apriae filia pro sua, III, 1. inde bellum Aegyptiis cum Persis, *ibid.* quo imminente Amasis mortuus est, III, 10. in eius cadaver nefarie saevit Cambyses, III, 16 not. eius opera magnifica, II, 175. 176. dona in Graeciam ab eo dedicata, II, 182. linei thoraces intextis figuris ornati, III, 47.

Amasis, vir Maraphius, dux Pers. contra Barcaeos, IV, 167. Barcen diu oppugnatam dolo et perfidia capit, IV, 201. Cyrenen occupare frustra tentat, IV, 203.

Amastris, not. ad VII, 61.

Amathuntis (*Ἀμαθοῦντος*), urbis in Cypro obsidio ab Onesilo, Salaminiorum rege, instituta, V, 104 not. seq. sed Persarum adventu frustrata, V, 108 seq.

Amathusii, cum Medis facientes, V, 104. Onesilo, in pugna ad Cypriorum Salamina interfecto, oraculi iussu annua sacra faciunt, V, 114.

Amaxampeus, vid. *Exampeus*.

Amazones, Oiorpata, *viricidae*, a Scythis nominatae, cum Graecis bellum gerunt, IV, 110 not. IX, 27 not. nonnullae ex iis forte fortuna ad Scytharum oras delatae, Scythis proelium committunt, et feminae agnitae eis nubunt e parentibus abductis, eorumque linguam edoctae, IV, 111—116. inde Sauromatae orti, IV, 117. coll. c. 110. Libycae Amaz., IV, 193 not.***)

Amazonides a Thermodonte fl. in Atticam incursionem faciunt, IX, 27 not.

Ambracia, vid. *Ampracia*.

---

*) Voemel. in programm. laud. Francof. 1832. Alyattis mortem ponit in ann. 567 a. Chr. n.

**) Add. Quatre-Mère de Quincy Monuments et ouvrages d'art restitués etc. Paris 1829. Diss. III et Prokesch. Erinnerungg. aus Kleinasien und Aegypten III p. 162 coll. Gött. Anz. 1832 nr. 19 p. 182 et I. de Hammer. in Annall. Viennenss. LVII p. 5 seq. Similitudinem huius sepulcri cum sepulcris, quae regionibus Europae borealibus inveniuntur, adverterat quoque Kruse in Büsching Nachricht. IV, 4 p. 280.

***) Amazonum vestigia in Africa interiori reperiri ex Clappertoni, Angli, itinerario observat I. de Hammer in Annal. Vienn. LVIII p. 67.

Amestris s. *Amistris*, Otanis filia, VII, 61 not. Xerxis uxor, VII, 61. 114. eius amiculum fatale, IX, 108. crudelitas in uxorem Masistae, IX, 111. 109 not.

Amiantus, Agaristae procus, VI, 127.

Amiculum Sylosontis, III, 139. 140. Amestris IX, 108.

Amicus solers possessio pretiosissima, V, 24. amici casum flet Psammenitus, non liberorum, causamque reddit, II, 14.

Amilcar (*Ἀμίλκας*), Annonis fil., a matre Syracusius, rex Carthaginiensium, in pugna Geloni commissa subito disparuit, VII, 165 not. 166. 167. ei sacra faciunt Carthaginienses, c. 167 not.

Aminias Pallenensis, Atheniensis civis, pugnae navalis ad Salaminem initium facit, VIII, 84 not. Artemisiam fugientem insecutus, VIII, 93 coll. c. 87. praecipua laus ei tributa, *ibid.*

Aminocles, Critini fil., e naufragio classis Persicae ad Sepiadem dives factus, VII, 190 *ibid.*

Amitres, sive *Ithamitres*, VIII, 130 not.

Ammonis oraculum in Africa, I, 46. II, 32 not. eius origo, II, 55.

Ammonii, Aegyptiorum et Aethiopum coloni, II, 32 not. 42 not. Iovis templum habent, a Thebano templo derivatum, IV, 181 not. adversus eos Cambysis expeditio infelix, III, 25. 26. Ammoniorum rex Etearchus. II, 32 not. Ammoniorum cultus et sacra, II, 42 not. IV, 181 not. Ammoniorum fons Solis, IV, 181.

Amompharetus Spartanus pervicacia sua Graecos ad Plataeas impedit, quo minus uno agmine ad Cithaeronem montem recedant, IX, 53—57. eius virtus in pugna Plataeensi, IX, 71. inter Irenas (vid. not.) a Lacedaemoniis sepultus, IX, 85.

Amores quomodo tractent Caunii, I, 172. — Amoribus puerorum dediti Persae et Graeci, I, 135.

Amorges Persarum dux, I, 121.

Ampa urbs ad Rubrum mare, VI, 20 cf. not.

Ampelos promontorium Toronaeum, VII, 122 not.

Amphiarai templum Thebis, et oraculum, I, 46 not. VIII, 134. verax a Croeso repertum, I, 49. eique donaria a Croeso missa, I, 52.

Amphiaraus, Amphilochi pater, III, 91.

Amphicaea urbs, VIII, 33 not.

Amphicrates Samiorum rex, III, 59 not.

Amphictyones (sedes et conventus ad Thermopylas prope Anthelam vicum), VII, 200 not. potestas etc. *ibid.* 213. ubi vid. not. templum Delphicum elocant aedificandum, II, 180. V, 62. inscriptionibus et columnis Graecos ad Thermopylas occisos honorant, VII, 228. Ephialtem proditorem proscribunt, VII, 213.

Amphictyonis templum et *Amphictyonidis Cereris* templum, VII, 200 not.

Amphilochus, Amphiarai fil., Troia eiectus, VII, 91. Posideion, urbem Pamphylorum condidit, III, 91 not.

Amphilytus Acarnan, ariolus, I, 62 not.

Amphimnestus, procus Agaristae, VI, 127.

Amphionis filia clauda, Labda, Cypseli mater, V, 92.

Amphipolin Herodotus haud novit, V, 126 not. VII, 114 not. ad Excurs. II p. 660.

Amphissa urbs, VIII, 32 not.

Amphitryo, Herculis pater dictus, VI, 53. idem et Alcmena Herculis parentes, origine Aegyptii fuere, II, 43. Amphitryonis tripus, V, 59.

Ampracia et *Ampraciotae*, VIII, 47 not. IX, 28. 31.

Amsah, crocodili nomen, II, 69 not. *)

Amun Iovem appellant Aegyptii, II, 42. vid. not.

Amyntas, Alcetae fil., VIII, 139. Hip-

---

*) Add. Prokesch. Das Land zwischen den Catarracten des Nil p. 51, ubi vetus bestiae nomen fuisse ait *Temtsah.*

piae Atheniensi Anthemunta, opp. offert, V, 94. Megabazo terram et aquam mittit, V, 17. 18, et legatos in convivio nimis insolentes ne inhibere quidem conatus, V, 18. 19. 20. pater Alexandri, VII, 173. VIII, 136. 139, et Gygaeae, VIII, 136. V, 21.
Amyntas Asiaticus, Bubaris fil., VIII, 136.
Amyrgii Scythae, VII, 64 *) not. T. III p. 823.
Amyris, Sapiens nominatus, Damasi pater, VI, 127 not.
Amyrtaeus rex Aegypt. II, 140 not. et III, 16 not. pluribus malis Persas afficit, III, 15 not. **)
Amytheon, Melampodis pater, II, 49.
Anacharsis Scytha sapiens, IV, 46. in Scythiam reversus Matri Deum pervigilium agens, interfectus, IV, 76 not. de eo alia fabula; et dictum eius de Graecis, IV, 77 not. cum novisse se negant Scythae, IV, 76. *ubi eius genus.*
Anacreon Teius, familiaris Polycrati, III, 121 not. ***)
Anactorii ad Plataeas, IX, 28 not. Anactorium Eleus., IX, 65.
Anaphes, Otanis fil., dux Cissiorum in Xerxis exercitu, VII, 62.
Anaphlystus, pagus Atticae, IV, 99 not.
Anaua, Phrygiae urbs, VII, 30.
Anaxagorae opinio de Nilo crescente, II, 22 not. Eius dictionem Herodotus imitatur, I, 103. T. I p. 928 coll. not. ad III, 108 et Comm. §. 9.
Anaxander, Eurycratis filius, VII, 204.
Anaxandrides, Leontis filius, Spartae rex, I, 67 not. V, 39 not. VII, 204. eius duae uxores, altera iussu Ephororum ducta, et liberi ex iis, V, 39. 40 not. 41. quatuor eius filii, Cleomenes, Dorieus, Leonidas et Cleombrotus, *ibid.* et VII, 205.
Anaxandrides, Theopompi fil., VIII, 131 not.
Anaxilaus, Archidami filius, VIII, 131 not.
Anaxilaus, Cretinae filius, Rhegii tyrannus, cum socero suo Terillo Amilcarem in Siciliam vocat, VII, 165 not. Zanclaeis regique Scythae infensus, consilium dat Samiis Zanclam occupandi, VI, 23 not.
Anchimolius, Asteris filius, ad pellendos Pisistratidas Sparta missus, V, 63. eius interitus et sepulcrum, *ibid.*
Ancillarum opus maximum circa Alyattis sepulcrum, I, 93.
Ancora ferrea a Sophane gestari solita in proelio, IX, 73.
Andreas, proavus Clisthenis Sicyonii, VII, 126,
Andrii cum Medis faciunt, VIII, 66. pecunias Themistocli dare recusant, VIII, 111.
Androbulus, Timonis pater, VII, 141.
Androcratis herois fanum, IX, 25 not.
Androdamas, Theomestoris pater, VIII, 85. IX, 90.
Andromeda, Cephei filia, VII, 61. 150. Persei uxor, Persem ex eo peperit, VII, 61.
Androphagi, IV, 18 not. 100 not. 102. ferocissimos mores habent, IV, 106 not. †) Scythis auxilia contra Persas negant, 119. et profugiunt Persis irrumpentibus, 125.
Androsphinges, II, 175 et not.
Andrus, Cycladum una, V, 31. IV, 33 not. quod pecunias pendere nollet, a Graecis, Themistocle duce, obsessa, VIII, 111 *seq.*
Ancristus, Sperthiae pater, VII, 134.

*) Pluribus disputat de hac gente Halling. Gesch. d. Deutsch. I, 2 p. 178, non Turcarum sed Scytharum gentem fuisse contendens.

**) Add. K. W. Krüger. (Leben d. Thucydid. p. 25), ubi Herodoti Amyrtaeum, plane diversum ab Eusebiano Amyrtaeo, eundem esse vult, qui quinquaginta ante annis cum Inaro Aegyptiis rebellibus praefuerit.

***) Cf. Bergk ad Anacreont. Carmm. Reliqq. p. 16.

†) Add. Eichwald. in Annall. Dorpatiens. III, 1 p. 14, qui fieri posse autumat, ut Finnica quaedam intelligatur gens, quam Russi vocent *Ssamojeden,* i. e. *qui se ipsos edunt.*

Ancristus, Sperthiae filius, in Asiam missus legatus, ab Atheniensibus interfectus, VII, 137.
Angareion Persae quid appellent, VIII, 98 not. III; 126 not. *)
Angites fl., in Strymonem fluit, VII, 113. T. III p. 824.
Angrus fl., ex Illyriis fluens, IV, 49 not.
Anguis ingens arcis custos in templo ab Atheniensibus cultus, VIII, 41. Vid. *Serpens*.
Anguilla sacra Aegyptiis, II, 72 not.
Animalia, quae ab hominibus comeduntur, feracia et foecunda: quae noxia sunt, parum foecunda, III, 107. animal nullum interimunt Indi quidam, III, 100. animantes, tam volucres quam quadrupedes, in India maiores quam aliis in locis, III, 106. — animalia in saxis primi sculpserunt Aegyptii, II, 4. animalia quomodo in suis vestibus pingant qui Caucasum incolunt, I, 203. animalia apud Persas et Magos omnia vel mala vel bona, I, 140 not. animalia quadrati oris apud Gelonos, IV, 109, ubi sunt: *τετραγωνοπρόσωπα*; „*animaux qui ont la face carrée*, ut reddit Mongez. Mém. de l'Instit. IX p. 59 sequ. cogitari posse ratus auctore Cuvier et Latreille *de Phoca vitulina* Linn., quae in illis regionibus septentrionalibus olim exstiterit, cuiusque etiam caput vultusque non aliter ac lutrarum et castorum quadratam fere praebeat speciem.
Animam hominis immortalem et de corpore in corpus migrare primi dixerunt Aegyptii, II, 123 not.
Animus hominum habitat in auribus, VII, 39. — animi vires augentur augescente corpore, III, 134 et not.
Annum primi Aegyptii compererunt et distinxerunt in menses, II, 4 not. — anni ratio apud Graecos, I, 32 not. coll. II, 4. apud Aegyptios, II, 4 not. apud Persas, III, 90. anni humanae vitae LXX, I, 32. anni vitae Aethiopum, et Persarum, III, 22. 23. — annorum XV. millia a Dionyso ad Amasin regem numerant Aegyptii, II, 145.
Annulum signatorium gestant Babylonii singuli, I, 195. annulus Polycratis signatorius, III, 41.
Anopaea, semita et mons ad Thermopylas, VII, 216.
Anseres mactantur in Aegypto, II, 45 cf. c. 37.
Antacaei, cete ingentia sic dicta, IV, 53 not.
Antagoras, Hegetoridae pater, IX, 176.
Antandrus (*Ἄντανδρος ἡ Πελασγὶς*), VII, 42 not. in Troade terra ab Otane capta, V, 26 not.
Anthela opp. ad Thermopylas, VII, 176. ibi Amphictyones sedes habent, 200 not.
Anthemus opp. Hippiae oblatum, V, 94 not. T. III p. 816.
Anthylla, urbs in calceamenta datur uxori eius qui in Aegypto regnat, II, 98. cf. not.
Antichares Eleonius, V, 43.
Anticyra urbs, VII, 198 not. 213.
Antidorus Lemnius a Xerxe ad Graecos transfugit, VIII, 11.
Antilope in Libya, IV, 191 not. 192 not.
Antiochus, Tisameni pater, IX, 33.
Antipater, Orgis fil., Thasiis demonstrat in coenam Xerxi praebitam cccc. talenta esse insumpta, VII, 118.
Antiphemus, Lindiorum dux, VII, 153 not.
Antrum Corycium, VIII, 36. antra mysteriis celebrandis inserviunt, IV, 95 not.
Anubis not. ad II, 67.
Anysis, rex Aegypti, successor Asychis, caecus; a Sabaco Aethiopum rege regno exutus, II, 137 not. deinde L. post annis regnum

---

*) Vid. Exercit. de Angariis Vett. praeside B. Stolbergio ab Abr. Calovio (Wittenberg. 1680) cap. III §. 7 seqq.

recipit, ex ins. Elbo, ubi latuerat, redux, II, 140 not.
Anysis, urbs, II, 137 not. et Anysia praefectura in Aegypto, II, 166 not.
Anysus, pater Tetramnesti, VII, 98.
Aous, fluvius, IX, 92 not.
Aparytae pop., III, 91 not.
Apaturia festa, I, 147 not. *)
Apeliotes ventus IV, 22 not. **)
Aper immanis Mysorum devastat arva, I, 36. in Africa nullus, IV, 192 not. ***)
Apes loca trans Istrum occupare, Thraces narrant, parum probabiliter Herodoti sententia, V, 10. cf. not.
Aphetae (*Ἀφέται*, i. e. *locus unde navis solvitur*), ad Maliacum sinum, VIII, 4, 6. unde nomen ei impositum, VII, 193 not.
Aphidnae in Attica Tyndaridis proditae, IX, 73. VIII, 125 not.
II, 143—146. Graeci ex hominibus natos Deos et hominibus similes habent, I, 131. Graecanicus Iupiter, IX, 7. dei Graeciae praesides, V, 92. dei Graecis communes, IX, 90. cf. VI, 68. festorum Graecorum nomina in eandem desinunt literam, I, 148. vid. *Festum.* Graeci diem, quo defunctus est pater, festum agunt, IV, 26 not. vestitum Minervae et aegidas a Libyssis adoptant, IV, 189. Graecorum et Lydorum leges similes, I, 94. Graecorum coenae a Persis contemtae, I, 133. cf. IX, 82. Graeci ludos Olympicos celebrant, et non de pecuniis sed de oleae corona contendunt, VIII, 26. puerorum amoribus dediti, I, 135. — Merces accipiunt a Phoenicibus, I, 1. III, 107. 111. Graeci inde a Psammiticho rege cum Aegyptiis commercia habent, II, 154. cf. c. 152. solam Naucratin emporium habent, II, 178. 179. a Cambysis tempore, frequentes in Aegyptum veniunt et mercandi et militandi causa, III, 139. cf. II, 154 et III, 4 not. Graeci sub Psammenito militant, III, 11. Graecorum scriptura diversa ab Aegyptiis, II, 36 not. Graecoram commercium cum Ponti Euxini accolis, VII, 147 not. Graecae sententiae Persis, aliis tributae, III, 71 not. 72. 80 not. V, 4 not. V, 24. VII, 10 §. 4 not. coll. VII, 102 not. et 152. Graecae religiones et sacra, ad alias gentes translata, VII, 53 not. Graeci qualem reipubl. liberam naturam constituunt, III, 80 not. Graeci in nominibus imponendis aliquid spectant, VI, 63 not. Graeci nefas habent sacra sua cum alienigenis communicare, VI, 81 not. Graeci triste putant, nullam prolem habere, VI, 86 §. 3. Graeci parentum culpam in posteris puniri putant, VII, 137 not. coll. 134. Graeci Asiam incolentes (*recensentur*, I, 142—150.) a Croeso subacti, I, 26 seq. Lydorum imperio a Persis everso, Sardes legatos mittunt ad Cyrum, I, 141. qui Lacedaemoniis contemtim respondet, I, 152 seq. Cambyses e Graecis Iones et Aeolenses, a patre pro servis acceptos, secum in Aegyptum ducit, II, 1. III, 1. 25. Dario in bello Scythico pontem in Istro factum custodiunt, IV, 97. seq. cf. c. 137—139. — a Persis deficiunt, Aristagora auctore, V, 29—37. Iones Atheniensium ope, Sardes capiunt, V, 100 seq. inde Bellum Persicum, cf. V, 97 et vid. Athenienses. — Graeci Asiatici denuo a Persis subacti, VI, 31—33 et praec. c. 42. a Graecis (Europam incolentibus) Darius terram et aquam poscit, VI, 48. cf. VII, 32 et 131 seqq. Pugna Marathonia, VI, 111 seqq. Darius novam expeditionem adversus Graecos parat, VII, 1. quam Xerxes suscipit, c. 8—19. cf. VII, 239 et cap. 138. Xerxe adhuc Sardibus versante, Graeci mutuas inimicitias dissolvunt, VII, 145 seq. eoque Graeciam iam invadente, alii eorum Persis terram et aquam dant, VII, 138. cf. c. 178. ceteri hos Delphico deo decimandos iurant, VII, 132. Graeci Thraciam incolentes cum Xerxe militant, VII, 185. cf. VIII, 66. Graeci meliora sentientes, legatos in Isthmum mittunt, qui pro salute Graeciae deliberent, VII, 172 cf. 145. Argivi societatem Graecorum recusant, c. 148 seqq. Graecorum legati in Siciliam ad Gelonem missi, c. 153 seqq. Graeci a Corcyraeis frustrati, c. 168. et a Cretensibus, c. 169 seq. Thessalos socios amittunt, c. 172—174. Decernunt ad Thermopylas et Artemisium barbarum introitu in Graeciam prohibere, c. 173 seqq. Graeci ad Thermopylas Persam exspectant, 202 not. seqq. mox de receptu consultant, c. 207 seq. cf. c. 219 seqq. 222. Graeci Olympicos ludos agunt, Xerxe Thermopylas expugnante, VIII 26. cf. VII, 206. — Graecorum classis ad Artemisium, VIII, 1 seq. de receptu ad Isthmum deliberant, c. 4 et 18. cf. c. 49 seqq.

et 74 seq. Salaminem petunt, c. 40. deliberant quo loco pugna navali decernant, c. 49 seqq. a Themistocle illuduntur, c. 74 seqq. Recensentur Graeci, qui naves ad Salaminem miserunt, VIII, 43—48. Pugna navalis ad Salaminem, c. 84 seq. ibi Graecorum praestantissimi, c. 93 seq. duces virtutis praemium accipiunt, c. 123 seq. Andrum ins., ultra quam Xerxis classem prosequi nolunt, obsident, c. 111 seq. cf. c. 107 seqq. Salaminem redeunt et dona diis dedicant, c. 121. — Graeci Isthmum muniunt, VIII, 71. IX, 10. Mardonio ex Attica in Boeotiam se recipiente, Eleusinem conveniunt, indeque cum Atheniensibus Erythras petunt, IX, 19. Graecorum acies ad Plataeas, IX, 28 not. — 30. Oëroën ins. petunt, c. 50 seqq. Pugna ad Plataeas, c. 59 seqq. qui Graecorum ibi fortissime pugnarint, c. 71 seqq. praedam, exemtis deorum donariis, dividunt, c. 81. Thebas obsident, c. 86 seqq. — Classis Graecorum ad Aeginam collecta, VIII, 130 seq. ultra Delum navigare non audet, c. 132. denique Samum navigant, IX, 96. coll. c. 90 seqq. Pugna ad Mycalen, IX, 102 seqq. eorum praestantissimi cap. 105. Graeci Samum reversi Iones insulares in commune sociorum recipiunt, IX, 106. versus Hellespontum profecti, pontes rescissuri mox Lacedaemonii domum navigant, Athenienses Sestum obsident, IX, 114 seqq. Graecorum libertatis studium summum, VI, 9 not. mos in pugna navali, VI, 12 not. conventus in Isthmo, VII, 133 not. coll. VII, 145 not.

Graeci Scythae, IV, 17 not.*) coll. c. 108. Graeci Tyritae ad Tyrae fl. ostium, IV, 51.

Gramen in Scythia bilem pecoribus auget, IV, 58 cf. not.

Gratiarum collis ap. Macas in Africa, IV, 175 cf. not. gratiarum cultus apud Graecos, II, 50 not.

Graviditatis octo-decem menses apud veteres, VI, 63 not. 69 not.

Grinus, Aesanii fil., Therae insulae rex, IV, 150 not.

Grues, plagae Scythicae hyemem fugientes, super Aegyptum confugiunt, II, 22.

Grynea (Γρύνεια), Aeolensium civitas, I, 149 not.

Gryphi, aurum servantes ap. Arimaspos, III, 116 no. IV, 13. 27. not. IV, 79 not. **) Gryphi mature in artis operibus Graec., IV, 152 not. Exc. T. II p. 655. gryphi fabula et traditiones variae, Excurs. T. II p. 653 seq.

Gygadas Delphis dictus thesaurus, ab Gyge donatus, I, 14 not.

Gygaea palus perennis: proxima Alyattis sepulcro, I, 93 not. ***)

Gygaea, Amyntae filia, V, 21, VIII, 136. Bubari collocata a fratre Alexandro, V, 21. VIII, 136.

Gyges, Dascyli fil., Candaulis satelles, I, 8 not. I, 12 not. 91. Candaulem, ab uxore eius adactus, interficit regnumque Lydorum suscipit, I, 8—13. coll. c. 91. primus barbarorum (post Midam, Phrygiae regem) Delphis donaria ponit, I, 14 not. Colophonem capit, *ibid.* eius fil. Ardys, I, 15. Gygis divitiae celebratae apud Graecos, I, 14 not. bellum cum Magnesiis, I, 14 not. tempus regni, I, 14 not. annulus T. I p. 34. †)

Gyges, pater Myrsi, III, 122. V, 121.

---

*) Add. Boeckh. Corp. Inscriptt. II, 1 p. 81 coll. 110.

**) Add. Raoul-Rochette in Iourn. d. Savans 1832 Janv. p. 48 de gryphis, qui in Panticapaei numis inveniuntur.

***) Cf. Chandleri Itin. cap. 78.

†) Add. Creuzer. Beiträge zur Gemmenkunde p. 133.

Gymnici ludi a Chemmitis in Aegypto celebrati, II, 91 not.
Gymnopaediae, solemne ludicrum Lacedaemoniorum, VI, 67 not.
Gyndes fl. Armeniae, V, 52. ex Matienis in Tigrin fluit, I, 189 not. a Cyro in CCCLX. rivos diductus, I, 202. V, 52. *)
Gyzantes Afri, simiis vescuntur, IV, 194 not.

H.

Haemus, mons Scythiae, cuius e iugis tres fluvii manant, IV, 49 not.
Haliacmon, fl. Macedoniae, VII, 127 not. T. III p. 826. **)
Halicarnassus civitas Doriensium, II, 178. Pedasensibus vicina, VIII, 104. ab Apollinis Triopii ludis celebrandis exclusa, I, 144 not. ***)
Halicarnassensis (Ἁλικαρνησσεὺς), Herodotus *fuit*, I, pr. cf. not. Halicarnassenses, Doricae gentis, inter navales Xerxis socios sub regina Artemisia, VII, 99.
Halys, fl. (nunc *Kisil-Irmak*) I, 6 not. ex Armenio monte ortus, inferiorem fere Asiam disterminat, I, 72. Phrygiam radit, V, 52. VII, 26. Thaletis Milesii ope a Croeso traiectus, I, 75. intra Halyn fluvium populi a Croeso subacti, I, 6 not. 29. cf. not.
Hamilcar, vid. *Amilcar*.
Hanno (Ἄννων), Carthaginiensis, Amilcaris pater, VII, 165 not. T. III p. 827.
Harmamithres et Tithaeus Xerxis equitatui praefecti, VII, 88.
Harmatides, Dithyrambi pater, VIII, 227.
Harmocydes, Phocensium dux, virtute spectatus, Mardonii equitatum excipere paratus, IX, 17.
Harmodius, et Aristogiton, Hipparchi interfectores, V, 55. liberatores Athenarum, VI, 109. 123.
Harpagus Medus, Astyagi familiaris, iussus Mandanae filium interimere, puerum regis bubulco tradit exponendum in montium iugis, I, 108—116. cf. cap. seqq. ab Astyage ad coenam invitatus, inscius sui filii carnes comedit, c. 118. 119. Cyrum ad defectionem ab avo excitat, c. 123 seq. Astyagi, a Cyro capto, insultat, c. 129. Cyro consilium dat adv. equitatum Lydorum, I, 80. Mazari defuncto adv. Lydos rebellantes succedit, et Ioniae oppida aggeribus iactis capit, I, 162 seq. 169. bellum infert Caribus et Lyciis, I, 171—175. et inferiorem Asiam Cyri potestati subiicit, I, 176.
Harpagus alius, Persa, capit Histiaeum vivum et in crucem agit, VI, 28. 30.
Hebae tesseram dat Leotychides militibus, IX, 98.
Hebrus, fluv. Thraciae, IV, 90 not. VII, 59.
Hecataeus, Hegesandri fil., Historiarum scriptor, genus suum a deo repetit; ab Aegyptiis sacerdotibus irrisus, II, 143 not. seq. Aristagorae bellum adv. Persas dissuadet, V, 36 not. et Lerum insulam munire monet, c. 125. disserit de Pelasgis iniuria ex Attica eiectis, VI, 137. ab Herodoto acerbius notatur: Comm. §. 8. — Eius scripta multum propagata atque Herodoto cognita, Comm. §. 9. Hecataeus, criticus rerum scriptor,

---

*) Peregrinatori Anglo, nomine Keppel, Arabes, quibus viae ducibus utebatur, idem de Cyro fluvium exsiccante narrarunt, quod Herodotus enarravit. Vid. Götting. Anz. 1831 nr. 106 p. 1061. Caeterum Herodoti locum I, 189 tractat E. S. Bring. in Diss. Historica in difficiliores aliquot Herodoti locos, Londini Goth. 1829. P. I p. 2 seqq.

**) Conf. Clarke Travels II, 3 p. 307. 316.

***) De *Halicarnasso* vid. quoque Prokesch in Annall. Vienn. LIX. Anz. Bl. p. 2 seqq. et Michaud Correspond. d'Orient. II p. 489 seqq.

Comm. §. 10; Ionica dialecto scripsit, Comm. §. 14.
Hecatonnesi (Ἑκατὸν νῆσοι, *Centum insulae*), I, 151 not.
Hector natu maior et virtute praestantior Alexandro, III, 120.
Hegesander, Hecataei pater, V, 125. VI, 137.
Hegesicles et Leon, Spartae reges, I, 65 not.
Hegesipyla, Olori, regis Thracum, filia, Miltiadi collocata, VI, 39 not.
Hegesistratus, Sigei tyrannus, V, 94 not.
Hegesistratus, civis Eleus, Telliadarum praestantissimus, in Mardonii exercitu vates; e Spartanorum custodia evaserat, praecisa sibi anteriore pedis parte, IV, 37 not.
Hegesistratus, Aristagorae filius, legatus Samius, IX, 90. not. 91.
Hegetoridas Cous; eius filia a Mardonio rapta, IX, 76.
Hegias, Tisameni frater, IX, 33 not.
Helena, Tyndari filia, et eius raptus, II, 112 not. et 113 not. seqq. V, 94. IX, 73 not. Helenae templum Therapnae, VI, 61 not. eadem, Hospita Venus, II, 112. dea lunaris, not. ad II, 112.
Helice (Ἑλίκη), in Peloponneso opp. Achaeorum, I, 145 not.
Heliconius Neptunus, I, 148 not.
Heliopolis (Ἡλιούπολις), *urbs Solis* in Aegypto, II, 3. 7 not. 8. 9 not. 59. 63. Heliopolitae Aegyptiorum peritissimi antiquitatis, II, 3. *)
Helisyci in Sicilia bellum gerunt, VII. 165 not.
Hellae, Athamantis filiae, sepulcrum, VII, 58 not.
Hellanicus, Herodoti suppar, Ionica scripsit dialecto, Comm. §. 14 coll. §. 8.
Hellen, Dori pater, I, 56 not.
Hellenica gens, eiusque migrationes variae, I, 56 not. 57. cf. Graeci.
Hellenium templum Naucrati in Aegypto, communi consilio a Graecis exstructum, II, 178.
Hellenodicae, vid. not. ad V, 22.
Hellespontus, IV, 38. eius longitudo et latitudo, IV, 85 not. cf. VII, 34 not.
Hellesponti urbes, VI, 33. cum transiit Darius, V, 11.
Hellespontus coniungitur a Xerxe, VII, 33. denuo ponte iunctus, VII, 36. priore ponte rupto a Xerxe castigatus, VII, 35. postea phiala aurea et gladio Persico donatus, VII, 54. Hellespontus latiori sensu, IV, 38 85. 95. VI, 33 not. VII, 137 not.
Hellespontii in Xerxis classe militantes custodiunt pontes, VII, 95.
Hellespontias ventus (ὁ Ἑλλησποντίης), VII, 188. cf. not.
Hellopius ager (ἡ Ἑλλοπίη μοίρη), VIII, 23 not.
Helotae Spartanis in bello additi, VII, 202 not. Vid. *Hilotae*.
Hephaestienses (Ἡφαιστιέες), in Lemno, VI, 140 not.
Heraclea Siciliae ab Hercule condita, V, 43 not.
Heracleoticum Nili ostium, Exc. ad II, 17 p. 906.
Heraclidae, Sardium reges, ex Iardani ancilla et Hercule geniti, I, 7 not. seq. cf. c. 13. Heraclidarum satelles Gyges in oraculo nominatur, I, 91. Heraclidarum est Erycis regio in Sicilia, V, 43. Heraclidae in Peloponnesum redire conati, IX, 26.
Heraclides Ibanolidis fl., insidias Persis struit, V, 121.
Heraclides, Aristodici Cymaei pater, I, 158.
Heraclides, Aristagorae Cymaei pater, V, 37.
Heracopolis, IV, 90 not.
Heraeum (Ἡραῖον), opp. Thraciae, IV, 90 not.
Heraeum Sami, I, 70 not. III, 60 III, 123 not. IV, 88. 152 not.

*) Conf. Clarke Travels II, 2 p. VII seq. p. 100 seqq.

Heraeum Argi VI, 81 not. Plataearum, IX, 52 not. 61 not.

Herceus Iupiter (Ζεὺς Ἑρκεῖος, i. e. *domus praeses*), VI, 68 not.

Hercules, antiquus deus apud Aegyptios, ex XII. deorum numero, II, 43 not. 145. Iovem conspicere cupit, II, 42 not. eius oraculum, II, 83. templum ad Canobicum Nili ostium, asylum fugitivorum, II. 113 not. Herculis antiquissimum templum Tyri, II, 44 not. inde Thasii Herc. templum derivatum, *ibid.* Hercules Aegyptiorum qui sit, II, 42 not. II, 43 not. Phoenicum, II, 44 not. et Busiris, II, 45 not. flammis absumtus, VII, 198 not. Herculi fontes calidi consecrati, VII, 176 not. — Hercules, Amphitryonis et Alcmenae fil., incognitus Aegyptiis, II, 43. apud Graecos novissimus deus, II, 145 not. seq. cf. c. 43 not. Hercules Olympius, et Hercules heros *distinguuntur*, II, 44 not. de Herculis in Aegyptum adventu fatua Graecorum fabula, II, 45 not. Hercules, Geryonis boves agens, in Scythiam venit, ibique ex Echidna tres gignit filios, quibus arcum et cingulum relinquit, IV, 8 not. — 10. Scytharum deus, IV, 59 not. eius vestigium petrae impressum, IV, 82 not. — Hercules a Iasone et Argonautis relinquitur, VII, 193. ei ardenti opem fert Dyras fl., VII, 198 not. — Herculis templum in Cynosarge Athen., VI, 116. ad Marathonem, VI, 108 not. 116. ara ad Thermopylas, VII, 176 not. — ex Hercule et Iardani ancilla prognati Heraclidae, Lydorum reges, I, 7. *) Hercules, Hylli pater, auctor generis Leonidae, VII. 204. VIII, 131.

Herculeae columnae, II, 33. IV, 8 not. 42. 43. 181 et 185.

Hermion, Lasi pater, VII, 6.

Hermione, Dryopum civitas in Peloponneso, VIII, 73 not. Hermionenses Samiis profugis Hydream ins. tradunt, III, 59. tres naves praebent ad Salamina, VIII, 43 not. ad Plataeas militant, IX, 28.

Hermippus Atarnites, VI, 4.

Hermolycus Atheniensis, Euthyni filius, in pancratio celeber, IX, 105 not.

Hermophantus, dux contra Persas ad Sardes, V, 99.

Hermopolis urbs, II, 67 not.

Hermotimus Pedasensis inter eunuchos apud regem magnae auctoritatis, VIII, 104. exsectorem suum Panionium diro modo ultus, VIII, 105. 106.

Hermotybies, Aegyptiorum pugnatores, II, 164 not. — 168. IX, 42. tantum rei militari vacant, II, 165. 168, ubi et alia. cf. VII, 89. et vid. *Calasiries*.

Hermus, Aeolidis amnis, I, 55 not. 80 not. V, 101.

Herodotus, tempus, quo vixit, Comm. §. 1; nomen, *ibid.*; patria, Comm. §. 2; parentes, *ibid.*; educatio, Comm. §. 3; imagines, Prooem. et Comm. §. 6 fin., cum Panyasi poeta cognatus, Comm. §. 3, sed cum Choerilo poeta nullum commercium habet,

---

*) Hunc Herculem Alcaei patrem et regum Lydiae abavum pro regni Assyriaci fundatore et principe haberi vult auctor Italus, qui ad hunc ipsum, quem *Assyrium* inde vocat *Herculem*, refert Herculis imaginem, quae in vasorum Vituloniae nuper repertorum uno comparet, addita inscriptione *Noino Noinia*, in qua ipsa *Nini*, quem unum de Herculis posteris tradit Herodotus l. l. nomen cognosci vult. Vid. Lettera di Principe di Canino contenente la descrizione del suo museo di Antichità Etrusche aggiuntovi un articolo inedito sovra una coppa che rappresenta l'Ercole Assirio, Milano 1833 p. 12 seq. Qui idem vir doctus in annorum, qui Heraclidarum regum stirpi vulgo tribuuntur DV, numero a librariis errorem commissum esse putat, p. 13. 14.

ib.; Samum commigrat ibique aliquamdiu commoratur (§. 8), (not. ad III, 60. VI, 14) historiae scribundae operam dans, Comm. §. 4; itinera, Comm. §. 7: quomodo et quo tempore itinera instituit, *ib.* p. 390, quando et quà vià in Aegyptum venit, *ib.* p. 392. in Babylonia fuit et ultra etiam progressus est, *ib.* et not. ad I, 178. 193. coll. VI, 119, non fuit in Carthagine (cf. not. ad IV, 43), sed probabiliter in Libya ac Cyrene, II, 28 not. IV, 167 not. Comm. §. 7 p. 393. Italiam inferiorem et Siciliam permeavit, Comm. §. 7 p. 397. in Palaestinam interiorem non penetravit, Comm. §. 7 p. 392. not. ad II, 104. 106. Caspium mare non vidit, not. ad I, 202 fin. Pontum Euxinum, neque vero paludem Maeoticam adiit, Comm. §. 7 not. ad IV, 86, 87. 99. Arabiam non vidit, not. ad III, 107. Spartae fuit, not. ad III, 55. VII, 214. Thermopylas visit, VII, 225 not. Thraciae partem tantum novit, Comm. §. 7 p. 396. not. ad V, 2. 10 coll. IV, 81, in Colchide fuit, not. ad II, 104.— Athenis aliquamdiu vixit, Comm. §. 4 not. ad V, 77. *Herodotus* Olympiae, Athenis, Corinthi, Thebis opus suum vel certe quasdam eius partes recitavit, Comm. §. 4. — Thurios discedit, Comm. §. 5 et T. II p. 661, hinc *Thurius* vocatus, Comm. §. 6. Thuriis usque ad extremum diem in opere suo perficiendo occupatus (Comm. §. 4 coll. not. ad IV, 46. 99. V. 27. 44. IV, 15. IX, 73), quod tamen vel sic imperfectum remansit, Comm. §. 4. not. ad I, 206. VII, 213. coll. VIII, 104, 132. IX, 122. — Herodoti mors, sepulcrum, tumuli inscriptio, Comm. §. 6 not. ad VI, 43; Athenis cenotaphium probabiliter habet, *ib.* *Herodotus* accurate indicat, unde in historia sua quaeque hauserit, Comm. §. 8. 10. Fontes historiae, Comm. §. 8 seqq. nec Xanthi nec Charonis scripta compilavit, Comm. §. 8, nec Hellanici, quem saepius notat, Comm. §. 8 (Vid. *Hellanicus*); e sophistis quaedam sumsisse videtur et philosophis, Anaxagorà, aliis, Comm. §. 9; unde factum, ut barbaris Graeca subinde tribuat, Comm. §. 9; in rebus Aegyptiacis quosnam consuluerit, Comm. §. 10. not. ad II, 3. 99; cur nonnulla omiserit, not. ad II, 15. 28; a sacerdotibus Aegyptiis haud deceptus, Comm. §. 10, sed mysteriis initiatus (II, 51. 170 not. 171. coll. 3. 45. 46. 65), religioneque obstructus multa, quae ad sacra arcana spectant, silentio premit, Comm. §. 10, et T. II p. 645. logographorum (Comm. §. 9. init.) viam deserit et critica ratione agit, Comm. §. 10 cf. not. ad I, 182. II, 21. 23. 156. IV, 173. VI, 121. VII, 6. 20. 150. veri studium vel in rebus miris dubiisve conspicuum, *ibid.*; hinc nec superstitiosus (cf. not. ad VII, 133. 189. VIII, 8. 77. IX, 65), nec male credulus nec ullo timore captus (VIII, 123), Comm. §. 10, a mendacio alienus, *ibid.* et not. ad V, 50; oracula, portenta, alia eiusdem generis cur tam diligenter enarret, Comm. §. 10. 12. not. ad VI, 98; Atheniensibus magis quam Spartanis atque Corinthiis (not. ad VIII, 94) favisse fertur, Comm. §. 10, not. ad VI, 108. VII, 102. VIII, 2. VII, 139. IX, 21. ambitus operis, Comm. §. 11; consilium et finis operis ad epici carminis rationem conformati, Comm. §. 12, hinc maxima cum Homero et Aeschylo cognatio, *ib.* operis inscriptio et divisio, Comm. §. 13, animo conceptam habuit operis descriptionem, not. ad V, 22; digressiones amat, not. ad I, 23. 56. 131. III, 60. IV, 30. 145. 167. V, 55. 92 §. 2. VII, 171. dialectus Ionica eiusque inconstantia, Comm. §. 14 et cf. not. ad I, 77. II, 121. III, 2. 48. V, 8. VI, 69. — orationis virtutes, suavitas, veritas, simplicitas, perspicuitas, Comm §. 15 et cf. not. ad I, 8. 9. 64. 74. 86. IV, 127.

VI, 68. eius orationem imitari studuerunt Theopompus et Xenophon, Comm. §. 15; et Sophocles, Comm. §. 5. Excurs. T. II p. 656 not. ad I, 2. III, 119. Thucydidi praefertur ab antiquis Herodotus, Comm. §. 15; laudatores et detrectatores, glossatores, Comm. §. 16; epitome operis a Theopompo scripta, Comm. §. 13. 15 fin. 16 in. Herodotus auctor non est Vitae Homeri, Comm. §. 16 fin.; neque Assyriacam historiam conscripsit, not. ad I, 106. Codices Herodoti, Comm. §. 17; editiones, Comm. §. 18; Herodoti exemplaria iam olim mendosa, Comm. §. 14. hinc plura vitia, quae codd. ope tolli nequeant, *ibid.* et not. ad VII, 162. 145. 89. VIII, 73. IV, 79. IX, 122; vitia in numeris: I, 7. 32. II, 9. 145. VII, 187. IX, 29. *Herodoti* sententia de diis publice receptis, Comm. §. 12 not. ad VII, 57. VIII, 77; de divino numine et mente, Comm, §. 12. not. ad VII, 10 §. 5. VIII, 13. III, 108. IV, 166; eius appellationes variae, *ibid.* de fato, quod evitari nequit (I, 91. III, 43. V, 33. 94. §. 4. VII, 18. IX, 16 coll. VII, 189. 191), quod vero non prorsus tollit liberam hominis voluntatem, et a fortuna differt, Comm. §. 12; de providentia divina, not. ad III, 108. de invidia deorum, Comm. §. 12 et vid. *deus* φϑονερός; de divina iustitia et vindicta, *Ibid.* et not. ad I, 32. 34. III, 40. 128. IV, 166. 205. VI, 84. VII, 137. VIII, 108. 109. 129. IX, 64, de divinatione *Ibid.* et not. ad VI, 27. VIII, 77. de immortalitate animae, Comm. §. 12. De vita humana eiusque miseriis, *Ibid.* et not. ad I, 32. 86. 207. III, 43. VII, 46. 203. V, 4; de rebus publicis, Comm. §. 12; Herodotus populari imperio deditus tyrannidem maxime aversatur, not. ad V, 66. 78. 92 §. 2. VI, 43. 108. VII, 156; — de terrae divisione (II, 16 not.) et formâ, II, 24 not. IV, 36. 42. 44. 45. de sole, II, 25. 26. de bello Troiano, II, 120 seqq. — Sententiae memorabiles: I, 8. 10. 32. 96. 207. III, 52. 53. VI, 86 §. 3. VII, 46. 49 §. 1. 2. VIII, 3. VII, 152. 203. — lusus verborum, I, 207 not. Herodotus Homeri carmina novit, Comm. §. 12 et not. ad II, 116. coll. 120. IV, 30. V, 67. VII, 16, vidit calamitates belli Peloponnesiaci, VI, 98 not. coll. VII, 137. *Herodoti* plures per antiquitatem, Comm. §. 1.

Herodotus, Basilidae fil., Ionum legatus ad Spartanos, VIII, 132 not.

Heroës ignoti Aegyptiis, II, 50 not. heroibus Troianis parentatum a Xerxe, VII, 43. heros Cyrnus colendus Phocaeensibus, I, 167. heros colitur a Teiis Timesius, conditor Abderae, I, 168. Stesagorae conditori sacra faciunt Chersonitae, VI, 38. heroi Onesilo annua sacra faciunt Amathusii, V, 114. Artachaei, fossae ad Athon olim praefecto, sacra faciunt Acanthii, VII, 117. herois Astrabaci aedicula Spartae, VI, 69. Hercules heros diversus ab Olympio, II, 44 nott. coll. VIII, 38. cf. *Colonia.*

Heroopolis, not. ad II, 158.

Herophantus Parienus, IV, 138.

Herpys, Timagenidae pater, IX, 38.

Hesiodus quadringentis annis extitit ante Herodotum, II, 53 not. Hesiodus et Homerus Graecis theogoniam condidere, *ibid.* de Hyperboreis fabulatus, IV, 32 not.

Hexapolis quae saeculo Herodoti Pentapolis dicta, I, 144

Hierapytna: not. ad IV, 151.

Hieroglyphica scriptura, not. ad V, 36 et vid. supra s. v. *Aegyptii.*

Hieron, Gelonis pater, VII, 156. cf. not. ad III, 125.

Hieronymus Andrius, Olympiae victor, IX, 33.

Hilotae (εἵλωτες et εἱλῶται), cf. var. lect. et not. ad IX, 10 not. diversi a perioecis Lacedaemoniorum, IX, 11. ubi vid. not. multifariis officiis funguntur, VI, 58. 75. 80. 81. VII, 229. septem circa

unum Spartanum in bello Persico, IX, 10. 28. eorum ruditas in distinguendo aere ab auro, IX, 80. Vid. *Helotae.*

Himera Siciliae, VI, 24. VII, 165.

Hippagogae naves, quibus equi vehuntur, VI, 48 not. VII, 97.

Hipparchus, Pisistrati fil., Hippiae frater, V, 55 not. Onomacritum ob Musaei vaticinia corrupta Athenis eiicit, VII, 6. eius somnium, V, 56. ab Harmodio et Aristogitone interemtus, V, 55 not. VI, 123.

Hippias, Pisistrati fil., I, 61. V, 55 not. eum Athenas reducere volunt Lacedaemonii, V, 91. sed frustra, V, 93. sollicitat Persarum opem adv. Athenas, V, 96. ei visum in somnis oblatum et dens tussiendo excussus, VI, 107.

Hippobotae (i. e. *qui equos alunt*), apud Chalcidenses *vocantur* homines locupletes, V, 77 not. VI, 100.

Hippoclides, Tisandri fil., procus Agaristae, VI, 127 not. eius maiores Cypseli Corinthii propinqui, VI, 128. eius saltationes et gesticulationes propter quas excidit nuptiis, VI, 130.

Hippoclus Lampsacenus, IV, 138.

Hippocoon, Scaei pater, V, 60.

Hippocrates, Pisistrati pater Athenarum tyranni, I, 59. V, 65 not.

Hippocrates, Megaclis filius, VI, 131.

Hippocrates, Gelae tyrannus, Cleandri frater, VI, 23. VII, 154. a Zanclaeis arcessitus, eos Samiis prodit, VI, 23. Camarinam a Syracusanis pacis conditione accipit, VII, 154. in bello cum Siculis ad Hyblam urbem occumbit, c. 155.

Hippocrates, Smindyridis pater, VI, 127. VI, 23 not.

Hippocratides, Leotychidis filius, VIII, 131.

Hippolai promont. (*Ἱππόλεω ἄκρη*), IV, 53 not. *)

Hippolochus, Glauci pater, I, 147.

Hippomachus, Graecorum qui erant cum Mardonio, haruspex, IX, 38.

Hipponicus, Calliae pater, VII, 151.

Hipponicus, Calliae fil., VI, 121.

Hippopotamus describitur, II, 71 not. **)

Hircus, *Aegyptiace* Mendes *dictus*, II, 46 not. hirci urina spasmo liberant pueros suos Afri, IV, 187. hircorum barbis innatum ladanum apud Arabes, III, 112. hircus cum muliere coiens, II, 46 not.

Histia (*Ἱστίη*, i. e. *Vesta*), Scytharum regina, IV, 127.

Histiaeotis (*ἡ Ἱστιαιῶτις γῆ*), Euboeae septentrionalis regio, VII, 175 not. I, 56 not. Histiaea opp. *Ἱστιαίη, ἡ πόλις τῶν Ἱστιαίων*, VIII, 23. ubi et *ἡ γῆ Ἱστιαιῆτις*, et civis *Ἱστιαιεύς*.

Histiaeotis Thessaliae regio Ossae et Olympo subiecta, I, 56 not.

Histiaeus Milesius, Lysagorae fil., IV, 138 not. V, 30. vir solers et industrius, V, 23. pontem Istro fl. iniectum (V, 97 seq.), dissolvi non sinit, IV, 137 not. quo facto bene de Dario meritus, c. 141. Myrcinum Edonidem ab illo accipit, V, 11. eumque locum muro muniens, a Megabazo apud Darium insimulatus, Sardes honoris causa accitus et Susa abductus consiliarii regii nomine, V, 23. 24. inde per servum occulte missum Aristagoram, Mileti praefectum, ad defectionem a Persis sollicitat, V, 30 et 35 not. a Dario ob Ionum defectionem obiurgatus, dimissus tamen ad sedandas tur-

---

*) *Hippolai* promontorium nunc vocari *Stanislaus-Cap* scribit Moraview-Apostol Reise nach Taurien p. 12. addens Herodoteam de his locis descriptionem accuratissimam esse.

**) Add. quae de hippopotamo scripsit Cuvier. ad Plin. VIII p. 444 seqq. ed. Panckouck.

bas, V, 105. 106 not. 107. Sardibus Artapherni suspectus clam ad mare fugit, Miletum rediturus, et a Chiis in vincula coniectus, mox vero liberatus; nec a Milesiis receptus cum Lesbiis navibus Byzantium petit, VI, 1—5. VI, 3 not. ibique piraticam exercet, Chium subigit, VI, 26. 27. dein in continente cum Persis congressus, vivus captus et ab Artapherne Sardibus cruci adfixus, invito Dario, VI, 28—30.

Histiaeus, Phylaci pater, VIII, 85.

Histiaeus, Tymnis fil., Termerensis tyrannus captus, a civibus tamen salvus dimissus, V, 37 seq. dux in classe Xerxis, VII, 98.

Homerus poëta, II, 53 not. *) cccc. annis antiquior Herodoto, Deorum generationem Graecis condidit, II, 53. ubi vid. not. **) V, 67 not. et T. I p. 930. Oceani fl. nomen invenit et in poësin introduxit, II, 23. Homeri ratio in tractando carmine epico, II, 116 not. veram historiam de Helenae adventu apud Proteum Aegypti regem notam sibi fuisse significat, II, 116 not. citatur ab Herodoto, IV, 29 not. ex Atheniensibus fortissimum virum ad Ilium venisse ait, VII, 161 not. Cypriorum carminum non est auctor, II, 117 not. Ἐπίγονοι carmen Homeri forte non est, IV, 32 not. propter Homerica carmina, Sicyone decantari vetuit Clisthenes, V, 67 not.

Homo ex deo non gignitur, *Aegyptiorum sententia*, II, 143. prioris aetatis homines maiori statura, I, 68 not. IX, 83 not. homo septem cubitorum, I, 68 not. homo quinque cubitorum, VII, 117. ubi vid. not. IX, 83 not. homines et statura maximi et omnium pulcerrimi sunt Aethiopes, III, 20 not. *Xerxes* homo magnitudine corporis praestans, VII, 187. cf. c. 56. homines firmissima valetudine Libyes, IV, 187. post eos Aegyptii, II, 77. homines sua quique instituta optima iudicant, III, 38. molli in terra molles nascuntur, IX, 122 not. ult. homines unoculi in terrae plagis septentrionalibus, vid. *Arimaspi* et cf. not. ad III, 116 et IV, 27. homines a nativitate calvi et simo naso mentoque oblongo, IV, 23 not. et 24. homines capripedes, IV, 25. homines per sex menses dormientes, *ibid.* et not. homines radicibus vescentes in Araxis fl. insulis, I, 202. crudis piscibus victitantes et pro vestimento pellibus utentes phocarum, *ibid.* cruda carne vescentes Indi, III, 99. hominibus aetate provectis, nec vero morbo mortuis, vescuntur Massagetae, I, 216. homines aegrotos comedunt Indi Padaei, III, 99. humana carne vescuntur Androphagi, IV, 106. cf. not. homines Marti deo mactant Scythae, IV, 62 not. captivos Virgini (*Iphigeniae*) immolant Scythae Tauri, IV, 103. cf. not. ad II, 45 et 119, ubi Menelaus placandis ventis duos puerulos immolasse fertur. Homines vivos defodere Persicus est mos, VII, 114. cf. not. et III, 33. homines innominati, in Africa, IV, 184. homo nullus sine aliquo malo, VII, 203. cuique propria mala, VII, 152 not. multae calamitates hominibus accidere solent, III, 33, cf. VII, 46. homines in potestate casuum fortunae sunt, I, 22. non casus fortunae in potestate hominum, VII, 49 not. homo sibi malorum auctor, non deus, I, 91. fatum evertere non

---

*) Conf. Heinecke Homer. et Lycurg. cap. I p. 1—10 seq. 13 seqq. Homer. Götter- u. Heldendualismus p. 100 seq.

**) De hoc loco conf. citt. a Bode in Orph. p. 60. Add. G. Hermann. in Annall. Vienn. LIV p. 232 et Creuzer. ibid. LXI p. 182. Matthiae Vermischt. Schrift. p. 122. Grüneisen in Illgenii Zeitschr. für histor. Theolog. III 2 p. 42.

potest, III, 43. 64. IX, 16. omnia consequi nequit, I, 32. homini melius mori quam vivere, I, 31, cf. VII, 46 et V, 4.
Hoples, Ionis fil., V, 66. T. III p. 798 seq.
Horarum inventio, II. 109, vid. *Dies*.
Horci (iurisiurandi) filius, VI, 86 §. 3 not.
Hordei folia apud Babylonios quatuor digitorum latitudine, I, 193.
Horti Midae, ubi captus Silenus, VIII, 138 not.
Horus idem est atque Graecorum Apollo, II, 144 not.
Hospitii ius, V, 63 not. Amasidis cum Polycrate], ob huius nimiam felicitatem solutum, III, 43 not.
Humanae vitae anni, I, 32 not. III, 22. 23. humanae vitae brevitas, et aerumnae, VII. 46. humanis in rebus nihil stabile, I, 86. cf. c. 5 et 207: humanarum rerum orbis, I, 207. c. I, 32.
Hyacinthia festum apud Lacedaemonios, IX, 6. 11. VII, 206 not.
Hyaenae, ferae in Libya, V, 192 not.
Hyampeus, vertex Parnassi, VIII, 39 not.
Hyampolis, urbs Thessaliae, VIII, 28 not. 33.
Hyatae, nomen unius e tribubus Sicyoniis, V, 68 not.
Hybla, opp. Siciliae, VII, 155 not.
Hybris Dea, VIII, 77 not.
Hydarnes Persa, III, 70. VI, 133. Asianae orae praefectus, VII, 135 not.
Hydarnes, Hydarnis fil., dux in Xerxis exercitu, eorum qui immortales appellabantur, VII, 83. 211.
Hydarnes, Sisamnis pater, VII, 65.
Hydrea insula a Samiis profugis Troezeniis obligata, III, 59 not.
Hyela (s. *Velia*) civitas in terra Oenotria, I, 167.
Hyems rigida in Europa septemtrionali, IV, 28.
Hygennenses pop., III, 90.
Hylaea, regio trans Borysthenem prope Achillis dromon, IV, 9 not. 18. 54. 55. 76. *)
Hyllenses, nomen unius e tribubus Sicyonis, V, 68.
Hyllus, VI, 52. Herculis fil., VII, 204. VIII, 131. ab Echemo in monomachia interfectus, IX, 26 not.
Hyllus fl., Sardianum campum permeans, I, 80 not.
Hymeas, Darii gener, V, 116. capit Cion Mysiae, V, 122.
Hymettus, mons Atticae, Ὑμησσός: sub eo regio Pelasgis data ab Atheniensibus, VI, 137.
Hymni, ab Olene compositi, IV, 35.
Hypachaei qui postea Cilices dicti, VII, 91.
Hypacyris, fl. Scythiae, IV, 47. c. 55 not.
Hypanis, fl. Scythiae, IV, 17. 18 not. 47. IV, 52 not.
Hypanis mater, palus, *ibid.*
Hyperanthes et Abrocomes, Darii filii, cadunt in proelio, VII, 224.
Hyperborei (Ὑπερβόρεοι), IV, 13 not. **) Exc. T. II p. 664 seqq. 32 not. 33. 36. eorum sacra, IV, 33 not. Hyperborearum puellarum sacra Delum perferentium historia, IV, 33 not. 35.
Hypernotii, IV, 36 not.
Hyperoche et Laodice Hyperboreorum puellae, IV, 33 not. 34. 35.
Hyrcanii, III, 117 not. eorum armatura in Xerxis exercitu, VII, 62 not.
Hyrgis, fl. Scythiae, IV, 57 not.
Hyria, opp. in Italia a Cretensibus conditum, VII, 170 not.

---

*) Adde Muraview-Apostol. Reise durch Taurien etc. p. 39, qui Hylaeam regionem ut putat perlustravit ab urbe Cherson ad urbem Aleschky proficiscens.

**) Add. Halling. in Annall. Vienn. LIX p. 256 seqq.

Hyroeades Mardus quomodo Sardes adscenderit, I, 84.
Hysiae, opp. Boeotiae, V, 74 not. VI, 108. IX, 15 et 25.
Hysias et Oenoën, Atticae pagos ultimos, occupant Boeotii, V, 74. cf. not.
Hystanes, Badris pater, VII, 77.
Hystaspes Achaemenides, Arsamis filius, Darii pater, I, 209. V, 83. VII, 224. Persidis praefectus, III, 70.
Hystaspes, Darii filius et Atossae, dux Bactriorum et Sacarum, VII, 64.
Hystrices, IV, 192 not. *)

I.

Iacchus mysticus, VIII, 65 not.
Iadmon Samius, herus Aesopi, II, 134 not.
Ialyssus, Doriensium civitas, I, 144 not.
Iamidae, vatum familia in Elide, V, 44 not. VIII, 134 not. IX, 33, ubi vid. not.
Iapygia (i. e. *Apulia*), III, 138 not. IV, 99 not.
Iapyges Messapii, origine Cretenses Hyriam urbem condunt, VII, 170.
Iardani ancilla, Herculis uxor, mater Heraclidarum, I, 7.
Iason ad Libyam vento abreptus, Tritoni aureum tripodem dedicat, IV, 179 not. circa Aphetas Herculem ex Argo navi aquatum missum reliquit, VII, 193.
Iatragoras dolo capit classicos duces Graecorum cum Persis militantes, V, 37.
Ibanolis Mylassensis, pater Oliati, V, 37 et Heraclidae, Carum ducis, V, 122.
Iberiam Phocaeenses ostenderunt, I, 163. Iberi sub Hamilcare duce in Sicilia militant, VII, 165 not.
Ibeum in Aegypt., II, 67 not.
Ibis, Aegyptiis sacra, II, 65. 67. 75 not. eius forma, et duplex genus, II, 75 not. seq. qui ibin necavit apud Aegyptios morte plectitur, II, 65. Ibis condita et sepulta, II, 67 not. Ibis sacra, II, 67 not. 75 not. **) Ibis, quae avis, not. ad II, 75. ***)
Icarium pelagus, VI, 95 not. et seq.
Ichnae, urbs terrae Bottiaeidis, VII, 123 not.
Ichneumones (ἰχνευταί), in Aegypto, II, 67 not.
Ichthyophagi in Africa, II, 19 not. 20. 23.
Ida, mons in Iliaca terra, I, 151 not. VII, 42 not.
Idanthyrsus, Saulii fil., rex Scytharum, IV, 76 not. 120 not. Dario, aut pugnam aut deditionem poscenti, ingenue respondet, c. 127.
Idrias, regio Cariae, V, 118 not.
Ieiunia ante sacrificia et festos dies Isidis, II, 40. IV, 186.
Ienysus (Ἰήνυσος), opp., terminus Arabiae et Syriae, III, 5 not.
Ignem Persae deum habent, et Aegyptii vivam belluam putant, III, 16 not. infamia notato Spartani ignem non praebent, VII, 231 not. ignes in speculis, VII, 182 not. Ne ignifer quidem elabatur, *proverbialis dictio*, VIII, 6 not.
Ilias regio ab Aeolis possessa, V, 122 not.
Iliadi Minervae mille boves a Xerxe immolatae, VII, 43 not.
Ilissus, fl. Atticae, VII, 189.
Ilithyia, IV, 35 not.
Ilium urbs; circa eam olim sinus

---

*) Frequens etiamnum per Africae oram septentrionalem in Algeriana terra *Erinaceus Europaeus* (Igel) teste Rozet Voyage dans la regence d'Alger, 1833. I p. 252.

**) Cf. Bohlen das alte Indien I p. 192 seq., qui avis cultum ad Indorum religiones refert.

***) Add. Recherches sur les ossem. fossil. T. I. notice sur l'Ibis pag. CXLVIII seq.

maris erat, II, 10. Ilii obsidio et expugnatio, I, 5 not. II, 118, ubi *Aegyptii disserunt.* — Iliaca terra (ἡ Ἰλιὰς γῆ vel χώρη), V, 94. VII, 41. (ἡ Τευκρὶς γῆ), II, 118.
Illyrii (Eneti, i. e. Veneti), I, 196 not. ex Illyriis Anyrus fl. in Triballicum campum labitur, IV, 49. in Illyrios editum Bacidis effatum, IX, 43.
Imagines privatorum, II, 182 not.
Imbecillitatis necessitas summa, VII, 172.
Imbribus carentes Africae tractus, IV, 185. cf. II, 13 seq. coll. III, 10 et vid. IV, 151.
Imbrus, ins. a Pelasgis habitata; capta ab Otane, V, 26. VI, 41. not.
Immortales Getae; post mortem ad Zalmoxin deum se ire putant, IV, 93 not. 94. 95 not. cf. cap. seq. Immortales apud Persas decies mille selecti milites, VII, 31 not. 55. 83 not. Thermopylis propulsati, VII, 211.
Immortalitas animae ab Aegyptiis primis asserta, II, 123 not. coll. IV, 95 not. V, 4.
Impotentiae numen, VIII, 111.
Imprecationis formula, III, 65 not. I, 165. II, 39.
Inachus, I, 1 not. **)
Inarus, Psammitichi filius, Afer, Achaemenem Aegypti praefectum interficit, III, 12 not. 15 not. VII, 7.
Inconstantiam rerum humanarum *notat Herodotus*, I, 5. cf c. 32. 207.
India (ἡ Ἰνδικὴ), orientem versus extrema Asiae regio habitata, III, 106. terra ultra porrecta sabulosa, III, 98 not. aut prorsus ignota est, IV, 40. in India auri immensa copia, et arbores lanam ferentes, III, 106. India Herodoti, III, 98 Excurs. T. II p. 646 seqq. coll. T. III p. 823.
Indices stirpium non integri, VIII, 131 not.
Indorum natio, maxima omnium, III, 94 not. V, 3. in multos populos, diversis linguis utentes, divisa, III, 98 not. eorum navigia ex arundine confecta, et vestes ex scirpo, *ibid.* publice feminis miscentur; eorum semen genitale nigrum, III, 101 not. Indis sol matutino tempore ardentissimus, III, 104. Indi Calantiae, III, 97 not. vel Calatiae parentes comedunt, III, 38. Padaei, cruda carne vescentes, aegrotos epulantur, III, 99, alii nomades herbis vescuntur, III, 100 not. Indi magis ad septemtrionem versus habitantes, auri ramenta formicis in deserto eripiunt, III, 102—105 not. Indi a Dario subacti, IV, 44. nec vero omnes, III, 101. eis maximum auri pondus tributum impositum, III, 94 not. 106 not. III, 98. cf. c. 94. Indorum in Xerxis exercitu armatura, VII, 65. Indici canes, I, 192. VII, 187. Indici equi, III, 106 not. Indorum arundo, III, 98 not. VII, 65 coll. 64.
Indus fl. fert crocodilos, IV, 44 not. eius in mare ostium (explorat Darius), *ibid.* III, 98 not. IV, 44.
Infames (in infamia) apud vett. VII, 231 not.
Inimicitiarum nihil medium est, VII, 11. Inimicitiarum inter Graecos et Asiae populos prima origo, I, 1—5.
Ino, Athamantis uxor, VII, 197.
Inopiae et impotentiae numina, VIII, 111.
Insanus, vid. *Furiosus*.
Inscriptiones in templo Thebano Cadmeis literis repraesentatae, V, 59—61 not. falsa inscriptio Lacedaemoniorum, I, 51. inscr. do-

*) Cf. Völcker. myth. Geograph. I p. 23.

**) Verba τὴν Ἰνάχου h. l. bene tuetur Buttmann. in Mus. stud. antiq. II, 2 p. 371 seq. Tu cf. etiam G. Hermann. Opuscc. II p. 205. Böckh. De glossem. crit. Quaest. II p. 9. Schubart. Quaest. geneall. p. 20. 21.

Iosa Nitocridis reginae, I, 187. inscr. in pyramide, II, 136. in statua Sesostris regis, II, 106. Darii, III, 88. inscr. cippi a Dario ad Tearum fl. relicti, IV, 90. inscr. Mandroclis, pontis architecti Hellesp., IV, 88. inscriptiones in mortuos ad Thermopylas positae, VII, 228.
Insignibus clipeos ornare, Caricum inventum, I, 171. pro insigni clypei, ancora, IX, 74. navis insigne, vid. *Navis.*
Insomniorum ludibria, VII, 16. vid. *Somnia.*
Institor quare Darius fuerit appellatus, III, 89 not.
Institores primi Lydi exstitere, I, 94.
Institutio Pers. puerorum, I, 136.
Insulae in Araxe fl., I, 202. insulae Oenussae, I, 165. insulae Echinades dimidia ex parte in continentem concretae, II, 10. ins. Chemmis natans in Aegypto, II, 156 not. Cyaneae ins. olim natantes creditae, IV, 85. Beatorum insula, loci nomen in Africa, III, 26 not. insulae rubri maris exulibus a rege adsignatae, III, 93 not. VII, 80. cf. V, 20. ins. Cassiterides Herodoto ignotae, III, 115 ins. Thraciae obiacentes, VII, 185. Insulares Ionicae civitates, I, 142. in commune sociorum a Graecis receptae, IX, 106.
Intaphernes, coniurationis in Magos particeps, III, 70. 78. regiam intrans, ianitores mutilat; rebellionis reus, capitis damnatur cum filiis et cognatis, III, 118. 119.
Intercalaris mensis, I, 32. II, 4 not.
Internuncii in regg. orientall. aulis, I, 99 not. I, 114 not. I, 120. III, 34 not. 84 not. III, 118. IV, 71 not.
Interpretes Aegyptiorum, II, 154. not. II, 164. interpretes Ichthyophagi, III, 19 seq. per septem interpretes in Borysthenis emporio Scythae negotia peragunt, IV, 24.
Invideri melius quam miserationem habere, III, 52. invidia principio innata est homini, III, 80.
Inycum, oppidum Siciliae, VI, 23. 24 not.
Io, filia Inachi regis, a Phoenicibus rapta, I, 1 not. et T. I p. 926. stuprata a nauclero, I, 5. Io quomodo a Graecis depingatur, II, 41 not. *Ius* atque Isidis eadem symbola, II, 41 not.
Iolcon opp. Thessali Hippiae offerunt, V, 94.
Ion, Xuthi fil., ab eo Iones sunt denominati, VII, 94. VIII, 44. V, 66.
Ionia, Asiae regio temperie coeli praestantissima, I, 142 not. et T. I p. 928. *) — Ionica gens, olim praecipua, Pelasgicae stirpis, I 56. a Ione, Xuthi fil. nomen invenit, VII, 94. VIII, 44. Iones olim in Peloponneso Achaiam tenebant, I, 145 not. Pelasgi Aegialees nominati, VII, 94. Iones *quoque nominantur* Athenienses, Pelasgicae *stirpis*, VIII, 44. *quod tamen nomen respuunt*, I, 143. cf. V, 66 et 69. *at gaudent eo nomine* IONICAE CIVITATES duodecim, in Panionio convenientes et Panionia festum celebrantes, I, 143. I, 145 not. 148. Iones Athenis oriundi Apaturia celebrant, I, 147 not. cf. VII, 95. — Ionum lingua quatuor habet modificationes, I, 142 not. Ionicae literae, V, 59. — Iones non recte de Aegypto sentiunt, II, 16. — Ionum Carumque castra ad Pelusium Nili ostium, II, 154 not. cf. c. 152. 178 seq. et vid. *Graeci* et *Negotiatio.* Iones primum a Croeso subacti, I, 6, 28. spernunt Biantis consilium et Thaletis, I, 170. Cyro, ut a Croeso deficiant, sollicitanti morem non gerunt, I, 76. ad Cyrum, Lydorum im-

*) Herodoti effatum affirmat Prokesch. Erinnerungen III p. 1 seq.

perio everso, legatos mittunt; quibus ille fabulam narrat, I, 141 not. cf. I, 76. Iones, continentem habitantes, Harpagus subigit, I, 169. — Iones insulares (cf. VII, 95.) Biantis s. Pittaci commento Croesi imperium effugiunt, I, 27. Cyro ultro se dedunt, I, 169. — Dario tributum pendunt, III, 90. VI, 42. pontem in Istro factum custodiunt, IV, 98. ut dissolvant a Scythis moniti etc., IV, 133. 136 seqq. — Ioniae calamitas orta ex Naxo et Mileto, V, 28 seqq. — Ioniae defectionem a Persis, Histiaeo clam adhortante, Hecataeo vero dissuadente, molitur Aristagoras, V, 35—38. Iones cum Atheniensibus Sardes captas incendunt, V, 100. 101. ad Ephesum proelio victi a Persis, in bello perseverant, c. 102 seqq. ad Cyprum Iones mari, Persae terrâ vincunt, c. 108 seqq. Cares defectionis socios habent, c. 117 seqq. Ionum classis ad Miletum, VI, 8. militaris exercitatio, auctore Dionysio, c. 11 seq. ingentem accipiunt cladem, a Samiis deserti, c. 14 seqq. — Iones tertio in servitutem redacti, VI, 31. 32. ut mutuas inter se pactiones faciant, ab Artapherne coacti, c. 42. tyrannos eorum eiicit Mardonius, c. 43. — Ionum naves in Xerxis classe, VII, 94 seq. Iones cum Xerxe militantes Themistocles ad defectionem sollicitat, VIII, 22. cf. VII, 51. Iones, proditionis ad Salaminem accusatos, adiuvat Ariaramnes Persa, VIII, 90. Graecos ad Delum sollicitant, ut Ioniam liberent, c. 132. IX, 90—92. post pugnam ad Mycalen, IX, 98 seqq. Ionia iterum a Persis deficit, IX, 104. — De Ionum libertate conservanda Graecorum deliberatio; Iones Insulares in commune sociorum recepti, IX, 106 not. Iones mercenarii apud Psammitichum, II, 153 not. 163. coll. not. ad III, 4. vitae cultioris auctores, IV, 95 not. sensu latiori, IV, 98 not. Ionum foedus, VI, 7 not. *) opes navales, VI, 8 not. VII, 94 not. sedes priores in Achaia, I, 145 not. VII, 94. sedes duodecim, VII, 95 not.

Ionius sinus, VI, 127 not.

Iphiclus, pater Protesilai, IX, 116.

Iphigeniae apud Tauros cultus, IV, 103 not. **)

Ipni (Ἰπνοὶ, i. e. *Furni*), locus quidam in Pelio monte, VII, 188 not. ***)

Iran, VII, 62 not.

Irasa (Ἴρασα), nomen regionis in Africa, IV, 158 not.

Irenes Spartanorum, IX, 85 not.

Is, urbs et fl. Babyloniae, I, 179 not. †)

Isagoras, Tisandri fil., spectata familia natus, V, 66. V, 72 not. Cleomenem Spartae regem adv. Clisthenem advocat, et Alcmaeonidas Athenis eiicit; mox ipse eiectus, V, 69—73.

Ischenous pater Pytheae, VII, 181. VIII, 92.

Iseion s. *Isidis* oppidum, II, 59 not.

Isis, Aegyptiaca dea, Graecis Δημήτηρ, II, 59 not. 156. Isis eadem quae Ceres, II, 59 not. ††) Isidis imago muliebris, bubulis instructa cornibus, II, 41 not. Orum et Bubastin, servandos La-

*) Add. Lehnert. De foed. Ionic. p. 26.

**) Vid. G. Hermann. ad Euripid. Iphigen. in Taur. p. XXIX seqq. Muraview-Apostol Reise nach Taurien p. 70. 72.

***) Conf. Muchar: Das Bad Gastein (Grätz 1834) p. 25. 26.

†) De ipsa voce conf. Lobeck. Diss. I de nominn. Gr. L. monosyll. Regiomont. 1833. p. 13.

††) *Isis* Aegyptiorum lingua est *terra*, ut ait Mythograph. Vaticanus, quem nuper Bode edidit, II §. 90.

tonae tradit, II, 156. maximum eius templum in urbe Busiri, II, 59. 61. ei vaccae sacrae; in eius honorem ieiunia aguntur, II, 40 not. 41 not. item apud Nomades Libyes, IV, 186. eius festum in Busiride oppido, II, 61. coll. c. 40.

Ismaris lacus in Thracia, VII, 109 not.

Ismenii Apollinis templum Thebis, I, 52. 92 not. V, 59. VIII, 134.

Isonomia (*ἰσονομίη*, *iuris aequalitas*), omnium pulcherrima, III 80 not.

Issedones pop. IV, 25 not. *) trans Araxen fl. ex adverso Massagetarum habitant, I, 201 not. propinquorum cadavera epulantur, IV, 26. eorum traditio de extremis terrae incolis, IV, 13 not. cf. c. 15 et 27.

Ister, fl. Scythiae, IV, 47 not. 48 not. ex Celtis et Pyrene oppido initium sumens, II, 33 not. seq. **) universam Europam perfluit, *ibid.* IV, 49. cum Nilo comparatur, II, 33 seq. semper sibi aequalis, multos excipit fluvios, IV, 48—50. Istri cursus et fontes, II, 33 not. IV, 49 not. ostia septem, IV, 47 not. ***) collum, IV, 89 not.

Isthmus Cnidius, I, 174. isthmus Chersonesi muro praeseptus a Miltiade, VI, 36. Isthmus Corinthiacus a Lacedaemoniis muro munitus, IX, 10. cf. VIII, 40 et IX, 7.

Istiaeotis, vid. *Histiaeotis.*

Istria, colonia Milesiorum, ad ostium Istri fl., II, 33 not. IV, 78 not. — Istriana (*Ἰστριηνή*), *mater* Scylae, *regis Scytharum*, IV, 78 not.

Italia et *Italiotae*, IV, 15 not. Italia quo sensu apud Herodotum, I, 167 not. III, 136 not. IV, 15 not. V, 43 not. VI, 127 not.

Itanus, opp. ins. Cretae, IV, 151 not.

Iter diurnum 200. stadiorum statuit Herodotus, IV, 101 not. sed 150. enumerat, V, 53 not. Iter diurnum navigio confectum, IV, 86 not.

Ithamatres Persa, VII, 67 not.

Ithamitres (*olim leg.* Amitres) dux classis cum aliis a Xerxe in Europa relictus, VIII, 130 not. post pugnam ad Mycalen fuga salutem petit, IX, 102.

Ithome (ubi olim Isthmus), IX, 35 ubi vid. not.

Iudices regii ap. Persas, III, 14. 31 not. †) iudex regius, corruptus pecunia excoriatus, V, 25 not. ob iniustam latam sententiam capite damnatus, VII, 194 not.

Iuno Argiva; eius festum, I, 31 not. templum prope lucum Argo sacrum, VI, 81 not. 82. Iunoni Samiae duas imagines ex ligno sculptas Amasis dedicat, II, 182. Iunonis templum; *τὸ Ἡραῖον*, ad Plataeas, IX, 52. 61. eius nomen Aegyptiis incognitum, II, 50. Iuno Graecorum unde ducta, II, 50 not.

Iupiter: Persae universum coeli orbem Iovem appellant ††) eique

---

*) Conf. Halling. Annall. Vienn. LIX p. 257, LXIII p. 179 et Deutsche Geschicht. I p. 67.

**) Cum hoc Herodoti loco valde convenit Procopii locus De aedificc. IV, 5, sic scribentis: *Κάτεισι μὲν ἐξ ὀρέων τῶν ἐν Κελτοῖς ποταμὸς Ἴστρος, οἳ τοίνυν Γάλλοι ἐπικαλοῦνται.* Et bene hoc de *Celtis* dici posse, cum Germanis recens nomen (Tacit. Germ. 2.) nondum additum esset, observat Kruse De Istri Ostiis p. 20.

***) Add. Kruse de Istri ostiis p. 100 seqq. coll. p. 25. 28.

†) Add. I. de Hammer. Annall. Vienn. X p. 241.

††) Quo loco ad Graecum *Δία* Pott. Etymol. Forschungg. p. 100 affert Sanscritanum *Djô* i. e. *coelum.*

in montium iugis sacra faciunt, I, 131 not. sacer Iovis currus, in Xerxis exercitu, VII, 40 not. VIII, 115. — Iovis Beli templum Babylone, I, 181 not. — 183. III, 158. — Iovem Aegyptii Amun vocant, et arietina facie fingunt *ex vetere mytho*, nectamen omnes colunt, II, 32 not. II, 42 not. celeberrimum eius templum Thebis, II, 42 not. 56. I, 182 not. et oraculum, II, 54 seq. 83. Thebani Iovis concubitus in templo cum virgine, I, 182 not. *) a Thebani Iovis templo derivatum Ammoniorum templum et oraculum, IV, 181 not. cf. II, 54 seq. templum et oraculum in Meroë Aethiopiae, II, 29 not. quod incendere Cambyses studuit, III, 25. IV, 5 not. Iovis Urii templum in faucibus Ponti, IV, 85 not. 87 not.**) Iovis Lycaei collis in Cyrene, IV, 203 not. Iupiter συγγένειος, V, 66 not. — εὐρυόπα, VII, 141 not. Agetor apud Spartanos, V, 75 not. στράτιος, V, 119 not. Hercaeus, VI, 68 not. et T. III p. 805. — Iupiter, Terrae maritus, apud Scythas, Papaeus, IV, 59 not. Iupiter Graecanicus, Ζεὺς Ἑλλήνιος, IX, 7 not. cf. c. 90. Olympius, eius templum Pisae, II, 7 not. statua aenea x cubitorum, IX, 81. Iovis oraculum Dodonae, II, 55 seq. originem ducit ex Thebis Aegyptiis, c. 54. — Iovis Lacedaemonis et Coelestis sacerdotes, reges Spartani, VI, 56 not. ***) Iovi Stratio soli Cares sacra faciunt, not. ad I, 171. V, 119 not. iidem Iovis Carii templum cum Lydis et Mysis commune habent, I, 171 not. Iovi Cario familia Isagorae Athen. sacra facit, V, 66 not. — Iovi liberatori aram Sami constituit Maeandrius, III, 142. Iovem Herceum, i. e. domus praesidem, obtestatur Demaratus, VI, 68. Iupiter expiator, Lar (ἐπίστιος) et Sodalitius (ἑταιρήϊος) invocatur a Croeso, I, 44 not. — Iovis templum sub fago arbore ap. Thesprotios, II, 56. Iovis Laphystii fanum ap. Achaeos, VII, 197 not. T. III p, 828. Iovi Lycaeo collis sacer ad Cyrenen, IV, 203. Iovis ἀγοραίου (forensis) ara ap. Selinusios in Italia, V, 46 not. Iovi decimas ut offerat, Cyrum monet Croesus, I, 89.

Iurare per aquam Stygis apud Graecos, VI, 74 not. per regios Lares ap. Scythas, IV, 68 not. per solem apud Massagetas, I, 212. per viros iustissimos et fortissimos apud Nasamones, IV, 172. per Mercurium ap, Thraces, V, 7. per Bacchum ap. Arabes, III, 7. per deos regios apud Persas, III, 65. V, 106. per deos Graeciae praesides, V, 92. VI, 68. IX, 90.

Iuris aequalitas praeclara res, V, 78. sunt iura omnibus hominibus sancita, VII, 136.

Ius primae noctis apud Libyae gentes, IV, 168 not. †)

Iusiurandum confirmatum per ferri massam demersam, I, 165 not. vid. *Formula.*

Iustum iniusto inimicum, I, 96.

Iyrcae, pop. Scythiae, ex arboribus insidiantur feris, IV, 22 not. ††)

---

*) Add. Rosellini et Ideler in Annall. Berolin. critt. 1833 nr. 68 p. 539.

**) Conf. Clarke Travels I p. 681.

***) Vid. Osann. Syllog. Inscriptt. p. 261. qui haec addit: „quaeri potest an *Λάκωνος* non praestet corrigi; *Λακεδαίμονα* enim pro *Λάκωνα* qui dixerit, equidem novi nullum."

†) Idem ius apud Caraibas et feras quasdam Brasiliae gentes obtinere narrat Martius: Von dem Rechtszustande der Ureinwohner Brasiliens (München 1832) p. 61.

††) Clariss. I. de Hammer. in literis ad Creuzerum datis *Iyrcarum* no-

K.

Kaschmyr, regio, III, 117 not. T. II pag. 211. 650 et T. III pag. 823. *)

Kiki, unguentum Aegyptiorum, II, 94 not.

L.

Labda, Amphionis filia, et eius historia, V, 92 §. 2 not.

Labdacus, Laii pater, V, 59.

Labranda, opp. Cariae, ubi Iovis Militaris templum, V, 119 not.

Labynetus, Babyloniorum tyrannus, pacem conciliat inter Cyaxarem et Alyatten, I, 74 not. 77 not.

Labynetus, Assyriae rex, quem bello petit Cyrus, I, 188 not. coll. 185 not.

Labyrinthus Aegypti describitur, II, 148 not. et Exc. p. 918 seqq. **)

Lacedaemon: Laconia terra, VI, 58. VII, 234. in ea est *Sparta*, civitas octies mille virorum, VII, 234. ***) — Spartani, IX, 28. Lacedaemonii *nominabantur* Perioeci, περίοικοι, VI, 58 not. cf. not. ad VII, 234. Λακεδαιμόνιοι περίοικοι, IX, 11 not. 70 not. *Ab his distinguuntur* Hilotae: cf. not. ad IX, 10. 11 et cf. Hilotae. — Lacedaemoniis leges a Lycurgo latae, ephori et senatores instituti, I. 65 not. cf. Ephori. Lacones ἀπρόςμικτοι, I, 65 not. Laconum res navalis, VIII, 1 not. — Regum munera et honores, V, 75 not. VI, 57 not. V, 56—58. cf. *Lex*. Laconum reges bini unanimes, VI, 52 not. — ius dicunt, VI, 57 not. — ius suffragii, VI, 57 not. in regis luctu quid fit, VI, 58 not. sacra quaedam peragunt, VI, 56 not. duces in bello, VI, 56 not. custodes habent s. selectos trecentos, VI, 56 not. duplicem portionem accipiunt, VI, 57 not. Senatores duodetriginta, VI, 57 not. Equites, VIII, 124 not. cf. not. ad VII, 205. Irenes, IX, 85 not. Lacones comas alunt, I, 82. VII, 208. 209 not. maxime honorant Delphic. oracul., V, 42 not. V, 62 not. tyrannis inimici, V, 91 not. V, 92 §. 1 not. quomodo cogitant et agunt, V, 91 not. poetis non consentiunt, VI, 52 not. T. III p. 818. Laconum epulae, VI, 57 not. nuptiae per raptum fiunt, VI, 65 not. saltatio, VI, 129 not. Lacedaemoniorum instituta, cum Persis et Aegyptiis communia, VI, 59 not. 60 not. diu reluctantes Tisamenum vatem in civium numerum adoptant Spartani, IX, 33 not. rem divinam curare maximi faciunt, IX, 7. cf. V, 63. VI, 106. VII, 206. nimiae breviloquentiae student, III, 46. Lacedaemoniis mos est, alia cogitare, alia dicere, IX, 54 not. cf. V, 92. VI, 108. VIII, 142. coll. IX, 7. — eorum disciplina laudatur, VII. 102. 104. ignominia notante proelio fugientes, VII, 231. Lacedaemonii, generis Dorici principes, I, 56. Tegeatis bellum inferunt, malo successu, I, 65 not. seq. sed, repertis Orestis ossibus, superiores evadunt; iis maior pars Peloponnesi subiecta,

---

men nisi in *Turcarum* commutetur, de quo ipsi nil dubium, cum Turcae ad primitivos Asiae incolas indigenas pertineant, ipsum tamen nomen ad Turcarum linguam referendum esse scribit, ubi adhuc omnes tribus nomadicae vocentur *Iuruk* i. e. *palantes, migrantes*, a verbo *Iurumek, vagari, migrare.*

*) Add. Halling. in Annall. Vienn. LXIII p. 183 seqq. Ritter Erdkunde III p. 1087 seqq.

**) Cf. etiam Seyffarth. in Iahn. Annall. philoll. 1834. IV, 2 p. 211.

***) Add. C. Hermann. De causs. turbat. apud Lacedd. agrorr. aequal. Marburg. 1834 p. 51.

I, 67. 68. cum Croeso foedus faciunt, c. 69 seq. cf. c. 6 et c. 83; cum Argivis de Thyrea contendunt, c. 82 seq. ab Ionibus auxilio vocati, c. 141. opem ferre negant; Cyro per legatos edicunt, ne ullam Graecorum civitatem laedat, c. 152 seq. — Amasis, Aegypti rex, mittit iis lineum thoracem, III, 47 not. adv. Samum et Polycratem expeditionem suscipiunt, III, 39 not. exules Samiorum in patriam restituturi, c. 44 not. seqq. cf. I, 70. Samum frustra oppugnant, III, 54—56. — Minyas primum receptos, nimis insolentes, interimere decernunt, etc. IV, 145 seqq. Spartanorum socii, V, 91 not. 92 §. 1. traditiones veteres, VI, 52 not. opes aequales an diversae? VI, 61 not. coll. VI, 62 not. (opes regum, IX, 81.) maxima cura de prole regum, VI, 63 not. V, 39 not. concio maior, VI, 85 not. religio in novilunio, VI, 106 not. concio, VII, 149 not. coll. V, 29 not. 79. civium numerus, VII, 234 not. tribus, IV, 145 not. *) coll. IV, 149. 161 not. V, 68. Spartani infensi Tegeatis et Argivis, IX, 35. — *De eorum rebus cum* Aeginetis, Argivis, Atheniensibus, etc. cf. Cleomenes, Leotychides, Demaratus. — Scythae cum Lacedaemoniis societatem adv. Persas contrahere cupiunt, VI, 84. Spartani Plataeensibus suadent ut se tradant Atheniensibus, VI, 108. Darii legatos in puteum praecipitant, VII, 133. cf. VI, 48. ab Atheniensibus auxilio vocati, plenilunium exspectant, VI, 105. post pugnam ad Marathonem veniunt, c. 120. — De Persarum apparatu ad bellum miro modo certiores facti, indicant reliquis Graecis, VII, 239. imminente bello Persico, legatos cum Atheniensibus mittunt ad Gelonem, VII, 153—156. ad Argivos, c. 148 seqq. — Spartani trecenti ad Thermopylas, VII, 202. 205. cf. not. comam pectunt, c. 208 not. cf. I, 82. fortiter pugnant, c. 210—212 et 223 seqq. Spartanorum dictum de sagittis Persarum solem obscurantibus, VII, 226 not. dicta multa posteriore aevo ficta videntur, VII, 223 not. 226 not. — Spartanis bello Persico summum imperium tradunt Graeci, VIII, 2. 3 not. seq. oraculi iussu poenas repetunt a Xerxe caedis Leonidae, VIII, 114. cf. IX, 64. eximio honore Themistoclem afficiunt, c. 124. legatos mittunt ad Athenienses, ne cum Barbaro foedus ineant, VIII, 142. at metu liberati, illis auxilia petentibus illudunt; tandem exercitum mittunt, IX, 6—11. cf. c. 19. Lacedaemonii ad Plataeas in acie Graecorum, c. 28. cf. *Pausanias.* — fortiter pugnant, c. 62 seq. eorum praecipua laus, c. 71. occisos sepeliunt, c. 85. — Lacedaemonii in pugna ad Mycalen, IX, 102. vid. *Leotychides.* — de Ionibus in Graeciam transferendis sententiam ferunt, IX, 106. vid. not. Lacedaemoniis imperium eripiunt Graeci ob Pausaniae contumeliam, VIII, 3. eorum bellum cum Messeniis, IX, 35. 64. 68. in bello Peloponnesiaco vastant Atticam, IX, 73. et legatos mittunt in Asiam, VII, 137.

Lacmon, mons in Apollonia terra, IX, 92 not. 93.

Lacrines, legatus Lacedaemoniorum ad Cyrum, I, 152.

Lactis emulgendi mos apud Scythas, IV, 2.

Lacus Tritonis in Africa, IV, 179. Lacus in Africa, ex quo auri ramenta referuntur, IV, 195. prope Anaua, Phrygiae opp., ex quo sal conficitur, VII, 30. lacus in Melanchlaenorum regione, IV, 20 not. lacus Stymphalius in Argolide, VI, 76 not. Boebeis lacus in Thessalia, VII, 129 not. lacus

*) Add. Kortüm in Schlosser. et Bercht. Archiv. IV p. 140 seqq.

Ismaris in Bistonis, VII, 109 not. lacus Prasias, in quo super palis habitant Paeones, V, 16 not. lacus salsus et piscosus ad Pistyrum Thraciae opp. a iumentis exsiccatus, VII, 109. lacus Gygaeus prope monumentum Alyattis, I, 93. Lacus Moeridis in Aegypto, II, 4. 69. 148 not. describitur, c. 149 not. Lacus in Minervae templo Saitano memorabilis, II, 170 not. 171. Lacus Deli orbiculatus, II, 170. coll. not. ad II, 156. — Lacus olim Thessalia fuisse fertur, VII, 129 not. *)

Lada, insula Mileto obversa, VI, 7 not.

Ladanum quo modo comparetur, III, 112 not.

Ladice, uxor Amasis, eiusque votum Veneri factum, II, 181.

Laii Erinyum delubrum Spartae, IV, 149. oracula, V, 43 not. eius aetas et genus, V, 59 not.

Lampadum festivitas in Vulcani honorem celebrata, VIII, 98. in Panis honorem, VI, 105 not.

Lampito, Leotychidis filia, uxor Archidami, VI, 71 not.

Lampon, Pythei fil. Aegineta; eius nefandum consilium Pausanias respuit, IX, 78 not.

Lampon, Thrasiclis fil., Samiorum legatus, IX, 90.

Lampon, Olympiodori pater Atheniensis, IX, 21.

Lamponium, opp. Troadis, captum ab Otane, V, 26.

Lampsaceni Miltiadem vivum capiunt, at Croesum metuentes mox dimittunt, VI, 37. 38 not.

Lampsacus, civitas ad Hellespontum, V, 117 not.

Lana arborea in India, III, 106 not. cf. VII, 65.

Laodamas, Eteoclis filius, Apollini tripodem dedicat, V, 61 not.

Laodamas Phocaeensis, IV, 138.

Laodamas, Sostrati pater, Aegineta, IV, 152.

Laodice, Hyperborea puella, IV, 33 not. 35.

Laphanes, Euphorionis filius, VI, 127.

Laphystius Iupiter, VII, 197 not.

Lapidationis supplicium, V, 67.

Lapidicinae unde pyramides Memphios, in Arabiae monte, II, 8 not. II, 124 not.

Lapis Aethiopicus: (*ex eo Mycerini pyramis constructa*), II, 134 not. *statuae permagnae in Vulcani templo*, II, 176. *ex* Porino lapide *templum Delphicum exstructum; frons ex* Pario marmore, V, 62 not. lapis Parius, III, 57. V, 62 not. **) *ex* Smaragdo lapide *annulus signatorius*, III, 41 not. *columna noctu splendens*, II, 44. — Lapide acuto sigilla insculpuntur, VII, 69 not. acuto lapide pro cultro utuntur Arabes, III, 8. — Lapides sanguine uncti in foedere faciendo, *ibid.* lapidum acervi a Darii copiis congesti, IV, 92 not.

Lapis Melampygus, VII, 216.

Lapitha, V, 92 §. 2 not.

Laqueis in pugna utuntur Sagartii, VII, 85.

Lares Romm., T. III p. 805.

Larissa Aeoliae civitas, I, 149 not.

Laserpitium, IV, 169 not.

Lasonii vocantur Cabelenses, Maeones, III, 90 not. VII, 77.

Lasus Hermionensis, VII, 6 not.

Latonae oraculum in Buto opp., II, 155 not. de ea Mythus Aegyptiacus, c. 156 not. *Latona* est *Athor*, not. ad II, 156.

Laureum, mons Atticae, ubi argenti metalla, VII, 144. vid. not. I, 64 not.

---

*) Add. Clarke Travels II, 3 p. 279. 280. coll. Muchar. Das Bad Gastein p. 25. 26 not.

**) Marmoris lapicidinas in Paro insula nuper inquisivit et descripsit Thiersch. in Morgenblatt. 1832 nr. 119 p. 474.

Laus, opp. a Sybaritis habitatum, VI, 21 not.
Leaena, vid. *Leo*.
Leager. Glauconis fil, dux Athen., IX, 75.
Learchus fratr. Arcesilaum strangulat; ab uxore fratris dolo necatur, IV, 160 not.
Lebadia (ἡ Λεβάδεια), opp., VIII, 134 not. *)
Lebaea, urbs Macedoniae superioris, VIII, 137.
Lebedus, Ionum civitas Lydiae, I, 142 not.
Lectisternia vett., nott. ad I, 181.
Lectos (Λέκτος), Idae promontorium, IX, 114 not.
Ledanum, s. ladanum, ubi nascatur et quomodo comparetur, eiusque medica vis, III, 112 not.
Legati Darii in puteum coniecti, VII, 133. — Legati non violandi, VII, 137. cf. c. 134 seq. coll. III, 13 seq.
Leges aliquot memorabiles: *lex* Amasidis regis iubens quemque *quotannis indicare* unde vitam sustentet, II, 177 not. Aegyptiaca de debitore patris cadaver pignori dante, II, 136 — Babyloniorum *de matrimonio contrahendo* I, 196. — Persarum, *filius ex pellice natus ne succedat in regnum*, III, 2. — *Licitum Regi quidquid velit facere*, III, 31. — *Rex, priusquam in bellum proficiscatur, successorem nominare tenetur*, VII, 2. — lex Spartae lata, *ne ambo simul exirent in bellum reges*, V, 75 not. (at cf. VI, 73. coll. c. 65.) — Spartae *de successione in regnum*, VII, 3. leges Aeginetarum Atticas merces prohibentes, V, 88 not.
Leges a Solone Athen. conditae, I, 29. cf. II, 177. a Lycurgo Spartanis datae, I, 65.
Leipsydrion, opp. supra Paeoniam, V, 62 not.
Leitum (Λήϊτον), Achaei vocant prytaneum, VII, 197.
Lelanti campus, not. ad V, 99.
Leleges, I, 171 not.
Lemnus a Pelasgis habitata, VI, 140. Lemnii in Peloponnesum immigrarunt, VIII, 73. Pelasgi, Lemnum incolentes, mulieres ex Attica raptas trucidant: *inde* Lemnia facinora, VI, 138 not. Lemno a Pelasgis nepotes Argonautarum, οἱ Μινύαι, eiecti, IV, 145. a Miltiade capta, VI, 140. ab Otane, V, 26 seq.
Leo lapideus in memoriam Leonidae in Thermopylis, VII, 225 not. aureus a Croeso Delphis dedicatus, I, 50 not. leo, e pellice natus, Sardibus fatalis, I, 84. leonis significatio tesseraria **) II, 50 not. I, 84 not. coll. V, 92 §. 2. VI, 131 not. VII, 180 not. — insigne regg. Spartann., VII, 225 not. leones in Graecia nulli, VII, 125 not. (quales termini *ibid.*) T. III p. 826. leones in Macedonia Xerxis camelos laniant, VII, 125. leones in Europa tantum inter Nestum fl. et Acheloum reperiuntur, VII, 126 not. leaena nonnisi semel parit in vita, III, 108 not.
Leo (Λέων), viri nomen, VII, 180 not.
Leobotes, Spartiatarum rex, I, 65. Echestrati fil., VII, 204.
Leocedes, Phidonis Argivorum tyranni fil., Agaristae procus, VI, 127 not.
Leon, Eurycratidae fil., avus Leonidae, VII, 204. cum Hegesicle Spartae regnat, I, 65.
Leonidas, fil. Anaxandridae, frater Cleomenis et Dorici, V, 41. eius genealogia, VII, 204. praeter spem regnum Spartae adeptus, VII, 205. cum trecentis ad Thermopylas missus, c. 206. oraculo nitens, morti se devovet pro patria, sociosque dimittit, c. 219—222. et fortissime pugnans cadit, c. 224. 225 not. sepulcri locus, VII, 228 coll. 225. epigrammata in

---

*) Conf. Clarke Travels II, 3 p. 118 seqq.

**) Cf. Bauer, Naturrelig. d. Alterth. p. 33.

Leonidam, VII, 228 not. in eius cadaver Xerxes iratus saevit, c. 238. Leonidae caedis poenas a Xerxe repetunt Spartani, VIII, 114.

Leontiades, Eurymachi fil., Thebanorum dux ad Thermopylas, VII, 205. 233.

Leontini, populus Siciliae, VII, 154 not.

Leoprepes, s. Laoprepes, Theasidae pater Spartanus, VI, 85.

Leoprepes alius, Simonidis poëtae pater, VII, 228.

Leotychides (*Λευτυχίδης*), Menaris fil., VI, 65 not. VII, 86 not. VIII, 131. *ubi* eius genealogia, et cf. not. ex altera regum familia, a Cleomene subornatus contra Demaratum, ipseque rex creatus, Demaratum probro afficit, VI, 65—67. cum Cleomene adv. Aeginetas ducit, VI, 73. postea a Spartanis Athenas missus, Aeginetas vinctos frustra repetit, VI, 85. 86. imperator classis Graecorum bello Persico, VIII, 131. diu Deli moratus, Samum navigat, IX, 90—92 et 96. ad Mycalen feliciter pugnat, IX, 98 seqq. in bello Thessalico pecuniis corruptus, Tegeae exul obit, VI, 72. — filius eius Zeuxidemus, filia Lampito, nepos Archidamus, VI, 71.

Leotychides, Anaxilai fil., VIII, 131.

Lepidotus, piscium genus in Nilo, II, 72 not.

Lepra, I, 138 not.

Lepreum, opp. Minyarum, IV, 148 not. Lepreatae, ad Plataeas in acie Graecorum, IX, 28. *)

Leprosos abominantur Persae, I, 138 not.

Lepus ex equa natus, VII, 57. leporis fecunditas, III, 108 not. leporem Scythae persequuntur, IV, 134. **)

Leros ins., V, 125 not.

Lesbus ins., I, 160. quinque in ea civitates Aeolensium, I, 151. incolas indagine cinctos capiunt Persae, VI, 31. Lesbii proelio navali a Polycrate victi fossam circa Sami murum fodiunt, III, 39. Lesbia pocula, IV, 61 not.

Leuca, *Leucopolis*, not. ad V, 118.

Leucae stelae, V, 117 not.

Leucas, Leucadii, Doricus pop. ex Corintho, tres naves ad Artemisium mittunt, VIII, 45 not. 47. ad Plataeas in acie Graecorum, IX, 28.

Leuce acte, *Λευκὴ Ἀκτή*, i. e. *Candidum Littus*, Thraciae, VII, 25 not. Leuce morbus, I, 138 not.

Leucon. opp. Africae, IV, 160 not.

Leucon teichos Memphi, II, 91 not.

Leutychides, vid. *Leotychides*.

Lex omnium rex (*νόμος πάντων βασιλεύς*), III, 38 not. cf. VII, 104 not. vid. supra *Leges memorabiles*.

Libanotus, II, 86. III, 107.

Liberi a parentibus venditi, V, 6 not.

Libya (cf. *Africa*), a Libya, muliere indigena, nomen invenit, IV, 45. circumnavigata, IV, 42 seq. non tam fertilis quam Europa et Asia, IV, 198. Nilo fl., II, 16 not. IV, 45. Libya quo sensu apud Herodotum, II, 15 not. III, 96. Libyae divisio, II, 32 not. Libyae incolae (Neger), II, 33 not. IV, 197 not.***) Libya ovium et caprarum proventu insignis, IV, 155 not. 172 not. quas habet mercaturae

*) De *Lepreo* cf. Dodwell. Itinn. II p. 348. Gell. Itiner. per Moream pag. 41.

**) Cf. I. G. Ch. Kapp. Dissert. inaugural. Erlang. 1823. 8. et Bauer. Naturrelig. d. Alterth. I p. 69.

***) Tu cf. etiam Rozet: Voyage dans la regence d'Alger (1833 Paris) I p. 3. 50 seqq. (ubi veteres Libyes eosdem habet atque *Mauros*, ut nunc ocantur) coll. p. 137.

vias, IV, 181 not. ex opinione Herodoti, IV, 181 not. coll. IV, 197 not. cultus et sacra, IV, 188 not. gentes nomades; commercium quo modo, IV, 196 not. *) Aegyptiis montibus, II, 17 not. et Casio Syriae monte ab Asia disterminata, II, 158. quatuor nationes eam incolunt: *Aethiopes*, versus meridiem (cf. II, 29 not. III, 114 coll. II, 29 not. III, 17 et IV, 138) Libyes ad septentrionem, indigenae; et Phoenices et Graeci, advenae, IV, 197 cf. II, 32. et IV, 150 not. *supra Libyes Nomades* fera Libya est (ἡ θηριώδης Λιβύη), *et supra hanc* supercilium arenosum (ὀφρύη ψάμμης), IV, 181 not. Libya, secundum mare mediterraneum porrigitur ab Aegypto usque ad Soloëntem promontorium, II, 32. Libyes Nomades mare adcolunt ab Aegypto usque ad Tritonidem lacum: eorum instituta et sacrificia, IV, 186—190. singuli populi, IV, 168—180. primi omnium Neptunum coluerunt, II, 50. Soli et Lunae sacrificant, IV, 188. Minervae, indigenae deae sacra faciunt, IV, 180. ab iis Graeci acceperunt Minervae aegides, et quadriiugos equos iungere, IV, 189. cf. VII, 184. — Libyes Agricolae, IV, 191 seqq. Libyes, Aegypto finitimi, Apriae regi se tradunt, IV, 159. cf. II, 161. Cambysi se dedunt, et dona mittunt, III, 13 not. Dario tributum pendunt, III, 91 not. eorum armatura in Xerxis exercitu, VII, 71 not. 86. 184 not. (i. e. gentes Poenis subditae) Libyes cum Carthaginiensibus in Sicilia militant, VII, 165 not.

Libycus mons, terminus Aegypti ab occasu, II, 8 not.

Liches Spartiata, unus ex benemeritis, Orestis ossa reperit, I, 67 not. 68.

Lida, mons Cariae, I, 174. 175 not.

Ligneus pes Hegesistrati vatis, IX, 37. lignea urbs Budinorum, IV, 108. 123. vid. *Domus* et *Murus*. Ligneae statuae Mycerini regis, II, 130 seq. duo imagines ex ligno sculptae Amasidis regis, II, 182.

Ligyes supra Massiliam habitant, V, 9 not. cum Carthaginiensibus in Sicilia militant, VII, 165 not. **)

Ligyes Asiatici in Xerxis exercitu, VII, 72 not.

Lilaea urbs, VIII, 35 not.

Lilia, rosis similia, in Nilo nascuntur, et alia, quorum radix esculenta, II, 92.

Limeneum (Λιμενήϊον), Milesiae regionis, I, 18 not.

Lindus, Doriensium civitas, I, 144. ibi templum Minervae, II, 182. III, 47 not. Lindii ex Rhodo Gelam in Sicilia condunt, VII, 153.

Lingua Ionica quatuor habet modificationes, I, 142. linguae Persicae nomina in eandem desinunt literam, I, 139. cf. not.

Linum Colchicum (*Sardonicum*) et Aegyptiacum, II, 105 not. linum in Paeonia, V, 12. linum et lana quid differat in sacris, II, 81 not. linum nent inter eundum Paeonicae mulieres, V, 12. ***)

Linus, cantilena in Phoenicia et Cypro cantata, Aegyptiis Μανέρως nominatur, II, 79. vid. not. †)

Lipaxus, oppidum Crossaeae, VII, 123.

---

*) Add. Hirscher. ad Hannonis peripl., Ehing. 1832 p. 7.

**) Add. Kruse in Büsching's wöchentl. Nachricht. IV, 4 p. 254. 298.

***) Inde eundem mulierum morem in Serbia, Transylvania, Moravia adhuc obtinentem repetit Schottky in Büsching Wöchentl. Nachricht. f. Kunst u. Gesch. d. Mittelalt. IV, 1 p. 57.

†) De *Lino* add. Creuzer. in Annall. Vienn. LXI p. 173 seq. et Welcker in Schulzeitung 1832 II nr. 2 seqq.

Lipoxais, Targitai fil., IV, 5 not. ab eo oriundi Scythae, c. 6.
Lipsydrium opp. (*Λειψύδριον*), V, 62 not. T. III p. 814.
Lisae, opp. Crossaeae regionis, VII, 123.
Lissus, fl. Thraciae; eius aqua Xerxis copiis non suffecit, VII, 108 not. 109. T. III p. 824.
Literae Amasidis ad Polycratem, III, 40 not. Histiaei proditae, VI, 4 literarum mira occultatio, VII, 239. vid. *Epistolae*. literae servi capiti inscriptae, V, 35.
Literarum usum a Phoenicibus Graeci acceperunt, V, 58 not. literae Assyriacae, IV, 87 not. literarum usus maturus, I, 93 not.
Litus pulchrum, vid. *Calacta*.
Locri Persis terram et aquam dant, VII, 132. at Locri Opuntii cum Graecis ad Thermopylas, VII, 203. et ad Artemisium militant, VIII, 1. et Locri Ozolae Phocensibus Persam fugientibus refugium praebent, VIII, 32.
Locri Epizephyrii in Italia, VI, 23 not.
Locri (Opuntii), VII, 132 not.
Locustae, per Libyam, IV, 172 not.
Logographi Herodoto priores, Comment. §. 10.
Lori in usu pro clavibus, III, 123 not.
Lotos plurima nascitur in Aegypto; eius radix esculenta, II, 92. vid. not. loti fructus descriptio, IV, 177 not. lotus Cyrenaea *memoratur*, II, 96 not.
Lotophagi, pop. in Africa, IV, 177 not. 183 not.
Loxias nominatur Apollo Delphicus, I, 91 not. IV, 163.
Lucernarum accensarum festum apud Aegyptios, II, 62 not. vid. *Lampadum festivitas*. *Lucernarum* accensio (*pro crepusculo*), VII, 215 not.
Lucianus auctor recitationis Herodoteae, Comm. §. 4. Eiusdem fides, *ibid*.
Lucina (*Εἰλειθυίη*), ei tributum solvitur pro maturato partu, IV, 35 cf. c. 34.
Luctus Aegyptiorum in morte propinquorum, II, 85 not. Spartanorum, rege mortuo, VI, 58 not. Persarum super Masistio interfecto, IX, 24 not. vid. *Funus*. — Luctum simulat Miltiades, domi se continens, VI, 39.
Lucus platanorum Iovi Stratio sacratus in Caria, V, 119. Argi lucus a Cleomene incensus, VI, 79 seq. lucus circa Aegyptiorum templa, not. ad II, 138.
Ludum tesserarum et talorum inveniunt Lydi, I, 94 not. — Ludos gymnicos Perseo celebrant Chemmitae Aegyptii, II, 91 not.
Ludos Olympicos Graeci faciunt, Xerxe invadente, VII, 206. VIII, 26.
Luna Spartanos impedit, quo minus Atheniensibus succurrant, V, 106 not. Lunae sacra faciunt Persae, I, 131. Libyes, IV, 188. Luna Persarum praeses, *ex Magorum disciplina*, VII, 37. Lunae festum apud Aegyptios, II, 47.
Lupi formam semel quotannis adsumere Neuri perhibentur, *) IV, 105 not. luporum sepultura apud Aegyptios, II, 67 not. lupi per Aegyptum s. chacali, II, 67 not. lupi notio symbolica, II, 122 not. coll. IV, 105 not. IV, 149 not.
Lustratio, I 198 not.
Lutrae capiuntur ap. Gelonos, IV, 109 not. **) Aegyptiis sacrae, II, 72 not.

---

*) Hanc famam vere germanicam esse monstravit F. Wolf. in Annall. Berolin. (Iahrbb. f. Wiss. Crit.) 1834. II nr. 31 p. 254.

**) Lutrarum pellibus quod Geloni utebantur, poenulis adsuentes, id similem medii aevii usum in mentem revocat, ubi v. c. Carolus magnus thorace e pellibus lutrinis confecto humeros pectusque hyeme muniisse dicitur, aliaeque vestes e pellibus lutrinis factae occurrunt. Vid. Mongez. Mém. de l'Institut. IX p. 63.

Luxus Persarum, IX, 80—82.
Lycaeus Iupiter ap. Cyrenaeos, IV, 203 not.
Lycaretus, Maeandrii frater, Sami regnum appetit, III, 143. Lemno a Persis praeficitur, V, 27.
Lycia olim Milyas nominata, I, 173. Lycii, I, 28. ex Creta oriundi, olim Termilae appellati, a Lyco, Pandionis fil. nomen accipiunt, I, 173. VII, 92 not. se a matribus nominant, non a patribus, I, 173 not. *) — Lycii strenue pugnant adv. Harpagum, I, 176. Dario tributum pendunt, III, 90. eorum in Xerxis classe armatura, VII, 92. Lycii arcus *memorantur*, VII, 77. cf. c. 92.
Lycidas, senator Athen., cum uxore et liberis lapidibus obruitur, IX, 5.
Lycomedes, Aeschreae fil., vir strenuus, primus navem hostium capit ad Artemisium, VIII, 11 not.
Lycopas Lacedaem. strenue ad Samum pugnat, III, 55.
Lycophron, Periandri fil., domo eiectus, et in Corcyram ablegatus, Corinthi tyrannidem repudiat; a Corcyraeis interficitur, III, 50—53.
Lycurgus, vir int. Spartanos probatus, Leobotae regis tutor, ab oraculo monitus leges fert Spartanis et ephoros instituit, I, 65 not. ei templum dedicatum, c. 66 not. eius tempus, I, 65 not. Lycurgi mors, I, 65 not.
Lycurgus, Aristolaidae fil., Atheniensis, factionis princeps contra Pisistratum, I, 59.
Lycurgus, Amianti pater, Arcas, VI, 127.
Lycus, fl. Phrygiae, Colossis in urbe evanescit, VII, 30 not.
Lycus, fl. Scythiae, in Maeotin paludem se exonerat, IV, 123 not.
Lycus, Anacharsidis avus, IV, 76.
Lycus, Pandionis filius, a fratre Aegeo Athenis expulsus, in Termilas venit; ab eo Lycii nomen inveniunt, I, 173. VII, 92 not.
Lydia, argenti ferax, V, 49. auri ramenta e Tmolo habet, I, 93, cf. V, 101. Lydi, III, 90 not. I, 28 §.7. olim Maeones vocati, VII, 74. a Lydo, Atyis fil., nomen, I, 7 not. strenua gens, ex equis praecipue pugnant, c. 79. 80. mercium institores, primi monetam procudunt, I, 94. ludorum inventores, *ibid.* eorum filiae meretricantur omnes, c. 93. leges Graecis similes, c. 94. eodem modo, atque Graeci, expiant, I, 35. et foedus pangunt, c. 74. — priscum Iovis Carii templum cum Mysis et Caribus commune habent, I, 171. in Umbriam coloniam ducunt, I, 94 not. et Excurs. p. 893 seq. **) per quinque annos cum Medis bellum gerunt, I, 74. 103. vid. *Alyattes.* — primas in oraculo consulendo partes a Delphensibus accipiunt, I, 54. cum Persis pugnant ancipiti Marte,

*) Conf. Fr. de Raumer: Ueber Ehe und Familie in Histor. Taschenb. 1833 p. 337. Grotefend. in Seebod. Archiv. 1829 nr. 28 p. 109 coll. Perizon. Dissertat. Trias (Devent. 1679 p. 275.)

**) Vid. nunc Micali Storia degli antichi popol. Ital. T. I p. 97 seq., qui Herodoti narrationem prorsus reiectam vult quippe fictam, cum Etruscorum gens sit quam maxime indigena, a Graecis aeque atque Lydis prorsus remota. At cautius hac in re pronuntiandum existimat Raoul-Rochette in Journal d. Savans 1834 p. 145, bene advertens, quam multa in Etruscorum rebus prodant originem orientalem Herodotique narrationem de Lydis in Etruria considentibus comprobare videantur. Et adde auctorem epistolae, quem supra (ad voc. *Hercul.*) laudavimus §. 15. Conf. etiam Thiersch. Epoch. p. 166 ed. sec.

c. 76. a Persis vincuntur, c. 80. vid. *Croesus.* — defectionem moliti a Cyro, monente Croeso, effeminantur, I, 154—157. not. ad I, 155. *) Dario tributum pendunt, III, 90. eorum in Xerxis exercitu armatura, VII, 74.

Lydias, fl. Bottiaeam a Macedonia disterminat, VII, 127 not. T. III p. 826. **)

Lydus, Atyis fil., a quo Lydi nomen invenerunt, I, 7. VII, 74. frater Caris *nominatur*, I, 171.

Lygdamis, Artemisiae pater, VII, 99 n.

Lygdamis Naxius, Pisistrato mercenarios milites adducit, I, 61 not. ab eo Naxum administrandam accipit, c. 64.

Lynceus Chemmita fuisse dicitur, II, 91 not.

Lysagoras, Tisiae fil., Parius, VI, 133.

Lysagoras, Histiaei pater, Milesius, V, 30.

Lysanias e procis Agaristae, VI, 127.

Lysimachus, Aristidis pater, VIII, 79. 95.

Lysistratus Atheniens. fatidicus, VIII, 96.

Lyxes, Herodoti pater, Comment. §. 2.

M.

Macae, pop. Africae, IV, 172 not. 175 not. V, 42 not.

Macednus pop. Pindum incolit, I, 56 not. Macedna natio ex Pindo et Dryopide Peloponnesum ingressa, VIII, 43. cf. I, 56 not.

Macedones in Xerxis exercitu, IX, 30 not. *Macedonum* reges Argivae stirpis, V, 22 not. VIII, 137 not.—139. Macedones a Mardonio Darii imperio subiecti, VI, 44 not. seq. vid. *Amyntas* et *Alexander.*

Macedonia (ἡ Μακεδονὶς), VII, 127. *Macedonia* quo sensu apud Herodotum, VII, 126 not. ***)

Machinae, quibus pyramides in altum exstruebantur, II, 125. machinae, quibus pontes in Hellesponto intendebantur, VII, 36. machinis et suffossis muris Miletum oppugnant Persae, VI, 18.

Machlyes, pop. Africae, IV, 178 not.

Macistius (Μακίστιος), Persa (Masistius), IX, 20 not.

Macistus, Minyarum opp. ab Eleis eversum, IV, 148 not.

Macrobii Aethiopes, III, 17 not. seqq. vid. *Aethiopes*, longaevi, III, 23 not.

Macrones, pop. supra Thermodontem fl., II, 104 not. III, 94 not. eorum in Xerxis exercitu armatura, VII, 78 not.

Mactorium, Siciliae opp. super Gelam, VII, 153 not.

Madyes, filius Protothyae, Scytharum rex, in Asiam irrumpit, I, 103 not.

Madytus, urbs Chersonesi, VII, 33. not. ad 32. IX, 120.

Maeander, fluvius tortuosus, I, 18 not. II, 29. Magnesiam urbem lambit, III, 122. Marsyam fl. excipit, V, 118 not. eius fontes, VII, 26. Maeandri campus, I, 18 not. 161. II, 10 et T. I p. 929.

Maeandrius, Polycratis scriba, III, 123 not. Sami procurator, III, 142. et rex, V, 27. cum Samiis de iuris aequalitate constituenda frustra paciscitur; etc. Sparta a Cleomene eiicitur, III, 142—148.

Maeones olim nominati Lydi, I, 7 not. VII, 74.

Maeones Cabelenses vocantur Lasonii, VII, 77.

Maeotae (οἱ Μαιῆται), supra Maeotin paludem, IV, 123 not.

---

*) Aliorum scriptorum locos de Lydorum luxuria a Cyro imposita dabit Bergk. ad Anacreont. Reliqq. p. 240 seq.

**) Cf. etiam Clarke Travels II, 3 p. 307. 310. 316.

***) Add. C. O. Müller. Ueber die Makedon. p. 37—49.

Maeotis palus (*ἡ Μαιῶτις λίμνη*), IV, 3 not. IV, 5 not. (*ἡ λίμνη Μαιῆτις*), I, 104. IV, 57. 101. 120. mater Ponti *vocatur*, IV, 86 not. Maeoticus fl. (*ὁ ποταμὸς Μαιήτης*), *nominatur* Tanais, IV, 45 not. Maeoticae paludis ambitus, IV, 86 not. Herodotus non recte de ea edoctus, IV, 86 not. IV, 99 not.

Magdolus, opp. in confinibus Aegypti et Syriae, II, 159 not. et Exc. p. 921. *)

Magi, Medorum gens, I, 101 not.

Magi, Astyagi somnium interpretantur, I, 107. cum eo de Cyro non interfecto deliberant, c. 120. postea, Cyro rebellante, ab Astyago e palo suspenduntur, c. 128. Magorum doctrina de duobus geniis principibus, I, 140 not. — Magi (*inter Persas*) multum differunt a sacerdotibus Aegyptiorum, I, 140 not. Magi duo, alter procurator domus regiae, contra Cambysen insurgunt, III, 61 not. —63. III, 126 not. (*qui moriens metuit, ne imperium iterum ad* Medos *redeat*, c. 65. cf. I, 130.) at, fraude eorum detecta, a septem nobilibus Persis interficiuntur, III, 67—78. inde *Magophonia* festum a Persis celebratur, T. II p. 675. III, 79 not. — Magi, somnium Xerxis interpretantur, VII, 19. Lunam Persis, solem Graecis futura significare docent, VII, 37. ad Ilium heroibus parentant, VII, 43. Strymoni fl. equos albos mactant, VII, 113. ad Sepiadem Ventos placant incantationibus, VII, 191. — Sine mago non fas est Persis sacra facere, I, 132 not.

Magistratus sorte ducti, III, 80 not.

Magnesia ad Maeandrum fl., III, 122 not. I, 161. **)

Magnesia, terra Macedoniae, VII, 176. 183. 193. Magnesiae promontorium, VII, 193.

Magnetes Europae, VII, 132 not.

Magnetes Asiam incolentes, III, 90 not.

Maleae, Peloponnesi promont., VII, 168 not. I, 82. Malea, IV, 179 not. (de nomine et situ).

Malena, opp. agri Atarnitidis, VI, 29 not.

Males Aetolus, VI, 127.

Maliaca terra (*ἡ Μηλὶς γῆ*), VII, 132 not. 198. VIII, 31. Malienses Persis terram et aquam tradunt, VII, 132 not. 196. 198. Maliacus sinus, IV, 33 not.

Malleo ducta ex auro effigies, VII, 69.

Mandane, Astyagis filia, Cambysi nuptum datur, I, 107.

Mandrocles, Samius architectus, IV, 87 not. monumentum ab eo positum, IV, 88 not.

Maneros Aegyptiis Linus cantus nominatur, I, 79 not.

Manes, rex Lydiae, I, 94 not. IV, 45 not.

Manicatae tunicae Persis in usu, VII, 61 not.

Mantinea, urbs Arcadum, IV, 161.

Mantinenses in Thermopylis, VII, 202. ad Plataeas post proelium veniunt, IX, 77.

Mantyas et Pigres fratres, Paeones, V, 12 not.

Mapen, Siromi filius Tyrius, VII, 98.

Mappae geographicae, V, 49 not.

Maraphii, Persarum tribus, I, 125 not. Maraphius Amasis, IV, 167.

---

*) Vid. C. Cless. in programm. de coloniis Iudaeorr. in Aegypt. (Stuttg. 1832.) p. 7 seq. not. 17, qui hîc de oppidulo *Migdal* in tribu Gad cogitandum esse censet.

**) Vid. Michaud Correspond. de l'Orient. II p. 370—377. qui urbis reliquias quinque horarum spatio ab Epheso remotas, propc vicum *Jeni Kevi* sitas et a Turcis *Jeni Kalé* vocatas accurate descripsit.

Marathon, locus Att., VI, 107. VI, 102 not. *) T. III p. 819 seq. Marathonem occupat Pisistratus, I, 62. Marathonia pugna, VI, 111 seq. — pugnae dies, VI, 106 not. tumuli, VI, 117 not.
Maratti per Indiam, III, 100 not.
Mardi, pop., Persarum gens, I, 84 not. 125 not. Mardus fuit Hyroeades, I, 84.
Mardonius, Gobryae fil., populare in Ioniae civitatibus imperium instituit, Europam petit, et in Macedonia a Brigibus Thracibus cladem accipit, VI, 43 not. — 45. ab imperio removetur, c. 94. instigat Xerxem ad bellum Graecis inferendum, VII, 5 seq. oratio eius, c. 9. universo pedestri exercitui praefectus, c. 82. post pugnam ad Salaminem Xerxi suadet, ut in Asiam redeat, VIII, 100 seq. in Thessalia hibernat, c. 113 seqq. et oracula consulit, c. 133 seqq. Alexandrum Macedonem cum pacis conditionibus Athenas mittit, c. 136. cf. c. 141 seqq. Athenas iterum capit; et denuo, nuncio Salaminem misso, Athenienses ad societatem invitat, IX, 1—4. Boeotiam petit et castra ad Asopum fl. ponit, c. 12—15. occupatis Cithaeronis faucibus, commeatus intercipit Graecorum, c. 38 seqq. committit pugnam ad Plataeas, c. 49 seqq. et 59 seqq. ipse cadit, c. 63 seq. eius cadaver subreptum, c. 84. — filius eius Artontes, c. 84.
Mardontes, Persarum dux, VII, 80. classi relictae praefectus, VIII, 130. cadit ad Mycalen, IX, 102 not.
Mare ut fruatur natura sua, non patiuntur venti, VII, 16 not. maris imperium primus Polycrates obtinere studet, III, 122. Mari taurum immolat Cleomenes, VI, 76. Mare Thracium, VII, 176 not. Mare Hippalum, I, 1 not. mare mediterraneum, quomodo appell., I, 1 not. Mare rubrum, I, 1 not. I, 180 not. 202. II, 8 not. II, 158. III, 30. coll. IV, 39. 40. III, 93 not. VI, 20. (de Persico sinu) VII, 80. Vid. *Rubrum*. Aegyptium, II, 113 not. maris imperium penes quos fuit, III, 122 not. mare (i. e. fons, puteus) in arce Attica, VIII, 55.
Marea, urbs Aegypti, II, 18 not. 30.
Mares quam armaturam in Xerxiano exercitu tulerint, III, 94 not. VII, 79 not.
Mariandricus sinus, IV, 38 not.
Mariandyni pop., I, 28 not. III, 90. a Croeso subacti, I, 28 not. Mariandynorum in Xerx. exercitu armatura, VII, 72.
Maris, fl. Scythiae, IV, 49 not. **)
Maron et Alpheus, Orsiphanti fil., strenue pugnant ad Thermopylas, VII, 227.
Maronea, Graeca urbs Thraciae, VII, 109 not.
Marsyas, fl. Phrygiae, V, 119 not.
Marsyae Sileni uter suspensus Celaenis, VII, 26 not.
Martis panegyris Papremi celebrata, II, 63. 64 not. eius oraculum in Aegypto, c. 83. (*ap. Chalybes*), VII, 76. Marti praecipua sacra faciunt Scythae, IV, 59 not. seqq. in singulis eorum praefecturis Martis templum, IV, 62 not. Martis cultus apud Thraces, V, 7 not.
Mascames Dorisci praefectus, VII, 105. laudatur, c. 106.
Masistes, Darii filius, Xerxis exercitus imperator, VII, 82. IX, 107 not. eius et liberorum caedes, IX, 113.
Masistius (*Graecis* Macistius, *Ma-*

*) Add. potissimum Clarke Travels II, 3 cp. I p. 12, ubi accurata loci descriptio, additis duabus tabulis aeri incisis.

**) Add. Clarke Travels II, 3 chap. 3 p. 616. Ruperti ad Tacit. Annall. II, 63 p. 226, et de ipso fluvii nomine Humboldt Examen critique de l'histoire de la géographie du nouveau continent p. 64.

κίστιος, *dictus*), IX, 20 not. equitatui praefectus cadit ad Plataeas, IX, 20. 24.
Masistius, Siromitris fil., VII, 79.
Maspii, Persarum gens, I, 125.
Massages, Oarizi fil., dux Libyum, VII, 71.
Massagetae, pop. Scytharum ferus et robustus, I, 201 not. 215. eorum deus Sol, I, 212. 216. mores etc., I, 216 not. uxores communes, *ibid.* IV, 172. senes immolant, I, 216. vestitus etc., I, 215 not. Scythas Nomades sedibus expellunt, IV, 11. Cyrum vincunt, I, 214. Massagetae auro atque aere abundant, I, 205 et 215 not. *)
Massilia, quando condita a Phocaeensibus, not. ad I, 166 pag. 368. **)
Maternum genus paterno nobilius apud Lycios, I, 173. vid. *Lycia.*
Matiani montes, I, 189. 202 not.
Matieni pop., I, 72 not. III, 94 not. V, 49. 52 not. eorum in Xerxis exercitu armatura, VII, 72.
Matrimonium emtione fit, V, 6 not.
Matris Dindymenae fanum, I, 80. Matri Deorum festum celebrat Anacharsis, IV, 76 not. Mater Ponti nominata palus Maeotis, IV, 86 not. Matris deûm cultus apud Cyzicenos, IV, 76 not.
Mausolus, pater Pixodari, V, 118.
Maxyes Libyes, IV, 191 coll. IV, 178 not. ***)
Mazares Medus, I, 156. Prienenses subigit, I, 161.
Mecistes, Adrasti frater, V, 67.
Mecyberna, Graeca urbs, Thraciae, VII, 122 not.
Medea, Colchorum regis filia, I, 2. VII, 62 not.
Medi, IV, 37. 40. per vicos habitant, I, 96. eorum diversae gentes, I, 101. olim Arii nominati, a Medea Colchica nomen invenerunt, VII, 62. ab Assyriis deficiunt, I, 95. Deiocem sibi regem constituunt, I, 96—100. Medorum regum tempora: Excurs. ad I, 130 p. 899 seq. †) Medorum nomen late patens, IX, 77 not. sub Phraorte rege Asiam subigunt, cap. 102. sub Cyaxare bellum gerunt cum Lydis, cap. 103. quo bello incidit solis defectus, c. 73. 74. Asiae imperium amittunt, Scythis irrumpentibus, c. 104. Ninum, iam antea oppugnatam, capiunt et Assyrios subigunt. cap. 106 not. sub Astyage rege Persis succumbunt, c. 130 not. deficiunt a Dario, et denuo subiguntur, *ibid.* not. ††) cf. *Magi.* — Medorum in Xerxis exercitu armatura, VII, 62. 86. Medi et Cissii in Thermopylis propulsati, VII, 210. Medicae hastae, VII, 67.

*) Pro Alanis habet Massagetas Halling. in Annall. Vienn. LXIII p. 131. ad Ammianum provocans XXIII, 14 et XXXI, 2. Conf. etiam Reichard in Hertha XI p. 15. Gatterer. in Comm. societ. Gotting. XIV p. 9 seqq. Massagetas tenuisse statuerat terram Kirgisorum grandis hordae, i. e. meridionalem Soongariam, et Buchariae minoris partem septentrionalem.

**) Quod Herodotus ipse Massiliae conditae nullam faciat mentionem, id Lehnert De foed. Ion. p. 53 seq. ex humili urbis statu, qui fuerit Cyri tempore miserrimâque eius conditione illo tempore arctis finibus conclusae explicari posse censet.

***) Add. Annall. Vienn. LVIII p. 45 seq.

†) Add. Hitzig. in Commentarr. ad Iesaiam p. 294, ubi in Herodoteo loco hanc proponit lectionem: ἐπ' ἔτεα ἑκατὸν δυῶν δέοντα παρὲξ ἢ ὅσον οἱ Σκύθαι ἦρχον, τριήκοντα δυῶν δέοντα, nisi calamo lapsum esse ipsum Herodotum credas indeque legendum ἐπ' ἔτεα εἴκοσι κ. τ. λ.

††) Cf. Krüger. in Vita Thucydid. p. 26 seq. 29 seq.

Media partim montosa, partim plana, I, 110. Medicum imperium Haly fl. terminatum, I, 72. Medorum nomen Graecis terrorem incutit, VI, 112. Medorum idiomate canis Spaca nominatur, I, 110. Media praefectura, III, 92 not. Medica herba, I, 132 not. Medica stola, I, 135 not. III, 82 not. VII, 116.

Medicamenta ad cadavera Aegyptt. condienda, II, 86 not.

Medici singuli singulorum morborum apud Aegyptios, II, 84 not. oculorum medicum ab Amasi Cyrus petiit, III, 1 not. Aegyptii medici ap. Darium, III, 129 not. 132. medici Crotoniatae et Cyrenaei inter Graecos inclaruerunt, III, 131 not. Democedes, medicus celeberrimus, III, 130 seqq. Medicamenta Graeca leniora, III, 130 not.

Medimnus farinae, VI, 57 not. medimnus Atticus, I, 192.

Mediterraneum mare (ἥδε ἡ θάλασσα), I, 1 not. I, 185 not. coll. 202.

Megabates, expeditionis contra Naxios dux, V, 32 seqq.

Megabazus, Megabatis fil., navalibus copiis praefectus, VII, 97.

Megabyzus, qui et Megabazus *nominatur*, cf. not. ad IV, 143. coniurationis in Magum particeps, III, 70. pro oligarchia constituenda sententiam fert, c. 81. copiarum dux in Europa a Dario relictus, Hellespontiorum civitates subigit, IV, 143 not. 144. Thraciam Persarum subiicit imperio, V, 1 seq. Paeones Darii iussu in Asiam transducit, c. 14 seq. consilium dat Dario de Histiaeo, cap. 23.

Megabyzus alius, Zopyri fil., pedestri Xerxis exercitui praefectus, VII, 82. postea in Aegypto dux adversus Athenienses, III, 160. cf. not. ad III, 153.

Megacles, Alcmaeonis fil., Pisistratum Athenis eiicit, at mox eum reducit, filiam ei elocans, I, 59. 60. ex Attica profugit, Pisistrato tertio Athenis potito, c. 61—64. cf. VI, 125, ubi Alcmaeonis pater.

Megacles, Alcmaeonis (eius, qui Croesi fuit familiaris) fil., superioris nepos, uxorem ducit Clisthenis filiam, VI 127 — 130 not.

Megacles, Hippocratis fil., huius Megaclis nepos, VI, 131 not. stirps, *ibid.* *)

Megacreon Abderita, consilium civibus dat, VII, 120.

Megadostes, Mascamis pater, VII, 105.

Megapanus, Hyrcanorum dux, VII, 62.

Megara (τὰ Μέγαρα), Megarica terra (ἡ Μεγαρὶς χώρη), IX, 14. Megarenses cum Atheniensibus bellum gerunt, I, 59. fortiter pugnant ad Plataeas, IX, 21.

Megarenses Siciliae, a Gelone subacti, VII, 156 not.

Megasidras, Doti pater, VII, 72.

Megistias, vates Graecorum ad Thermopylas, VII, 219. 221 not. eius intrepidus animus, c. 221. carmen epitaphium, c. 228.

Mel ex palma confectum ap. Babylonios, I, 193 not. ex myrica (tamarice) et tritico, VII, 31. mellis magna copia ap. Gyzantes, IV, 194 not.

Melampus, Amythaonis fil., Graecos Bacchi sacra et alia ex Aegypto accepta docuit, II, 49 not. VII, 221. Regiam dignitatem ab Argivis postulat, IX, 34 not.

Melampygus lapis, VII, 216 not.

Melanchlaeni pop., IV, 20 not. 100

*) Add. Wiggers. Quaest. de Cornelio Nepot. Alcibiad. (Lips. 1833) p. 46 seqq.

not. 102. 107 not. eorum mores, c. 107 not. *)
Melanippus, Astaci fil., eius fanum Sicyone, V, 67 not.
Melanippus, Alcaei sodalis, Mitylenaeus, V, 95 not.
Melanthius Athen. dux viginti navium, V, 97.
Melanthus, Codri pater, I, 147. rex Athen., V, 65 not.
Melas, fl. Thessaliae, VII, 198 not.
Melas sinus, VI, 41 not. et fluvius eiusdem nominis in Thracia, VII, 58 not.
Meles, rex Sardium, I, 84 not.
Meliboea urbs, VII, 188 not.
Melienses, vid. *Maliaca terra.*
Melii cum Graecis militant, VIII, 46 not. genus a Lacedaemone derivant, c. 48.
Melissa, Periandri uxor, III, 50 not. V, 92 §. 7 not.
Membliarus, socius Cadmi, IV, 147 not.
Memnon, II, 106 not. **)
Memnonia, regia Pers., V, 53 not. Susa nominatur τὸ ἄστυ Μεμνόνιον, c. 54. et Memnonia Susa, VII, 151. III, 68 not. T. III p. 813.
Memphis, urbs Aegypti, II, 3. 10. a Mene primum condita; eius situs, II, 99 not.
Menares, Leotychidis pater, VI, 65. 71. VIII, 131.
Menda, opp. Pallenae, VII, 123 not. T. III p. 825.
Mendacium dicere apud Persas turpissimum, I, 138 not. coll. III, 72.
Mendes lingua Aegyptiaca Pan et Hircus *vocatur*, II, 46 not. Mendetis templum, II, 42 not.
Mendesia Aegypti praefectura, II, 42. 46. Calasiribus adsignata, II, 166 not.
Mendesii oves immolant, capris abstinent, et qua causa, II, 42 not. 46 not.
Mendesium ostium Nili, II, 17. Excurs. T. I p. 908.
Menelaus Helenam recipit in Aegypto, II, 119 not.
Menelaius portus, IV, 169 not.
Menes primus in Aegypto regnasse fertur, II, 4 not. 99 not. ***)
Menius Eurydamae frater, VI, 71.
Mensa solis apud Aethiopes, III, 18 not. 23.
Mensis intercalaris, I, 32 not. II, 4 not.
Merbalus Aradius, VII, 98.
Mercatura, vid. *Negotiatio.*
Mercurii statua porrectum veretrum habens, II, 51 not. eius templum Bubasti urbe, II, 138. Mercurium maxime colunt Thraces, V, 7. Mercurius ithyphallicus s. chthonius, II, 51 not. II, 145 not. Anubis, II, 67 not. Aegyptiorum, Excurs. T. II p. 643 seq. Thracum, V, 7 not.
Meretrices Naucraticae, II, 135. nobiles meretrices apud Graecos: Rhodopis et Archidica, *ibid.*
Mermnadae quomodo regnum Lydiae obtinuerint, I, 7. 14.
Meroë metropolis Aethiopum, II, 29 not. †)
Mesambria, opp. Thraciae, IV, 93

---

*) Conf. Eichwald. in Annall. Dorpat. III, 1 p. 14, qui Melanchlaenos gentem existimat Finnico-Esthnicam, ad Lithuaniae usque fines pertinentem, quae adhuc vestitum nigrum prae ceteris adamet.

**) Add. Letronne La Statue de Memnon p. 73 coll. 42.

***) Conf. Seyffarth. in Iahn. Annall. philoll. 1834. IV, 2 p. 209 et Rosellini Monumenti dell'Egitto I p. 112—126.

†) Add. testimonium recentissimi peregrinatoris Cailland, qui Strabonem de Meroës situ vera tradere contendit et urbem illam edocuit sitam esse in peninsula prope ruinas τοῦ Assur in loco, qui vocatur Mahrak. Vid. Annall. Vienn. T. LVIII p. 28. 29.

not. VII, 108 not. a Calchedoniis conditum, VI, 33.

Messana (olim Zancla, opp. Siciliae), VII, 164 not.

Messapii Iapyges, Cretensium colonia in Italia, VII, 170 not.

Messeniorum bellum cum Spartanis, IX, 35 not. 64. III, 47 not.

Metalla Thraciae, I, 64 not. V, 17 not. metalla Laurea, I, 64 not. VII, 144 not.

Metapontini in Italia, de Aristea narrant, IV, 15 not.

Methymnae in Lesbo, Aeolensium civitas, I, 151. I, 23 not.

Metiochus, Miltiadis fil., captus, VI, 41 not.

Metrodorus Proconnesius, IV, 138.

Micythus, Anaxilai minister, Rhegium administrat, et multas 'Olympiae statuas dedicat, VII, 170 not.

Midas, Gordiae fil., rex Phrygiae, I, 14 not. 35 not. et T. I p. 926. apud Delphos donaria et regiam sellam dedicat, I, 14. eius sella regia, *ibid.* Midae horti in Macedonia; ubi rosae nascuntur memorabiles, VIII, 138 not.

Migratio animae, II, 123 not.

Miletus, Ioniae civitas, I, 17 not. I, 20 not. T. I p. 928. I, 142 not. universae Ioniae princeps, V, 28. a Neleo, Codri fil., condita, IX, 97 not. a Gyge bello pressa, I, 14. ab Ardye invasa, I, 15. cum Alyatte bellum diuturnum gerunt Milesii, I, 17—19. dein pacem iis conciliat Periander, et componit Thrasybulus, I, 20—22. Mileti amicitia cum Sybari, VI, 21 not. Mileti lana, VI, 21 not. foedus cum Cyro pangunt, I, 143 169. eorum res componunt Parii, V, 28. 29. Milesius Aristagoras rebellionis Ionicae auctor, V, 36. cf. c. 30 seqq. Caribus auxilio veniunt contra Persas, et magnam cladem accipiunt, V, 120. Histiaeum redeuntem non recipiunt, VI, 5. Miletum oppugnant Persae, c. 6 seqq. et capiunt, VI, 18. c. 21 not. seqq. Milesii capti ad Rubrum mare deducuntur, c. 20. — Milesiorum colonia Istria, Borysthenitarum urbs, II, 33.

Militaris res, primum a Cyaxare melius instituta, I, 103. apud Persas, VII, 81. ap. Aegyptios, II, 165 seq. cf. c. 141. Militaris disciplina apud Persas, V, 33. VII, 223. coll. c. 103. IX, 16. 25. (IV, 84. VII, 39.) cf. I, 84. III, 25. IX, 85. et 90 coll. III, 154. et I, 136. — Militaris exercitatio navium a Dionysio Phocaeensi instituta, VI, 12. — Militibus ante pugnam tessera data, IX, 98.

Milo, Crotoniates luctator, III, 137.

